Hungary

39. sz.

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

2239 / 142

MAGYAR TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY: OKMÁNYTÁRAK

TIZENHETEDIK KÖTET.

E kötet ára (külön magára) 4 frt.

PEST, 187[illegible]

[illegible] FERDINÁND AKADEMIAI KÖNYVÁRUSNÁL.

39. sz.

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR

TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY: OKMÁNYTÁRAK

TIZENHETEDIK KÖTET.

E kötet ára (külön magára) [illegible] frt.

PEST, 1872

EGGENBERGER FERDINÁND AKADEMIAI KÖNYVÁRUSNÁL.

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGÁNAK KIADÁSAI

TÖRÖK-MAGYAR-KORI TÖRTÉNELMI EMLÉKEK. Első osztály: I. II. köt. Okmánytár a Hódoltság történetéhez Magyarországon Szilády Áron és Szilágyi Sándortól. I. II. köt. 1863. XXX és 458 és 480 l. 5 frt.

— — — III.—V. köt. 1868—71. Török-magyar-kori Állam-Okmánytár. Szerk. és jegyzetekkel ellátták Szilády Áron és Szilágyi Sándor. I.—V. k. 1868—71. Külön mindenik kötet 3 frt.

M. TÖRTÉNELMI TÁR. I. köt. X. és 260 l. egy pecsétmással 2 frt 10 kr.
— — — II. köt. 215 l. száz pecsétmással 2 frt 10 kr.
— — — III. köt. 264 l. egy czímerrajzzal 1 frt 40 kr.
— — — IV. köt. 260 l. 2 frt 40 kr.
— — — V. köt. 231 l. 1 frt 10 kr.
— — — VI. köt. 264 l. egy pecsétrajzzal 1 frt 60 kr.
— — — VII. köt. 266 l. 1 frt. 60 kr.
— — — VIII. köt. 252 l. 4 kőirati táblával 1 frt 60 kr.
— — — IX. köt. 214 l. 1 frt 40 kr.
— — — X. köt. 240 l. aranybulláik s okm. hasonmásaival 1 frt 60 kr.
— — — XI. köt. 270 l. 1 frt 40 kr.
— — — XII. köt. 292 l. 1 frt 70 kr.

Az egész tizenkét kötetes folyam ára tizenöt forint.

MAGYAR TÖRTÉNELMI TÁR. XIII. v. Új folyam I. kötete 1868. 252 l. 1 frt 40 kr.
— — — XIV. v. „ II. kötete 1869. 282 l. 1 frt 80 kr.
— — — XV. v. „ III. kötete 1871. 265 l. 1 frt 50 kr.
— — — XVI. v. „ IV. kötete 1871. 268 l. 1 frt. 50 kr.
— — — XVII. v. „ V. kötete 1871. XII és 270 l. 1 frt. 50 kr.
— — — XVIII. v. „ VI. kötete 1871. X. és 272 l. 1 frt. 50 kr.

MAGYAR LEVELES TÁR. I. köt.: Négyszáz magyar levél 1504—1560. Szalay Ágostontól. XX és 1521. kilencz kőiratú hasonmású táblával 4 frt.

FEJÉR GYÖRGY MAGYARORSZÁGI OKMÁNYTÁRÁNAK betűrendű tárgymutatója Czinár Mórtól. XVI és 519 l. 5 frt.

ÉVMUTATÓ Fejér György Okmánytárához. Knauz Nándor által. 111 l. 40 kr.

HUNYADIAK KORA MAGYARORSZÁGON Gr. Teleki Józseftől. I—V., VI—IX. és X.—XII. köt. Minden kötet ára 3 frt 65 kr. — (VI. köt. 2. része sajtó alatt.)

MAGYARORSZÁG HELYRAJZI TÖRTÉNETE, fő tekintettel az egyházi intézetekre, vagyis a nevezetesebb városok, helységek, s azokban létezett egyházi intézetek, püspöki megyék szerint rendezve. Rupp Jakabtól. Első kötet két darabban. Az esztergomi egyháztartomány s hozzá tartozó püspökmegyékkel együtt. XVIII és 807. l. 5 frt.

BUDA-PEST és környékének helyrajzi története. Rupp Jakabtól. Két térképpel 406 l. 2 frt.

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA. Magyar Történelmi Emlékek, egy-egy kötet ára 3 frt 15 kr. kivévén a következőket: I. osztály, XI. XVII. köt. (Árpádkori Okmánytár, VI. és IX. k.). II. oszt. XII. k. (Brutus I.), és XVI. köt. (Forgach) 4—4 frt. — XV. k. (Tököly, Nagy Ivántól) 4 frt 80 kr. — XVIII. köt. (Tököly, Torma) 160 l. 1 frt 20 kr. — E nagy gyűjtemény tartalmát l. a borítékkövetkező lapjain.

MONUMENTA

HUNGARIAE HISTORICA

DIPLOMATARIA.

XVII.

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR

TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A

MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY.

17

TIZENHETEDIK KÖTET.

PEST, 1871.

EGGENBERGER FERDINÁND AKADEMIAI KÖNYVÁRUSNÁL.

CODEX DIPLOM. ARPADIANUS CONTINUATUS.

ÁRPÁDKORI ÚJ OKMÁNYTÁR.

A M. TUD. AKADEMIA TÖRT. BIZOTTSÁGA

MEGBIZÁSÁBÓL KÖZZÉ TESZI

WENZEL GUSZTÁV,

M. A. RENDES TAG.

Vol. IX

KILENCZEDIK KÖTET.

(A MÁSODIK FOLYAM MÁSODIK KÖTETE.)

1272—1290.

PEST, 1871.

EGGENBERGER FERDINÁND AKADEMIAI KÖNYVÁRUSNÁL.

Pesten. Nyomatott az „Athenaeum“ nyomdájában 1871.

TARTALOM.

1272.

1273.

1276.

1277.

1277 körül.

1282.

1283.

1284.

1285.

1289.

1290.

Lap

ARPADKORI

UJ

OKMÁNYTÁR.

IX.

(MÁSODIK FOLYAM III. KÖTET.)

1.

IV. László király megerősiti IV. Béla es V. István királyoknak Baka, Gukes és Bagana helységeket tárgyazó 1270-ki adományait több selmeczbányai polgár számára. 1272.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui Regibus eternam dat salutem. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Wyllam ciuis de Bana, nostram adiens presenciam exhibuit nobis priuilegium domini Stephani illustris Regis Hungarie clare memorie karissimi patris nostri super confirmacione emptionis quarundam uillarum Baka, Gukes et Bagana uocatarum et pertinencium earundem confectum, petens a nostra Celsitudine cum instancia, ut idem priuilegium ratificare, et innouando nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem tenor is est :

Stephanus Dei gracia Hungarie stb. (következik V. István királynak 1270-ki okmánya, mint fentebb gyüjteményünk VIII. vagy is a második folyam 3-ik kötetében 289. l.)

Nos igitur iustis peticionibus dicti Wyllam fauorabiliter inclinati, id quod in premissis primo per Regem Belam auum nostrum, et demum per patrem nostrum rite et legitime factum est, in hac parte ratum habendo, dictum priuilegium patris nostri de uerbo ad uerbum insertum presentibus duximus confirmandum, dupplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Magistri Nicolai Prepositi Ecclesie Albensis Transsiluane aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Dominice Incarnacionis M°CC°LXX° secundo, Regni autem nostri anno primo. Venerabilibus in Christo patribus Philippo Strigoniensi perpetuoque Comite loci eiusdem, Stephano Colocensi, et Johanne Spalatensi Ar-

chiepiscopis, Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinque-Ecclesiensi Comite Musuniensi, Philippo Waciensi aule domine Regine karissime matris nostre Cancellario Comite Neugradiensi, Paulo Wesprimiensi aule nostre Cancellario, Lodomerio Waradiensi, Thymotheo Zagrabiensi, Dyonisio Jauriensi, et alijs Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Laurencio Palatino Comite Supruniensi, Joachino Bano tocius Sclauonie, Nicolao Woywoda Transsiluano Comite de Zounuk, Ladizlao Comite Posoniensi, Erney Magistro Tauarnicorum nostrorum Comite Worosdiensi, Alexandro Judice Curie nostre, Emerico Comite Symigiensi, Paulo Bano de Zeurino, Ponith Bano Comite Zaladiensi, Omodeo Comite Castri Ferrei, Reynoldo Magistro Dapiferorum, Vgrino Magistro Agasonum nostrorum, Michaele Comite Nitriensi, Philippo Comite Jauriensi, Salomone Comite Albensi, Herbordo Comite Tolnensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, a zöld-sárga-vörös selyemzsinórból függő pecséttörodékkel, a budai kir. kamarai levéltárban.)

2.

IV. László király megerősiti V. Istvánnak 1266. és 1271-ki adományait Kázmér mester számára. 1272.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis tam presentibus, quam futuris salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tam presencium, quam posterorum harum serie volumus peruenire, quod Magister Kazmerius fidelis et familiaris prius Illustris Regis Slephani, karissimi patris nostri felicissime recordacionis, nunc aulae nostre Notarius, ad nostram accedens presenciam obtulit nobis priuilegium eiusdem karissimi patris nostri super collacione sew donacione terre cuiusdam,

petens a nobis cum instancia, ut ipsum priuilegium acceptare, ratificare, sew eciam nostro priuilegio confirmare dignaremur. Cuius quidem tenor talis est :

Stephanus D. gr. Hungarie st. Rex stb. (következik V. István királynak 1271-ki adománylevele, mint fentebb gyűjteményünk VIII-ik, vagy is a második folyam 3-ik kötetében 337. l.)

Nos itaque, qui ex officio suscepti regiminis nostri iustis petencium votis animum debemus beneuolum inclinare, grata obsequia sew obsequiosa merita eiusdem Magistri Cazmerij attendentes, considerantesque eum ad obsequia nostra et Regni nostri esse necessarium, prenotatam collacionem per ipsum karissimum patrem nostrum eidęm Magistro Cazmerio et suis fratribus prenotatis factam, et confirmacionem ex gracia patris nostri, ratam, gratam habentes pariter et acceptam, confirmamus dupplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Magistri Nicolai Albensis Ecclesie Transsiluane Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo LXXII°, Regni autem nostri anno primo. Venerabilibus patribus Philippo Sancte Strigoniensis Ecclesie Archiepiscopo perpetuoque Comite loci eiusdem, aule nostre Cancellario, Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chenadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Philippo Vaciensi Comite Neugradiensi, Paulo Wesprimiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Waradiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Rolando Palatino, Matheo Bano tocius Sclauonie, Joachino Magistro Tauarnicorum nostrorum Comite de Pylys, Alexandro Judice Curie nostre Comite de Orbaz, Paulo Bano de Zerenio, Renoldo Magistro Dapiferorum nostrorum et Comite de Zabolch, Wgrino Magistro Agazonum nostrorum Comite Syrmiensi, Laurencio Magistro Pincernarum nostrorum Comite de Keue et Karaso; Omodeo Comite Castri Ferrey, Emerico Comite Symigiensy, Johanne Comite Zaladiensi, Michaele Comite Nitriensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(A jászói konventnek 1434-ki átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

3.

IV. László király megerősiti IV. Béla királynak a sz. Mihály nyulszigeti monostor és Aba nemzetségbeli Aba közti 1253-ki itéletét. 1272.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus tam presentibus, quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod frater Jacobus Prior Ordinis fratrum Premonstratensis Monasterij Beati Michaelis Archangeli de Insula Virginis Marie ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium domini Bele Illustris Regis Hungarie felicis recordacionis karissimi aui nostri, petens supliciter, ut idem ratum habere, et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius tenor talis est :

Bela D. gr. Hungarie stb. Rex stb. (következik IV. Béla királynak 1253-ki itélete, mint fentebb gyűjteményünk VII-ik, vagyis a második folyam 2-ik kötetében 351. l.)

Nos igitur peticionibus eiusdem fratris Jacobi Prioris. que iuste et congrue esse videbantur, fauorabiliter inclinati, priuilegium predicti karissimi aui nostri ratum habentes et acceptum, inserendo de uerbo ad uerbum, presentis scripti patrocinio duximus confirmandum duplicis sigilli nostri munimine roborantes. Datum per manus Magistri Nicolai Prepositi Albensis Ecclesie Transsiluane aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC° septuagesimo secundo, quinto nonas Decembris, Regni autem nostri anno primo, indiccione XV. Venerabilibus patribus Philippo Strigoniensi perpetuoque Comite loci eiusdem, Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Job Quinqueecclesiensi Comite Musuniensi, Phylippo Vaciensi aule domine Regine karissime matris nostre Cancellario Comite Neugradiensi, Paulo Vesprimiensi

aule nostre Cancellario, Briccio Chanadiensi, Thimotheo Zagrabiensi, Lodomerco Waradiensi et Dyonisio Jauriensi Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Rolando Palatino, Bano de Macho et Judice Cumanorum; Joachyno Magistro Tawarnicorum Comite de Plys, Matheo Bano totius Sclauonie, Nicolao Voywoda Transsiluano Comite de Zonuk, Ladizlao Comite Posoniensi, Herrico Bano de Wozora et de So, Alexandro Judice Curie nostre Comite de Vrbaz, Laurencio Comite Suprvniensi, Emerico Comite Symigiensi, Paulo Bano de Zeurino, Omodeo Comite Castri Ferrey, Renoldo Magistro Dapiferorum Comite de Zobolch, Johanne Comite Zaladiensi, Vgrino Magistro Agasonum Comite Syrmiensi, Stephano Bano de Bozna, Gregorio Bano de Kucho et de Boronch, Herbordo Comite de Barana, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie börhártyán, felette megrongált állapotban, a sárga-violaszinü selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

4.

IV. László király megerősiti V. Istvánnak a sopronmegyei tizedekre vonatkozó adományát a borsmonostori apátság számára. 1272.

Nos L. Dei gracia Rex Vngarie significamus tenore praesencium vniuersis; patentes litteras karissimi patris nostri St. Regis pie memorie recepisse in hec verba :

Nos St. Dei gracia Rex Vngarie stb. (következik V. István királynak 1270-ki okmánya, mint fentebb gyüjteményünk III. kötetében 233. l.)

Nos itaque factum karissimi patris nostri huiusmodi salubre esse considerantes, ratum habemus, et vtique approbamus, et cum presentes fuerint reportate, nostrum super

hoc dari priuilegium faciemus. Datum Albe in vigilia Natiuitatis Beate Virginis anno Domini M°CC°LXX° secundo.

(Eredetie börhártyán, melynek az okmány hátára nyomott pecsétje nagyobbára már lemállott, a budai kir. kamarai levéltárban.)

5.

IV. László királynak parancsa a budai préposthoz, hogy a boldogságos asszony szigetén lévö apáczákat bizonyos szöllök birtokába iktassa. 1272.

L. Dei gracia Rex Hungarie fideli suo A. Preposito Budensi salutem et graciam. Cum karissimus pater noster Rex Stephanus pie memorie omnes vineas Gyan et Rubini filij Serperes ciuium Strigoniensium, qui heredum carentes solacio decesserunt, in territorio uille et ciuitatis Strigoniensis existentes, karissimis nostris sororibus de Insula Beate Virginis perpetuo contulerit possidendas, prout in litteris karissimi patris nostri uidimus contineri, fidelitati tue damus firmiter in mandatis; quatenus procuratorem sororum predictarum nomine et uice earundem in possessionem vinearum predictarum introducas; quia donacionem karissimi patris ratam habere volumus in hac parte. Catum in Insula Beate Virginis secunda feria proxima post Exaltacionem Sancte Crucis.

Kivül : A. Preposito Budensi. — Quod Rex Ladizlaus dedit vineas aliquorum ciuium Strigoniensibus sororibus de Insula in Colnuch.

(Eredetie börhártyán, a zárpecsétnek maradványa megvan, a budai kir. kamarai levéltárban.)

6.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Ponich bán és zalamegyei főispán Pryske és Parpah várakat bizonyos feltételek mellett testvéreinek átengedte. 1272.

Nos Capitulum Albensis Ecclesie damus pro memoria, quod Ponic Bano Comite Zaladiensi ab una parte; Nycolao filio Arnoldi, Arnoldo fratre suo, Ponich Comite, Chak Magistro, Oguz filio Buzad fratribus suis ex altera coram nobis personaliter constitutis; idem Ponich Banus assumpsit et obligauit, ut duo castra Plyske et Parpah uocata cum suis pertinencijs, et quandam possessionem Nykch uocatam, tum propter bonum consanguineitatatis ipsius Nycolai et cognatorum suorum nobilium predictorum, tum eciam pro remedio anime domini sui St. Illustris Regis Vngarie clare memorie, ex cuius collacione eadem castra et possessio deuenerant ad ipsum Ponic Banum, restitueret et redderet ad manus dicti Nycolai pleno iure sub testimonio Capituli Wesprimiensis; et ad maiorem cautelam idem Ponic Banus, ut obligacioni huiusmodi per ipsum coram nobis facte non possit aliquatenus contraire, manifestum in ecclesia Beate Virginis super altare Sancte Crucis prestitit sacramentum; et e conuerso idem Nycolaus pro expensa et sumptibus non modicis, quos dictus Ponic Banus in tenendis illis castris tempore guerrarum in conflictu Regis Bohemie fecit et habuit pro utilitate castrorum eorundem, dedit et donauit seruos (et) ancillas cum filijs et filiabus ac uxoribus suis eidem Ponich Bano et suis successoribus. Quos idem Ponich Banus seruos et ancillas traduci ad se fecerat de predicta possessione Nycolai perpetuo et irreuocabiliter possidendos. Nomina seruorum eorundem, quos nominare coram nobis potuerunt, hec sunt: Zalawa cum fratre suo Zulaw, Michael cocus, Malchun, Cheke, Paul, Martinus, Durguzlo, Thomas carpentarius, Zunda, Doboya, Cheghe, Wolk cum filijs, filiabus et uxoribus. Ad hec idem Nycolaus assumpsit super fidem suam, quod nouem capita

seruorum; Burtuam cum duobus filijs suis, Zurk cum duobus fratribus Gurk et Beden uocatis, filius Thome carpentarij, Thomas filiolus Petri, et filius coci Michaelis uocatorum, qui ab ipso Ponich Bano aufugerant, ubicunque idem Nycolaus reinuenire poterit, in die Exaltacionis Sancte Crucis seu restitucionis castrorum memoratorum restituet Ponich Bano sub testimonio Capituli prememorati. Sed si reinuenire non posset, extunc dabit pro eisdem nouem capitibus seruorum duas mansiones libertinorum cum filij suis, videlicet Gregorium et Gurk; et si ijdem duo libertini cum filijs complere numerum nouem capitum suorum non possent, extunc complebit idem Nycolaus in pecunia, dando pro quolibet capite tres marcas in bono argento, ita tamen quod pro vno seruo tres libertini recipientur ex prenotatis; eodem die eciam idem Nycolaus iurabit, quod de predictis nouem capitibus seruorum nullum apud se haberet, nec celare ullum contra ipsum Ponic Banum quicquam ex eisdem; et quicunque de cetero de predictis seruis uel libertinis ab ipso Ponich Bano siue clam, siue palam ad eundem Nycolaum reuerteretur, extunc semper ad fidem suam restituere tenebitur eidem Ponich Bano, et ab omnibus impetitoribus eosdem aput ipsum Ponich Banum defensare. Super quo eciam, ne huiusmodi obligacionis series per ipsum Nycolaum facte contra prefatum Ponic Banum aliquatenus infringi valeant, prenotati nobiles viri ipsi Nycolao astantes prestiterunt iuramentum. Ceterum idem Nycolaus in festo annotato assumpsit se daturum eidem Ponic Bano de uino anni presentis decem tunellas vini cum tunellis, curribus et quadraginta bonis bobus, quarum quelibet tunellarum continere debet centum cubulos vini. Hoc adiecto, quod si qua parcium de premissis omnibus vel singulis premissorum resiliret, vniuersas possessiones suas hereditarias et empticias amittet, pars utraque se ad id coram nobis obligauit spontanea uoluntate. Datum in quindena Sancti Regis anno Domini M°CC° septuagesimo secundo.

(Ugyan a székesfehérvári káptalannak 1274-ki átiratából, mint alább; a főmélt. herczeg Batthyáni család levéltárában.)

7.

Hohold mester lindvai szöllőjét a vasvári káptalannak adományozza. 1272.

Nos Magister Hoholdus Dominus de Lindua significamus, quibus expedit vniuersis; quod nos vna cum Matheo et Stephano filijs nostris, ob nostram et domine vxoris nostre bone memorie salutem, vineam Churnuta in nostras manus suis culpis exigentibus deuolutam, plantatam in monte Lindua, iacentem ad occidentem, absque chibrione Ecclesie Beati Michaelis de Castro Ferreo duximus conferendam, jure perempni pacifice et quiete possidendam; ita ut fratres in eadem Ecclesia Deo militantes melioratam quantumcunque, absque ulla contradiccione tam nostra, quam filiorum et propinquorum nostrorum vineam predictam libere et secure possidebunt. Quod ut ratum sit, nec per quempiam in futurum possit irritari hec presens donacio, presentes litteras nostro sigillo pendenti duximus conferendas. Anno Domini M°CC° septuagesimo secundo.

(Eredetie bőrhártyán. a hártyazsinegen függött pecsét elveszett; a szombathelyi káptalan levéltárábn.)

8.

IV. László király atyja István, akkor meg ifjabb királynak Forrót, Devecsert, Fancsalt, Eözdöt és Gutháť tárgyazó adományát megujitja és megerősiti Aladár mester Chete comes fiának számára. 1273.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est — — — um. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Magister Aladarius filius Comitis Chete exhibuit nobis priuilegium Sereniscimi patris nostri domini Stephani Regis Hungarie felicis recordacionis, petens a nobis cum instancia, ut possessiones, quarum nomina in eodem priuilegio continentur, et predictus dominus Rex pater noster karissimus ab eodem abstulerat, et diversis personis contulerat, propter merita suorum seruiciorum sibi restituere, et primam collacionem patris nostri confirmare ex benignitate Regia dignaremur. Cuius tenor talis est:

Stephanus Dei gracia junior Rex Hungarorum stb. (következik István ifjabb királynak Forrót, Devecsert, Fancsalt, Eözdet és Guthát tárgyazó 1262-ki adománya, mint fentebb gyüjteményünk IX. vagyis a második folyam 3-ik kötetében 290. l.)

Verum licet predicte possessiones ex donacione sepe dicti patris nostri, eo quod contra ipsum Aladarium motus fuerat, per diuersas manus post collacionem ipsi Magistro Aladario factam perambulauerit; tamen considerantes fidelitates et seruicia ipsius Magistri Aladarij, que progenitoribus nostris, Bele videlicet auo nostro, et predicto Stephano patri nostro, Serenissimis Regibus Hungarie, prout quedam ex sevuicijs suis in priuilegijs ipsius patris nostri karissimi continentur articulatim annotata, et nobis in feruore fidelitatis eximie exhibuit; attendentes eciam, quod sicut seruicia exhibita et

inpensa non facta esse non possunt, sic et donaciones pro meritorijs seruicijs semel facte non debent reuocari: omnes possessiones, quarum nomina in ipso priuilegio patris nostri continentur, simul cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis eidem Magistro Aladario et suis heredibus, heredumque suorum in perpetuum successoribus de uoluntate et beneplacito domine Regine karissime matris nostre, et consilio omnium Baronum nostrorum dedimus et restituimus perpetuo et inreuocabiliter eo iure et ea integritate, quibus idem Serenissimus pater noster primo eidem contulerat possidendas; cassantes et in irritum reuocantes ac irrita pronunciantes omnia priuilegia et instrumenta, que post collacionem karissimi patris nostri ipsi Magistro Aladario factam, quocunque modo contra ipsam qualicunque tenore uel quacumque racione seu occasione super ipsis possessionibus per possessores intermedios fuerunt impetrata. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Nicolai Albensis Ecclesie Prepositi Transilvane aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC°LXX° tertio, quarto idus Januarij, Regni autem nostri anno primo. Metropolitica Strigoniensis Ecclesie Sede vacante, venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepispopis; Lamperto Agriensi, Job Quinqueecclesiensi Comite Musuniensi, Philippo Wachiensi aule domine Regine karissime matris nostre Cancellario et Comite Neugradiensi, Paulo Wesprimiensi aule nostre Cancellario, Briccio Chanadiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Waradiensi, Dyonisio Jauriensi, et alijs Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Rolando Palatino, Bano de Machou et Judice Cumanorum; Matheo Bano tocius Sclauonie, Nicolao Woyuoda Transilvano et Comite de Zonuk, Joachino Magistro Tauarnicorum nostorum Comite de Pylys; Alexandro Judice Curie nostre Comite de Wrbaz, Ladizlao Comite Posoniensi, Laurencio Comite Supruniensi, Herrico Bano de Wozora et de Sou, Stephano Bano de Bozna, Gregorio Bano de Boronch et de Kuchou, Emirico Comite Symigiensi, Johanne Comite Zaladiensi, Omodeo Comite Castri Ferrei, Vgrino Magistro Agasonum nostrorum Comite Syrmiensi, Paulo Bano de Zeu-

rino Comite de Wolkou, Reynoldo Magistro Dapiferorum Comite de Zobolch, Laurencio Magistro Pincernarum Comite de Keue et de Karasu, Salomone Comite Albensi, Michaele Comite Nitriensi, Jacobo Comite Jauriensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie börhártya, a sárga-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

9.

IV. László királynak Scynte helységet tárgyazó adománya Chák nemzetségbeli Péter mester számára. 1273.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis tam presentibus quam futuris salutem in salutis largitore. Regie benignitatis sublimitas recto pensans libramine merita singulorum, et maxime illorum, quos sicut generosi sanguinis alta nobilitas et morum innata probitas, sic et approbate fidelitatis constancia, ac strenuorum actuum experiencia efficiunt digniores, dum eos digne retribucionis beneficio refocillat, dum eis largitur quod merentur, multorum mentes ad fidelitatis florem excitat, et ad bene merendi studia fideliter obsequentibus prebet exemplum, et prestat operosam fiduciam seruiendi. Hoc igitur pensantes ex animo, hoc Regali moderamine in cordis nostri reuoluentes armariolo, noticie cunctorum declaramus, quod cum nobilis vir et honestus Magister Petrus filius Magistri Mathei de genere Chak a primo iuuentutis sue principio auo nostro et patri nostro victoriosissimis Vngarorum Regibus, ac nobis demum ex conspicuis actibus meruisset multipliciter complacere, diuersis clarens meritorum virtutibus, que longum esset propter sui multiplicitatem suo modo per singula enarrare; aliqua tamen de gestiis eius, quorum quedam vidimus, quedam vero a patre nostro et Regni Baronibus uera-

citer intelleximus, ad memoriam futurorum et informacionem ceterorum presentibus jussimus annotari. Primum siquidem, cum dominus Rex pater noster tunc gerens terre Transdanubialis gubernaculum, a facie patris sui, qui eum ex infidelium instigacione relegato paterne pietatis affectu persequebatur, in castrum de Feketyvholm cum pauca comitiua declinasset, idem Magister Petrus ex missione patris nostri sub castro Dewa contra Cumanorum exercitum viriliter dimicavit, quosdam ex eis captiuando, quosdam autem perimendo, triumphalem reportauit victoriam, negocium patris nostri ibi feliciter inchoando. Preterea cum castrum Borynka per inimicos patris nostri et Regni Hungarie exploratores fuisset occupatum, prefatus Magister Petrus cum effusione sanguinis sui et morte suorum recuperauit castrum illud, et iurisdiccioni restituit fidelium nostrorum eliminatis infidelibus ex eodem. Ad hec, cum predictus auus noster transmissa armatorum multitudine primum nos, et dominam Reginam matrem, et sorores nostras karissimas de castro Patak educi fecerat et extrahy, et exinde patrem nostrum inuestigarj faciebat, machinans eum priuare iure geniture et Regni diademate spoliare; ipse Magister Petrus cum Matheo fratre suo primum captiuauit speculatores exercitus auj nostrj contra patrem nostrum ad explorandum clanculo destinatos; quibus de captiuitate huiusmodi ad cautelam absolutis, per quorundam Baronum patri nostro fidelium, licet tunc ipsi auo nostro coacte famulancium, Saxones et alij homines regionis Transilvane ad patrem nostrum redierunt, eum naturalem terre dominum cognoscentes. In quibus quidem casibus patri nostro et nobis quasi in desperacione positis, idem Magister Petrus cum eodem Magistro Matheo fratre suo, et cum quibusdam alijs sub castro predicto et locis aliis repetitis nempe vicibus pro honore et liberacione negocij patris nostri dubiis bellorum euentibus se committere non expauit potenter dimicando, militiam exercuit frequenter virtuosam, sudores bellicos et letalia uulnera sustinendo; maxime in eo conflictu, quando Laurencius filius Kemyn et multi alij capti fuerunt, et plures iugulati. Sane cum Hernei Banus et alij nostri Barones prenotate persecucionis tempore contra patrem nostrum armata milicia accessissent, idem Magister Petrus cum pre-

fato fratre suo huiusmodi preueniens exercitum, ipsum Ernei Banum deuictum in prelio captiuauit, vbi ipse letaliter extitit sauciatus. Item in Ilsuazeg, cum idem pater noster contra Ducem Belam, Prewcilinum, Herricum Banum, et alios ipsius aui nostri adiutores et Barones conflictum habuerat, idem Magister Petrus, licet antea transfossus lancea et sectus gladio militare non valeret, mori tamen pro patre nostro et nobis elegit pocius, qusm ante consumacionem laudabilem relinquere iniciatum negocium patris nostri, ubi Coronam Regni Hungarie celitus nobis per successionem traditam in persona patris nostri obtinuimus et recuperauimus per eiusdem Magistri Petri et aliorum fidelitatem commendabilem et uirtutem. In quo quidem conflictu Bela Duce effugato, et Prewcilino interfecto, Herricus Banus cum filiis et complicibus suis extitit captiuatus. Porro cum Ottokarus Bohemorum Rex, tunc patris nostri, nunc autem noster capitalis inimicus, fidei sue desertor, violata pace, fractis treugis, et ruptis iuramenti suj vinculis, ducens in auxilium sibi florem milicie tocius Alamanie, contra patrem nostrum fines Regni Vngarie potencialiter adiisset, Posonium et quedam alia castra prodicionaliter occupando, idemque pater noster generalem leuasset exercitum contra eum; sepedictus Magister Petrus simul cum eodem fratre suo apud Posonium, post circa Musunium, quo idem Rex Bohemorum castra sua defixerat, milicie sue aciem ad bellum preparando, ac demum in fluuio Rebuche, vnde de area certaminis, quam patri nostro felix reliquit victoria, vix euasit fugitiuus, ante alios irruens in aduersum intrepidus exercitum, tales titulos triumphi, talemque laudem obtinuit victorie, quorum memoriam non tollet obliuio in eternum; quia licet hinc inde inpugnaretur et pugnaret, Belam tamen Ducem tunc intimum patris nostri defensorem et militem strenuum, eius equo in bello mortuo, ipse Magister Petrus de medio cuney per probitatem suam et uirtutem propriam redemit et reduxit. Ceterum post decessum eiusdem patris nostri nobis ad Coronam Regiam et Regni Solium per successionem hereditariam seu ordinem geniture annuente Domino sublimatis, cum a dileccionis retribucione, et fidelitatis munere, quibus idem Magister Petrus propter tot meritorum suorum prerogatiuam a nobis fouendus fuerat, quidam

emulj sui iniqua confederacione falsa suggerentes et instigacione felle plena animum nostrum aduertissent, eum de nostrorum fidelium contubernio, et de domo nostra occasionaliter non ex causa effugari studuissent, priuatum honoribus et Magistratu Dapiferorum, quibus ab eodem patre nostro digne fuerat sublimatus; ipse in huiusmodi aduersitate constitutus, fidelitatis sue meritum et obsequiorum premium, frequentemque sanguinis sui effusionem cauens ex innocencia inuoluj obliuionis nubilo ac uicio ingratitudinis maculari, semper mansit nobis in feruore fidelitatis, et aliis quos exaltaueramus vltra meritum, nobis rebellantibus, solus ipse Magister Petrus ea, que sibi sic iniuriose irrogata fuerant, pro beneplacito voluntatis nostre, licet non absque cordis amaritudine, equanimiter tolerauit. Verum igitur peracto alicuius temporis curriculo, ab illorum manibus, qui nos minus bene gubernabant, erepti, cum inter alias sollicitudines nostras cepissemus intra mentis nostre archana reuoluere, et pensare in animo, qualiter idem Magister Petrus, cuius obsequiorum remuneracio ad tempora nostra celitus fuit reseruata, sine excessu suo priuatus erat honoribus et quibusdam possessionibus suis, ac de domo nostra occasionaliter, sicut premisimus, effugatus, et qualiter huiusmodi vindictam iniuria amaritudinis non uacuam sibi ex aliorum mortifera fraude excogitatam pro nobis sustinuit pacienter; reuocauimus eum, quia in nullo contra nostram Maiestatem apparuit excessisse, sine nota et inreprehensibiliter demorando. Et ut prenotatis ac multis aliis actibus suis meritoriis per nos, licet non ad plenum, satisfiat, contulimus sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus totam possessionem de Scynthe cum tributo eius, et utilitatibus suis omnibus ac pertinenciis vniuersis a Castro de Golgouch et eius iurisdiccione exceptam ab antiquo penitus et exemptam, iure perpetuo inreuocabiliter pacifice possidendam, sicut eciam primitus possessionem eandem Magister Mauricius tempore Bele inclitj auj nostrj clare memorie tenuit pariter et possedit. Vt igitur hec nostra collacio robur obtineat perpetue firmitatis, nec per quempiam lapsu temporum valeat aliqualiter retractari; presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedictj Oro-

diensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Csncellarij dilecti et fidelis nostri, anno Dominice Incarnacionis M°CC°LXX° tercio, decimo kalendas Junij, Regni autem nostri anno primo. Venerabilibus patribus Nicolao Sancte Strigoniensis Ecclesie Electo aule nostre Cancellario, Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Job Quinqueecclesiensi, Philipo Vaciensi aule domine Regine karissime matris nostre Cancellario Comite Neugradiensi; Briccio Chenadiensi, Paulo Vesprimiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Varadiensi, Dionisio Jauriensi et Petro Transiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Laurencio Palatino Comite Supruniensi et de Borona ac Judice Cumanorum; Herrico Bano tocius Sclauonie; Egidio Bano de Macho et de Bozna, Johanne Woyuada Transiluano Comite de Zownuk, Stephano Magistro Tawarnicorum nostrorum; Ladizlao Judice Curie nostre Comite de Bana; Reynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite Zulgageuriensi, Vgrino Magistro Agasonum nostrorum Comite Syrmiensi; Laurencio Magistro Pincernarum nostrorum Comite de Kewe et de Karaso; Paulo Bano de Zewrino, Emirico Comite Symigiensi, Dedalo Comite Zaladiensi, Michaele Comite Nitriensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, melynek zöld selyezsinóron függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

10.

IV. László királynak Palugya nevű földet tárgyazó adománya Bogomér comes Lőrincz fia számára. 1273.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Regie Serenitatis manum largifluam decet exhibere, et con-

gruis petentium dedideriis donacionis antidoto occurrere cum fauore, ut per hoc fideles ad opera fidelitatis ardencius conuocentur. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Comes Bogomerius filius Laurencij a nobis humiliter suplicando postulauit, vt quamdam terram Palugiam vocatam, quam olim Salomon filius Borz a terra magne ville Palugia distinctam tenebat, ipsi Comiti Bogomerio conferre in tanto, et ampliori prouidere deberemus. Quia tamen factum terre illius nobis adhuc in etate tenera constitutis ad plenum non constabat, Michaeli tunc Comiti de Zolom nostris dederamus litteris in mandatis, vt si ipsam sciret aut inueniret sine alicuius preiudicio ad nostram collacionem pertinere, et nullus super ea contradictor appareret, eidem Bogomerio assignaret. Et quia postmodum per litteras eiusdem Comitis Michaelis constitit, terram huiusmodi ad nostram collacionem immediate pertinere, nec aliquem super hoc contradictorem apparuisse; nos fidelitatem et grata obsequia predicti Bogomeri attendentes, iam dictam terram Salomonis Palugiam vocatam sibi, et per eum suis heredibus contulimus iure perpetuo pacifice et quiete irreuocabiliter possidendam. Mete autem eiusdem, prout in litteris Comitis Michaelis continentur, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte meridionali sub alpibus in fluuio Lubelle, et descendit per cursum ipsius fluuij vsque domum Andree filij Alberti; inde exit de ipso fluuio ad partem orientalem ad caput vnius fontis; exhinc ascendit super quemdam monticulum ad arborem *tullfa* vocatam, et continguntur terre filiorum Chaban de Minori Palugia; inde super eundem monticulum vadit ad tres arbores *tullfa* vocatas; et exhinc in latere montis descendit ad magnam siluam ad partem meridionalem; et inde per siluam vadit ad alpes, et sic terminatur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Orodiensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, sexto kalendas Junij anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, Regni autem nostri anno primo. Venerabili viro Magistro Nicolao Sancte Strigoniensis Ecclesie Electo aule nostre Cancellario, perpetuo Comite loci eiusdem ac Co-

mite de Pilis; venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinque-Ecclesiensi, Philippo Waciensi aule domine Regine karissime matris nostre Cancellario et Comite Neogradiensi, Paulo Wesprimiensi, Thymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Waradiensi, Dionisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Laurencio Palatino, Comite Supruniensi et de Barana ac Judice Cumanorum; Henrico Bano tocius Sclauonie, Johanne Woyuoda Transsiluano Comite de Zounuk, Stephano Magistro Thauarnicorum nostrorum, Ladizlao Judice Curie nostre Comite de Bana, Erney Bano de Vosora et de Sou, Johanne Bano de Machou, Stephano Bano de Bozna, Gregorio Bano de Boronch et de Kuchou, Paulo Bano de Zeurino, Renoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite Zulgajauriensi, Vgrino Magistro Agasonum Comite Syrmiensi, Laurencio Magistro Pincernarum Comite de Keue et de Karaso, Moys Comite Symigiensi, Gregorio Comite Castri Ferrei, Dedalo Comite Zaladiensi, et Michaele Comite Nitriensi; et aliis quam pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

(Zeechi Miklós országbiró 1358-ki biról átiratából, az Okolicsányi család levéltárában; közölte néhai Szontagh Dániel.)

11.

IV. László király Sándort és Gált, Bentnek fiait, az esztergami vár jobbágyait nemesíti. 1273.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Officij nostri debitum remedijs inuigilat subiectorum, ut dum eorum excutimus honera, dum scandala remouemus, dum concedimus quod merentur; nos in eorum quiete quiescimus et pacis commodo gratulamur, ad

instar misericordie Altissimi Conditoris, qui dum alta prospicit, infima non contemnit; dum colligit nobiles ad se uenire, degeneres non recusat. Hac itaque consideracione inducti ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod nos circumspeccione prouida attendentes et considerantes fidelitates et seruiciorum merita Sandur et Gal filiorum Bent de uilla Kerowa jobagionum Castri Strigoniensis fidelium nostrorum, que a primeuis adolescencie sue temporibus auo nostro et patri nostro victoriosissimis Hungarie Regibus piarum recordacionum, ac nobis demum et Regno in omnibus Regni expedicionibus cum feruore fidelitatis eximie laudabiliter inpenderunt, se et suos pro Corone Regie defensione et Regni commodo dubijs fortune casibus, et uariis periculorum articulis intrepide submittendo. In reconpensacionem tot et tantorum seruiciorum suorum eosdem Sandur et Gal a jobagionatu Castri Strigoniensis cum omnibus terris suis de liberalitate Regia duximus eximendos, et in numerum, cetum seu collegium seruiencium Regalium transferendos; volentes, quod tam ijdem Sandur et Gal, quam suorum (igy) heredes heredumque successores ea gaudeant et fruantur libertate, qua ceteri Regni nostri nobiles seruientes Regales gratulantur sub vexillo Regio militantes. Vt igitur presens nostra ordinacio seu concessio liberaliter facta robur perpetue firmitatis obtineat, nec per quempiam in irritum possit vel debeat lapsu temporum aliquatenus reuocari, presentes concessimus litteras sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Orodiensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC° septuagesimo tercio, sexto idus Julij, Regni autem nostri anno primo. Vacante Ecclesia Strigoniensi; venerabilibus patribus Stephano Colochensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chenadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Philippo Waciensi aule domine Regine karissime consortis nostre Cancellario Comite Neugradiensi, Paulo Wesprimiensi aule nostre Cancellario, Lodomerio Waradiensi, Tymoteo Zagrabiensi, Dyonisio Jauriensi, et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Rolando Palatino et Judice Cumanorum, Herrico Bano totius Sclauonie, Ny-

colao Woyowoda Transsiluano Comite de Zonuk, Jowachino Magistro Tawarnicorum nostrorum, Renoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite Zulgageuriensi, Vgrino Magistro Agasonum nostrorum Comite Syrmiensi, Laurencio Magistro Pincernarum nostrorum Comite de Kewe et de Karasu, Paulo Bano de Zeurino, Moys Comite Symigiensi, Dedalo Comite Zaladiensi, Michaele Comite Nytriensi et alijs quam pluribus Comitutus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

12.

IV. László királynak Kerechen nevü földbirtokot tárgyazó adomány-privilegiuma Oguz mester számára. 1273.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Licet Regalis pietas manum munificam porrigere debeat vniuersis; illos tamen principaliori debet prosequi munere et fauore, quorum experta probitas laudata est in prosperis et in aduersis, ut alij eorum exemplis inuitati ad fidelitatis opera forcius accendantur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod attendentes fidelitates et meritoria obsequia seu multiplices famulatus Magistri Ogwz fidelis iuuenis nostri, que idem domino Stephano illustri Regi Hungarie patri nostro karissimo felicissime recordacionis in diuersis expedicionibus, nobisque per consequens exhibuit et impendit; Nos qui ex officio suscepti regiminis metiri debemus merita singulorum, ut quos inconwlse fidelitatis stabilitas et indefessus deuocionis feruor insignit titulis meritorum, eos attollamus fauoribus Regijs, et dignis premiorum remuneracionibus, in recompensacionem seruicio-

rum eiusdem quandam terram Castri nostri Zaladiensis Kerechen uocatam ipsi Magistro Ogwz et suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo possidendam sine iuris preiudiciorum (igy) aliorum, et eundem in corporalem possessionem dicte terre per Egidium de Royk hominem nostrum sub testimonio Conuentus Zaladiensis nullo contradictore existente fecimus introduci, prout id in litteris eiusdem Conuentus uidimus contineri. Mete eciam dicte terre, sicut in lttteris iam dicti Conuentus continetur, hoc ordine distinguntur : Prime due mete incipiunt a parte aquilonis, et ibi sunt due mete posite in ylicibus, que quidem mete separant de villa Ong; deinde uadit uersus meridiem, et ibi sunt due mete in terris; deinde uadit versus occidentem ad quandam uiam, et sunt due mete in terris, quarum vna est ab una parte uie, alia uero ab altera; deinde uadit uersus meridiem in eadem uia, et ibi sunt due mete in terris; deinde protenditur uersus orientem usque ad longitudinem unius yugeris ad duas metas terreas; deinde progreditur uersus meridiem ad magnam siluam, et ibi sunt due mete, una in silua in ligno pomi, alia extra siluam in terra; deinde uadit iterum uersus orientem ad quandam arborem pomi; deinde uadit in uia in medio magne silue, et peruenit ad duas metas ylicum, que quidem mete separant de villa Bagata; deinde uadit uersus occidentem in eadem in silua ad quandam magnam arborem ylicis, que quidem arbor separat similiter de uilla Bagata, et de uilla Guelse; deinde protenditur uersus aquilonem, et peruenit ad duas metas terreas; deinde uadit uersus occidentem, et ibi sunt due mete posite in terris, que quidem mete separant de uilla Royk. Ut igitur huius rei series robur obtineat perpetue firmitatis, et ne processu temporum per quempiam possit in irritum reuocari, aut aliquatenus debeat retractarj, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Orodiensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo CC°LXX° tercio, decimo kalendas Octobris, Regni autem nostri anno primo. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Job Quinqueecclesiensi, Bryccio

Chanadiensi, Phylippo Waciensi, Paulo Wesprimiensi aule nostre Cancellario, Lodomerio Waradiensi, Dyonisio Jauriensi, Thymotheo Zagrabiensi, et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Rolando Palatino Judice Cumanorum, Herrico Bano tocius Sclauonie, Nicolao Woyuoda Transsiluano Comite de Zounuk, Egidio Bano de Bozna et de Machov, Joachino Magistro Tauarnicorum nostrorum, Paulo Bano de Zeuryno, Reynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite Zulgageuriensi, Vgryno Magistro Agasonum nostrorum Comite Syrmiensi, Laurencio Magistro Pincernarum Comite de Keue et de Karasso, Johanne Comite Supruniensi, Deudalo Comite Zaladiensi, Gregorio Comite Castri Ferrei, Moys Comite Symigiensi, Michaele Comite Nitriensi. et Salomone Comite Albensi, ac alijs quam pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

(Eredetie börhártyán, a vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

13.

IV. László királynak Jurk nevü földet tárgyazó adománya Péter mester, a kir. tálnokok kanczellárja számára. 1273.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Vt collaciones legitime factas Regalis Sublimitatis prouidencia suorum priuilegiorum testimonio muniat et confirmet, equitas suadet, racio postulat, ius requirit; presertim cum id inconcussum, quod Regio fuerit patrocinio communitum. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire; quod nos considerantes fidelitates et seruiciorum merita nobilis viri Magistri Petri, Cancellarij dapiferorum nostrorum, filij uídelicet Comitis Compoldi dilecti et fidelis nostri, que nobis et Corone Regie in diuersis Regni nostri expedicionibus laudabiliter exhibuit et impendere poterat (így) in futurum; attendentes-

que eiusdem Magistri Petri fideles famulatus, que in expugnacione castri Jauriensis per homines Regis Boemie, inimici nostri capitalis, prodicionaliter occupati, ad quod recuperandum collectis nostris uiribus accesseramus, ubi idem Magister Petrus imbres missilium, ictus lapidum, et iactus machinarum non formidans, indefesse studuit exhibere, uulnera letalia una cum suis seruientibus uiriliter dimicans subportando, de quibus postmodum tres de medio sunt sublati. Volentes itaque propter hoc eidem Magistro Petro grata uicissitudine respondere, quandam terram nostram populosam Jurk uocatam in Comitatu Noui Castri adiacentem, auferendo a Sebastiano kenezio, cui domina mater nostra dinosscebatur contulisse, dedimus, donauimus atque tradidimus ipsi Magistro Petro et suis heredibus heredumque successoribus perpetuo et inreuocabiliter cum omnibus suis utilitatibus et pertinencijs possidendam. Vt igitur huius nostre collacionis sev donacionis series robur optineat perpetue firmitatis, nec per quempiam possit in irritum retractari; presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Orodiensis Ecclesie Prepositi aule nostre Uicecancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC°LXX° tercio, VII. kalendas Nouembris, Regni autem nostri anno secundo. Vacante Sede Strigoniensi; venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Philippo Waciensi aule domine Regine Cancellario, Paulo Vesprimiensi aule nostre Cancellario, Tymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Waradiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Rolando Palatino, Herrico Bano tocius Sclauonie, Nycolao Voyuoda Transsiluano Comite de Zounuk, Joachino Magistro Tauarnicorum nostrorum, Reynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite Zolgageuriensi, Paulo Bano de Zeurino, Moys Comite Symigiensi, Deudalo Comite Zaladiensi, Johanne Comite Svpruniensi, et alijs quampluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a királyi pecsétnek töredéke vörö-sárga selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

14.

IV. László királynak Palkuna nevü földbirtokot tárgyazó adomány-privilegiuma Ochuz mester Buzad fia számára. 1273.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Regalis sublimitatis circumspeccio officij sui meritum tunc prosequitur et exylarat, cum suorum subiectorum corda gratuitis remuneracionis remedijs confouet et extollit. Proinde vniuersorum noticie fieri volumus manifestum, quod Magister Ochuz filius Buzad fidelis noster exposuit nobis humiliter supplicando, quod cum dominus Stephanus Serenissimus Hungarorum Rex, pater noster karissimus felicissime recordacionis pro laudabilibus eiusdem obsequijs, que idem in diuersorum temporum curriculis feruentissime fidelitatis studio viriliter inpendit; quandam terram Castri Zaladiensis Palkuna nuncupatam sub testimonio Conuentus Monasterij Sancti Adryani de Zala per hominem suum Povs nomine nullo contradictore apparente eidem assignari fecisset, donando et conferendo sibi de speciali sua gracia ac fauore; ipse Magister Ochuz priuilegium predicti patris nostri super huiusmodi collacione sua obtinere nequiuisset, eo quia medio tempore predictus karissimus pater noster Ade debitum, prohdolor, persoluens, ad Dominum transmigrasset; petens a nobis diligenter et attente, quod nos donacionem karissimi patris nostri prehabitam, in ipsius personam factam ratam habentes, sibi super hanc conferre priuilegium dignaremur. Nos siquidem, qui ex suscepti nostri regiminis officio singulorum merita oculo pietatis metiri non inmerito tenemur, fidelitates et seruicia eiusdem Magistri Ochuz, que uel quas nostris et predicti karissimi patris nostri temporibus fideliter exercuit, recensendo, in recompensacionem eorundem seruiciorum, licet et per amplius eidem in maioribus prouidere intendamus, tamen ad presens terram Palcuna cum

omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, prout Castrum tenuit et possedit, ex certa sciencia ab eodem eximendo, dedimus, donauimus, contulimus et concessimus, sicut et idem dominus pater noster contulerat, ipsi Magistro Ochuz et per eum suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo pacifice possidendam. Cuius eciam mete seu limitaciones, sicut in predicti Conuentus litteris patet, hoc ordine distinguntur: Prime mete incipiunt a meridie iuxta metas Wyd filij Ruma et ville Vng, ubi sunt quatuor mete angulares, due in arboribus *tulfa*, tercia terrea, et quarta noua in arbore *cherfa*; vnde egreditur ad aquilonem per terras arabiles, et incidens in uirgultum, et peruenit ad duas metas in arboribus *tulfa* positas, que separant ipsam terram a terra Vng ab occidente; vnde uadit similiter ad aquilonem iuxta eundem virgultum, et in angulo eiusdem virgulti sunt due mete, vna in arbore *tulfa,* alia terrea; inde tendit per terras arabiles similiter ad aquilonem ad quandam terram *erezteuen* vocatam, et ibi commetatur terris filiorum Vrbani de Kal, et ibi iuxta viam sunt quatuor mete, tres in arboribus *tulfa,* quarum vna est noua, et quarta terrea, vbi separatur a terra Vng; vnde iuxta eandem siluam vergit ad aquilonem, et peruenit ad tres metas angulares, quarum vna est in arbore *tulfa,* due in arboribus *cher,* una antiqua alia noua; unde per viam flectitur ad orientem, peruenit in eadem silua ad duas metas, vna in arbore *tulfa,* alia terrea; vnde reflectitur per viam in monte ad aquilonem, peruenit ad duas metas in *tulfa* positas inter vineas; abinde descendit de ipso monte ad quandam vallem ad orientis partem ad duas metas, quarum vna est in piro, alia terrea, vbi separatur a terris filiorum Vrbanus, et a terris Donk et Salomonis de Kal, et cognatorum suorum de eadem, vbi eciam est tercia meta noua in auellano; vnde ascendit iterum ad montem, et peruenit ad duas metas in *tulfa* positas; abhinc tendit quasi ad aquilonem, et peruenit ad quatuor metas angulares, quarum tres sunt in arboribus *tulfa,* et quarta terrea; ubi relinquens terram Kal et terras Salomonis, commetatur terris Egidij de Boyk; abinde iuxta terras Egidij vadit ad orientem in quodam virgulto, iuxta viam antiquam sunt due mete, una antiqua in arbore *tulfa,* alia noua terrea; deinde flectitur ad

meridiem saliens stratam publicam et gurgitem, et ascendit in montem, et in latere ipsius montis sunt quatuor mete angulares, tres antique, quarta noua, vbi separatur a terra Egidij et a terra Sech, et cognatorum suorum; vnde ascendit per eundem montem ad duas arbores *tul* et *cher,* de quibus descendit per latera ipsius montis ad vallem ad tres metas, vna in arbore *tulfa,* alia terrea, et tercia noua in arbore *nyrfa;* vnde asscendendo montem, et descendendo ad vallem, in medio ipsius montis sunt due mete terree iuxta viam posite; de quibus metis terreis reuertitur ad metas priores, et ibi terminantur. Ut igitur huius nostre concessionis, collacionis seu donacionis series robur perpetue obtineat firmitatis, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Orodiensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice Cancellarij, dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC°LXX° tercio, Regni autem nostri anno primo. Venerabilibus patribus Metropolitica Sancte Strigoniensis Ecclesie Sede vacante, Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Philippo Waciensi, Paulo Wesprimiensi aule nostre Cancellario, Tymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Waradiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Rolando Palatino, Herrico Bano tocius Sclauonie, Nicolao Woyawoda Transiluano Comite de Zonuk, Iwachyno Magistro Tauarnicorum nostrorum, Egidio Bano de Machou et de Bozna, Paulo Bano de Zeurino, Vgrino Magistro Agasonum nostrorum Comite Sirmiensi, Laurencio Magistro Pincernarum Comite de Kewe et de Craso, Moys Comite Simigiensi, Dedalo Comite Zaladiensi, Michaele Comite Nitriensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

15.

IV. László királynak a Zalai várhoz tartozó bizonyos földeket tárgyazó adománya Oliver és Herbord, Gergely fiai számára. 1273.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Juri consentaneum et equitati congruum inuenitur, ut Regum liberalitas suorum meritis subiectorum dignis respondeat donatiuis, ut nedum ipsi fidelitatibus adhereant indefessis, verum eciam alij eorum exemplo ad fidelitatis opera forcius accendantur. Proinde ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, quod attendentes eximias fidelitates et immensorum seruiciorum obsequiosa merita Oliuerij et Herbordi filiorum Gregorij fidelium nostrorum, que ijdem nobis et Corone Regie in diuersis expedicionibus Regni nostri, et specialiter in Teutonia sub castro Furustun nuncupato, cum Matheo Bano, Comite Dionisio, et Comite Johanne filio Henrici Bani fidelibus Baronibus nostris, qui de nostro mandato ibidem deuastaciones committebant, ubi eciam frater ipsorum Oliuerij et Herbordi nomine Thomas uiriliter dimicando extitit interemptus, laudabiliter impenderunt fideliter ac deuote; nos huiusmodi gratuita seruicia prefatorum, et alia, que propter sui prolixitatem enarrari obmittuntur per singula suo modo, in memoriam reuocantes, in aliqualem recompensacionem seruiciorum eorundem, et effusionem sanguinis seu mortem iam dicti Thome, benignitate Regia occurrentes, licet maioribus digni haberentur, et nostre sit intencionis, ipsis loco et tempore impocioribus prouidere, quandam vacuam terram Castri Zaladiensis ad usum trium aratrorum sufficientem, contiguam terre eorum, super qua quondam Hegun et sui cognati castres (így) Zaladienses residebant, prout hec nobis per litteras prefati Johannis Comitis Zaladiensis eo tempore

fuerunt intimata, eisdem Oliuerio et Herbordo, et per ipsos heredibus eorum heredumque suorum successoribus cum omnibus vtilitatibus, attinencijs et pertinencijs suis uniuersis, dedimus, donauimus et contulimus de omnium Baronum nostrorum consilio, consensu et assensu, iure perpetuo possidendam. Mete autem terre eiusdem, sicut ex tenore litterarum Abbatis et Conuentus Zaladiensis nobis innotuit, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit ab oriente a fluuio Zala tendens uersus meridiem ad riuulum Fernukag vocatum, ubi sunt due mete; deinde pergit ad metas terre ville Jerse vocate transeundo dictum riuulum; hinc eundo iuxta fluuium Howas nuncupatum, et ibi in ualle sunt due mete iuxta uiam; deinde pergit ad caput cuiusdam vallis, ubi circa uiam sunt due mete; hinc peruenit ad commetaneitatem Gabrielis et Keseud; abinde flectitur ad aquilonem in uia, et ibi sunt due mete; dehinc uenit ad fluuium Fenukag, ubi sunt due mete; inde in monte sunt due mete, una terrea et alia in arbore cerasea; deinde transeundo quandam vallem uenit ad montem, ubi in antiqua via sunt due mete; abinde uenit ad uerticem vnius vallis, ubi sunt due mete; hinc tendit ad partes fluuij Zala ad duas metas; dehinc regreditur ad metas terrarum predictorum Keseud et Gabrielis, et ibi terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Orodiensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo CC°LXX° tercio, regni autem nostri anno secundo. Metropolitica Sede Sancte Strigoniensis Ecclesie uacante; venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Job Quinqueecclesiensi, Paulo Wesprimiensi aule nostre Cancellario, Philippo Waciensi aule domine Regine karissime consortis nostre Cancellario Comite Neugradiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Waradiensi, Dionisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Rolando Palatino, Henrico Bano tocius Sclauonie, Joachino Magistro Tauarnicorum Comite de Plys, Matheo Bano Judice Curie, Nicolao Woyauoda Transsiluano Comite de Zonuk, Renoldo Magistro Dapiferorum Comite Zalgageu-

riensi, Paulo Bano de Sceurino Comite de Dobaka, Moys Comite Simigiensi, Johanne Comite Supruniensi, Dedalo Comite Zaladiensi, et alijs quam pluribus Comitatibus (így) Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, a barna-zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban. Töredékét kiadta Fejér Cod. Dipl. V. köt. 2. r. 117. l.)

16.

IV. László királynak Medekes, Liptói földet tárgyazó adománya Tyvan és Tivadar, Viliam fiai számára. 1273.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in omnium saluatore. Regie Celsitudinis extitit officium, precibus condescendere subiectorum, ut dum uotis prospicitur eorundem, famulancium numerus augetur. Proinde ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie litterarum uolumus peruenire; quod Tywan et Theodorius filij Viliam de Olazy ad nostram personaliter accedentes presenciam, quandam particulam terre in Medekes de Lypto existentem instanter peciit a nobis sibi dari. Verum quia de eadem terra ueritas nobis non constat, nec certitudo, et utrum nostre collacioni sit pertinens nee ne, fidelibus nostris Preposito et Conuentui de Turch direximus scripta nostra, qui nobis rescripserunt in hunc modum:

Excellentissimo Domino ipsorum Ladizlao Dei gracia Illustri Regi Hungarie, Juanka miseracione Diuina Prepositus et Conuentus Ecclesie Beate Uirginis de Turch oraciones in Christo debitas ac deuotas. Litteras Uestre Celsitudinis honore quo decuit recepimus in hec uerba:

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Preposito et Conuentui de Turch salutem et graciam. Noueritis,

quod Tywan et Theodorius filij Viliam de Olazi fideles nostri quandam particulam terre in Medekes de Lypto existentem, pecierunt a nobis sibi dari. Et quia de qualitate et quantitate ipsius terre, et utrum nostre collacioni sit pertinens nec ne, nobis non constat ueritas, fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus mittatis vnum ex vobis virum idoneum pro testimonio, coram quo Johanes clericus de eadem Olazi homo noster, presentibus conmetaneis et vicinis reambulet ipsam terram, et si nostre collacioni pertinentem inuenerit, certis metis a terra populorum nostrorum de Topla, de Varalia et de Hodaz distingendo separando, statuat eisdem Tywan ac Theodorio, et si non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint, ad nostram citet presenciam, ad terminum conpetentem; post hec qualitatem et quantitatem terre predicte simul cum cursibus metarum et serie tocius facti nobis fideliter rescribatis. Datum Bude in octauis festiuitatis beati Jacobi Apostoli anno Domini M°CC°LXX° tercio.

Nos igitur preceptis Celsitudinis Uestre obtemperare cupientes ut tenemur, misimus hominem nostrum idoneum una cum homine uestro Johane Clerico ad premissa exequenda; qui demum ad nos reuersi dixerunt, predictam particulam terre reambulasse presentibus conmetaneis et vicinis, et eisdem Tywan ac Theodorio statuisse, nullo penitus contradictore apparente. Cuius quidem terre mete hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit in fluuio Vaag; deinde pertransiens insulam, et transiens venam ipsius Vaag, vbi fluuius Medekes cadit in ipsam venam; inde per eundem fluuium ascendit supra ad magnum spacium, tenendo metas cum Marcello, et venit usque metas Topla; ibidem in transitu seu vadu ipsius fluuij, vbi uia tendit in Castrum magnum, exit ad orientem ad terream metam; deinde ascendit ad berch, et deuenit ad uiam, que ducit in Hodaz, et in uillam Varalia, et ibi est terrea meta, que separat a duabus villis predictis; abinde tendit ad meridiem iuxta metas uillarum predictarum pertransiens quendam berch virgutosum, et deuenit ad terream metam; postea tendit eciam ad terream metam, que separat a terra populorum Olazi; et deinde declinat ad occidentem, per quandam monticuli aciem descendit ad terream metam, que est iuxta semitam; inde reflectitur descendendo

ad meridiem, deuenit ad terream metam; abhinc eciam descendit ad terream metam; postea descendit ad Mochar, in medio cuius est lapis, qui est pro meta; inde tendit ad viam publicam prouincie, quam pertransiens ibidem uenit ad terream metam, que est iuxta uenam Vaag, et per ipsam venam ascendit in fluuium Vaag, et per ipsum Vaag descendit usque ad priorem metam, et ibi terminatur. Nos itaque, qui debemus Regaliter metiri merita singulorum, et unicuique iuxta suorum exigenciam meritorum, regalibus occurrere donatiuis; consideratis fidelitatibus et meritorijs seruicijs Tyuan ac Thevdorij predictorum, que nobis in legacionibus nostris in Ruteniam sepius transmissi, et postmodum in castro nostro de Lypto residentes inpenderunt, et inpendere poterunt in futurum, ipsam particulam terre cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis Tywan ac Theodorio supradictis, et per eos ipsorum heredibus, heredumque suorum successoribus, dedimus, donauimus et contulimus, iure perpetuo pacifice possidendam, tenendam et habendam. Vt igitur huius collacionis nostre series robur obtineat perpetue firmitatis, nec possit ullo umquam tempore per quempiam retractari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus venerabilis viri Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, Prepositi Budensis aule nostre Vice Cancellarij, dilecti fidelis nostri. Anno Domini M°CC°LXX° tercio. Regni autem nostri anno secundo.

(III. Endre király 1298-ki megerősítő okmányából. Közli Érdy János.)

17.

IV. László királynak bizonyságlevele, hogy Miklós azelött gerzenczei föispán Peklen birtokát Benedek Márton fiának eladta. 1273.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendamus significantes tenore presencium vniuersis, quod Nicolao filio Tyba, condam Comite de Guersence ab vna parte, Benedicto filio Martini ex altera coram nobis personaliter constitutis; idem Comes Nicolaus terram Peklen vocatam, existentem in Comitatu de Guerzence, que quondam fuerat terra Nicolai dicti Toldol, quam idem Comes Nicolaus ipso (sine) heredum solacio decedente ex collacione Regia habuerat et possederat, confessus est se vendidisse, nobis eciam permittentibus et consencientibus, predicto Benedicto pro septuaginta marcis, recepta ipsa pecunia plenarie ab eodem, sicut eciam in patentibus litteris Capituli Chasmensis sub pendenti sigillo emanatis nobis patuit eudenter : tali obligacione interiecta, quod quandocunque, uel per quemcunque idem Benedictus occasione premisse terre vexaretur, tenetur Comes Nicolaus eum expedire proprijs laboribus et expensis. Datum Bude in quindenis Pentecostes anno Domini M° CC° LXX° tercio.

(Eredetie börhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a föméltհg. Batthyáni család levéltárában.)

18.

IV. László király megerősíti V. Istvánnak 1271-ki nemeslevelét több vasmegyei várjobbágy számára. 1273.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus tam presentibus, quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Vt iustis peticionibus virtute prefulgencium mundi Principes assensum prebeant, benignitas suadet, racio postulat, jus requirit, presertim quum petencium vota pietas adjuuat, et veritas non relinquit. Proinde ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Paris filius Bana, Jacobus et Michael filij Bolosoy, ac Laurencius filius Leuca de genere Heren ad nostram accedentes presenciam, exhibuerunt nobis priuilegium domini Stephani Inclyti Regis clare memorie — — — patris nostri, super eorum translacione de jobagionatu Castri ad nobiles. Cuius tenor talis est:

Stephanus D. gr. Hungarie stb. Rex stb. (következik V. István királynak 1271-iki okmánya, mint gyűjteményünk VIII-ik, vagyis a második folyam 3-ik kötetében 338. l.)

Nos igitur eosdem Paridem et Jacobum filios Bolosoy attendentes aptos esse ad obsequium Maiestatis Regie, in memoriamque reuocantes, qualiter ijdem sub vexillo Amadei tunc Comitis Castri Ferrei in deuastacione Morauie et Styrie gratum nobis exhibuerunt famulatum, prenotatam translacionem — — patrem nostrum commendabiliter factam, ratam habentes pariter et acceptam, ipsum priuilegium de uerbo ad uerbum insertum presentibus confirmamus, duplicis sigilli nostri munimine roborando; ita vt presens confirmacio seu innouate libertatis concessio prioris translacionis perpetuum sit munimen. Datum per manus eiusdem Magistri Benedicti Orodiensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri; anno Dominice Incarnacionis M°CC°LXX°III°., V. kalendas Junii, Regni autem nostri anno

primo. Venerabili viro Magistro Nicolao Sancte Strigoniensis Ecclesie Electo, perpetuoque Comite loci eiusdem, aule nostre Cancellario, Comite de Pilys; Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Philippo Vaciensi aule domine Regine Cancellario Comite Neugradiensi, Lodomerio Waradiensi, Paulo Wesprimiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Laurencio Palatino, Comite Supruniensi et de Barana ac Judice Cumanorum; Herrico Bano totius Sclauonie, Egidio Bano de Machow et de Bozna, Stephano Magistro Tauarnicorum nostrorum, Ladizlao Judice Curie nostre Comite de Bana, Renoldo Magistro Dapiferorum Comite Zulgageuriensi, Laurencio Magistro Pincernarum Comite de Kewe et de Karassow; Vgrino Magistro Agasonum Comite Syrmiensi, Paulo Bano de Zewrino, Emerico Comite Simigiensi, Gregorio Comite Castri Ferrei, Dedalo Comite Zaladiensi, Michaele Comite Nitriensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(XVIII. századi másolatból, közli Nagy Iván.)

19.

IV. László király megerősiti V. Istvánnak Tusyr, Rozgon, Baas és Lapuspatak nevü jószágokat tárgyazó adományát, Renold királyi főtálnokmester számára. 1273.

1) Religiosis viris Conuentui Ecclesiae de Lelez Nicolaus Konth Regni Hungarie Palatinus et Judex Cumanorum amiciciam paratam cum honore. Noueritis, quod in Congregacione nostra Generali Vniuersitati nobilium Aba Wyuariensis et de Sarus Comitatuum feria quarta proxima post festum Beati Michaelis Archangeli in anno Domini M°CCC°LX° quarto transacto preterita prope ciuitatem Kassa celebrata Nicolaus filius Benedicti de Tvsyr de medio aliorum consur-

gendo proposuerat eo modo : quod Ladislaus filius Johannis, Laurencius filius Petri, et alter Ladislaus filius Nicolai de Rozgon, ipsum et suas posteritates in predicta possessione sua Tusyr vocata contra quoslibet impetitores conseruare assumpsissent; quam quidem possessionem vicini et commetanei sui vndique existentes fere in maiori parte ad possessionarias ipsorum porciones applicando ab ipso alienassent, nuncque ipse per ipsos Ladislaum, Laurencium et alterum Ladislaum in dicta possessione Tusyr vocata iuxta eorum assumptum se conseruare vellet iure mediante. Quo percepto Demetrio filio Symonis pro Ladislao filio Nicolai antedicto cum nostris, pro altero vero Ladislao filio Johannis, et Laurencio filio Petri Stephano rufo cum litteris procuratorijs Conuentus de Jazo in nostram exurgentibus presenciam, eandem causam ipsis partibus volentibus et petentibus ad octavas festi Epiphanie Domini duximus prorogandam stb. (Ekkor az ügy ismét többször, s elvégre „ad presentes octauas festi Epiphanie Domini" elhalasztatván; Miklós comes két tulajdonátruházási okmányt mutat fel). Preterea Demetrius filius Johannis in personis dictorum nobilium de Rozgon quoddam priuilegium Illustrissimi Principis domini Ladizlai pridem incliti Regis Hungarie anno ab Incarnacione Domini M°CC° septuagesimo tercio confectum, transscribens et confirmans litteras priuilegiales domini Stephani olym Regis Hungarie anno verbi incarnati M°CC° septuagesimo exortum reuoluit decantans inter alia, quod idem dominus Stephanus Rex fidelitatibus et fidelium obsequiorum praeclaris meritis Renoldy Magistri Dapiferorum Ducis Ladislai filij sui, dilecti et fidelis sui, Comitis Agazonum suorum et de Zabolch, qui a primeuis sue iuuentutis temporibus sibi omni conaminis studio studuisset complacere, in Sue Maiestatis reminiscenciam reductis, quandam terram Tusyr in Comitatu de Zabolch existentem cum omnibus suis vtilitatibus, pertinencijs et appendicijs eidem Magistro Renoldo dedisset, donasset et tradidisset iure perpetuo possidendam, tenendam et habendam stb. Datum in Wysegrad duodecimo die termini prenotati, anno Domini millesimo CCC°LX° sexto.

(Eredetie papiron a budai kir. kamarai levéltárban.)

2) Amicis suis Reuerendis Conuentui Ecclesie de Jazou Jacobus de Scepus Judex Curie et uniuersarum Ciuitatum domini Ludouici D. gr. Regis Hungarie stb. Noueritis, quod domino Ladizlao Duce Opulye predicti Regni Hungarie Palatino in Congregacione Vniuersitati Nobilium Aba Wyuar et de Sarus Comitatuum feria quinta in octauis festi Assumpcionis Virginis Gloriose anno Domini M°CCC°LXX° preteritis prope ciuitatem Cassa celebrata causales processus quorumlibet litigancium dimeciente, Nicolaus Judex dicte Ciuitatis Cassensis de medio ceterorum exurgendo stb. (a város területét határjárás által biztosittatni kéri; a mire nézve a tárgyalás „ad presentes octauas diei cynerum“ elhalasztatott). Tandem ipsis octauis instantibus Jacobus Judex dicte Ciuitatis nostro comparendo in conspectu quoddam priuilegium domini Ladizlai olym Regis Hungarie anno Domini millesimo CC°LXX° tercio septimo kalendas Junij, Regni autem sui anno primo emanatum, tenorem quarundem litterarum domini Stephani olym similiter Regis Hungarie priuilegialium anno ab Incarnacione Domini millesimo CC°LXX° emanatarum de uerbo ad uerbum transscriptiue et confirmatiue in se habens, nobis curauit exhiberi, exhibens inter alia, quod idem dominus Stephanus Rex pro fidelitatibus et seruitijs Renoldi Magistri Dapiferorum Ducis Ladizlai filij sui et Comitis Agazonum suorum in eisdem litteris declaratis, inter alias possessiones seu terras similiter in eisdem litteris contentas, quasdam terras Rozgon, Baas et Lapuspatak vocatas in Comitatu de Aba Wywar existentes cum omnibus pertinencijs et vtilitatibus suis eidem Magistro Renoldo perpetuo contulisset. stb. Datum in Wyssegrad duodecimo die termini prenotati anno Domini millesimo CCC°LXX° octauo.

(Eredetie papiron a budai kir. kamarai levéltárban.)

20.

IV. László királynak Monak nevü földet tárgyazó adománya Simon mester és fia Sándor számára. 1273.

Amicis suis Reuerendis Conuentui Ecclesie de Lelez Nicolaus Regni Hungarie Palatinus et Judex Cumanorum stb. Noueritis, quod cum Marcus filius Mathyws de Isyp, et Nicolaus de Chele super facto duarum parcium possessionum Lwch, Megyezo et Zada, item medietatum possessionum Naglazon et Lask vocatarum in Comitatu Zemlyniensi existencium Magistrum Petrum filium Michaelis de Dob stb. in presenciam domini Detrici Bubek pridem similiter Palatini contra sese in causam attraxisset stb. (s ezen osztályper először „ad octauas festi Epiphaniarum Domini" 1404., s ezután még többször, és végre „ad octauas festi Beati Michaelis Archangeli" 1406. elhalastatott) annotatus Magister Petrus stb. quasdam octo litteras, duas Capituli Agriensis, vnam anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo septimo, et aliam anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio; terciam Domini Ladizlai olim Regis Hungarie anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tercio stb. subortam nostrum produxerant in conspectum. stb. Prefata autem littera annotati Ladizlai Regis per eundem Ladizlaum Regem porcionem Castri Zemlyn de terra Monak sub eisdem metis et terminis, sub quibus idem Castrum possedisset, Comiti Symoni, et Alexandro filio suo, eorumque heredibus pro ipsorum seruicijs iure perpetuo et irreuocabiliter datam fuisse declarat stb. Datum Bude sexagesimo die octauarum festi Beati Michaelis Archangeli anno Domini 1409.

(Eredetie papiron a budai kir. kamarai levéltárban.)

21.

Erzsébet özvegy királynénak Ariaicha nevü birtokot tárgyazó adománya Aladár mester Chete fia számára. 1273.

Donatio Reginae Elisabethae Regis Stephani V. viduae, qua mediante possessio Ariaicha in Comitatu Posegensi habita Magistro Aladario filio Chety, iuxta quod eidem antehac Regina condam Maria socrus sua per defectum Petri filii Chelleus contulerat; postea tamen Stephanus Rex, maritus suus, ipsi offensus ademerat, et cuidam Nicolao filio Laurentii, ac alis nonnullis donaverat, cum consensu filii sui Ladislai IV., et de consilio Praelatorum et Baronum, sub iis libertatibus, quibus videlicet terrae aliorum nobilium de Posaga, generacionis condam Borych Bani possidentur, ad haeredes ipsius haeredumque successores jure perpetuo ita est restituta, ut pro casu defectus sui liberam superinde disponendi facultatem habeat; donatione etiam praenotati Nicolai, et nefors aliorum, superinde obtenta simpliciter cassata existente. 1273. sub authentico.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből; az eredeti Zágrábba vittetett.)

22.

Dénes nádornak Zalamegye gyülésében Jurk fiaira mondott bünvádi itélete. 1273.

Nos Dionisius Palatinus, Comes de Oklich et Judex Cumanorum tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum ex precepto domini nostri Ladizlai Serenissimi Regis Vngarie ex consilio Baronum tocius Regni ad condempnandos malefactores fuissemus ingressi; tandem

in Comitatu Zaladiensi in congregacionis collegio, ubi vniuersi nobiles, jobagiones Castri et Ecclesiarum, ac alij conuenerant, per eosdem vniuersos nobiles et alios quamplurimos qui aderant, filij Jurk, Kondakur videlicet (et) Tomas, esse fures, latrones et per omnia malefactores extiterunt accusati publice proclamando. Qui iuxta Regni consuetudinem legitime presentibus omnibus ad iustificandum se semel, secundo et tercio euocati, nec ad primam, secundam, terciam, ymo ad nullam congregacionem nostram uenire procurarunt. Vnde cum huiusmodi scrupulose diffamaciones excitate tumultu cum eximio per proclamaciones omnium in singulis congregacionibus existencium institerunt contra ipsos; mediantibus et consencientibus omnibus, dictos filios Jurk in rebus et persona, ubicumque inuenti fuerant, duximus esse condempnandos. Et quia talium condempnandorum, ymo condempnatorum res et possessiones iuxta Regni cosuetudinem ad manus Palatinatus debeant deuolui; terra eorum filiorum Jurk, que nobis cessit legitime, non redimentibus cognatis eorum, nec eciam contradicentibus, sed pacifice permittentibus, terram eorum predictam cum omnibus vtilitatibus suis Magistro Hoholto filio Comitis Hoholti bone memorie precio pro condigno usque in filios filiorum uendidimus in perpetuum et inreuocabiliter possidendam. Praeterea ijdem filij Jurk in factis eorum rebelles in cuiusdam noctis silencio ausu temerario in venerabilem uirum Dominicum Abbatem Zaladiensem sine causa irruissent, eundem spoliatis omnibus rebus suis penes se habitis, uerberibus acerbissimis afflixissent, tercia pars terre predictorum eidem Magistro Hoholdo precio pro condigno vendidisse usque in filios filiorum, et inreuocabiliter coram nobis viua uoce sunt professi. Addita etiam tamen ista preeminenti racione, eo quod uendicio iam dicte terre Magistro Hoholdo magis attineat, quia pater ipsius Comes Hoholdus, cum adhuc prospera frueretur sospitate, predictam terram filiorum Jurk conperimus sibi precio comparasse sub titulo empcionis approbato. Cuius terre mete hoc ordine distinguntur: Videlicet prima meta incipit iuxta fluuium Isobor a parto orientis, ubi sunt due mete, una terrea, alia in pruneo ligno; inde ascendit ad montem declinando parum ad aquilonem ad edificia Bench filij Pauli et cognato-

rum suorum, ubi retro curiam Blacen iuxta uiam sunt due mete terree; abhinc flectitur ad aquilonem per uiam, qua uadit ad terram Cazmerij, iuxta quam uiam sunt tres mete, que separant a terra Cazmerij; deinde flectitur, vadit ad orientem per unam uiam herbosam in virgulto, que uadit ad uillam Apati, vbi sunt tres mete, due ueteres in ārboribus silicum, vna terrea; exinde prosilit terram arabilem, et in uirgulto in arbore silicis est meta antiqua, alia terrea; inde vadit ad vallem et puteum Mathur per continuas metas ad huc orientem, que vallis separat a terris Ecclesie Beati Adriani; et inde ascendens ad partem meridionalem per capita vinearum et in silua iuxta unam viam in arbore silicis cruce signata est meta antiqua, alia terrea, que separant a terris Ecclesie Vzturgar vocata (igy), et a terris Bodulay Hurnat nominata (igy); et inde per uiam in eadem silua ueniens, in exitu silue est meta antiqua in arbore silicis, alia terrea; abinde per eandem viam ueniet in planicie ad occidentem, et in loco campestri sunt due mete terree, et inde reflectitur ad meridiem per uiam herbosam, in uirgulto sunt due mete terree; inde descendens, et in fine parui uirgulti sunt due mete terree; inde venit ad caput unius vinee, ubi sunt due mete; et inde descendens iterum ad occidentem ad predictum fluvium Isobor, iuxta quem sunt due mete, et ibi terminatur. Vt igitur huius rei series robur obtineat perpetue firmitatis, nec per quempiam lapsu temporum possit sev valeat in irritum retractari, praesentem concessimus paginolam sigilli nostri munimine roborari. Datum anno gracie M° ducentesimo septuagesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hártyazsinegen függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban. Töredékét közli Fejér Cod. Dipl. V. köt. 2. r. 136. l.)

23.

Henrik szlavoniai bánnak bizonyságlevele, hogy a Jarmanigi és Raztinargi nemesek Brochinában lévő birtokuknak felerészét Perchinus comesnek eladták. 1273.

Nos Henricus Banus tocius Sclauonie significamus omnibus presens scriptum inspecturis, quod Gregorius pro se et fratribus suis de Dosa et de Foyn uocatis, Poscyl filius Miruzlai, Gordina filius Raduzlai pro se et pro Draguina, Demensa filius Hernan, Godimus filius Dunguan, Thomas filius Vid — — i pro se et pro Vidomero et Vgrinch, Dobrila frater eius, Ko — — lius, Petk pro se et pro Bratk fratre suo, et Volk filius Vol — — — nobiles de Brochina, qui uocantur Jarmanigi et Raztinargi a parte una, Perchinus Comes ab altera coram nobis constituti, iidem Jarmanigi et Raztinargi protestati sunt, dimidiam partem porcionis sue, quam habent tn magno monte in Brochina, scilicet dimidietatem sexte partis ipsos contingentem, se uendidisse Perchino Comiti pro quadraginta marcis, quas ab eo plene dixerunt recepisse, sibi et suis heredibus in perpetuum possidendam; aliam autem medietatem sibi reseruauerunt. In cuius rei firmamentum litteras nostras concessimus ad peticionem parcium. Datum Zagrabie anno Domini M°CC°LXX°III°.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös selyemzsinóron függő pecsét alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

24.

A keresztesek uj-udvari konventjének bizonyságlevele, hogy Lonkochzi Farkas Lonkochzban lévő birtokát Varou Peterne fiának eladta. 1273.

Nos frater Guiyllermus Preceptor et Cruciferi Domus Hospitalis de Noua Curia memorie commendantes notificamus quibus expedit vniuersis, quod constitutis coram nobis Farkasio filio Stephani de Lonkochz a parte una, Varou filio Peterne de eadem ab altera, idem Farkasius dimidietatem terre sue a Mychaele filio Comitis Mychaelis sibi deuolute, site in eadem Lonkochz, a plaga aquilonis adiacentem, confessus est se vendidisse Varou antedicto pro marca, fertone et dimidio plene ab eodem receptis, iure perpetuo et in heredum heredes possidendam nullius contradiccione mediante. Cuius eciam terre alteram dimidietatem idem Farkasius adhuc antea uendidisse se asseruit Varou memorato; priuilegio Capituli Vesprimiensis super eadem terra confecto, cum idem Farkasius ipsum se habere denegauerit, pro casso, et inani, ac sine iuribus, si umquam exhibitum fuerit, remanente. Tali insuper condicione interposita, quod si aliquis uel aliqui processu temporum predictum Varou uel ipsius heredes occasione memorate terre impetere quocunque modo attemptauerint; extunc idem Farkasius, et per consequens ipsius heredes expedire tenebuntur eosdem proprijs laboribus et expensis, et sic facta expedicione relinquent eandem terram totam Varou et filijs eiusdem sine dampno et pacifice possidendam. Cuius quidem totius terre metarum distinccio incipit in fluuio Lonkoch uersus aquilonem ab arbore *egur* pro meta assignata; inde procedit ad orientem directe per terram arabilem, et transita quadam strata publica peruenit ad arborem pomi in ualle sitam, in qua est meta; exhinc adhuc ad orientem tendendo peruenit ad arborem ilicis sitam subtus vineam filiorum Stefand, in qua est meta; ab hinc iuxta eandem vineam ascendit adhuc ad orientem ad uiam in supe-

riori parte ipsius vinee percurrentem, ubi sunt due mete terree, et ibi continuatur terre hereditarie Varou prenotati; abinde in eadem uia uertitur ad meridiem, et eundo satis per amplum usque ad uiam *agagusuth* uocatam descendit in uallem, ubi est meta; deinde adhuc ad meridiem in eadem ualle uergendo peruenit ad metas Comitis Petri de Palah; et satis per longum pergendo peruenit ad quandam semitam ad arborem pomi, in qua est meta; exinde flectitur ad occidentem per eandem semitam ad angulum unius saltus ad unam metam terream; hinc directe per nemus ad occidentem descendendo incidit in eundem fluuium Lonkochz, et ibi terminatur. In cuius vendicionis memoriam firmitatemque perpetuam ad instanciam parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, anno Dominice Incarnacionis M° CC° LXX° tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hártyazsinegen függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

25.

Vrbaz megye hatóságáuak bizonyságlevele, hoyy Voyknak fiai Lipyében lévő birtokukat György Chelk fiának eladták. 1273.

Nos Cristoforus et Vitus Magistri Comites de Vrbaz, et Bartholomeus Comes Terrestris, et ceteri Judices Nobilium, videlicet Pridichna et Jacus significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod accedentes ad nostram presenciam Hrouatin, Petrus, et Blagoya filij Voyk ab una parte, ex altera uero Georgius filius Chelk; idem Hrouatin, Petrus et Blagoya filij Voyk confessi sunt viuis uocibus ipsorum quandam possessionem eorum hereditariam existentem in Vrbaz Lipye uocatam, cum omnibus vtilitatibus suis uendidisse pro quinquaginta marcis Georgio antedicto, mediantibus autem et non contradicentibus vicinis et commetaneis perpetuo possidendam. Cuius possessionis ad uidendam quanti-

tatem misimus nobiles iobagiones Castri Radihna, Grulich, Hodus, Wlcozlaum, Georgium filium Radeyk et Zuilanum, qui ad nos redeuntes dixerunt qualitatem et quantitatem possessionis supradicte; cuius possessionis prima meta incipit a fluuio *potok* uocato, ubi cadit in fluuium Ozornicha, et contra cursum eiusdem tendit et peruenit ad portum, ubi uia transit, et per eandem eciam procedendo peruenit et cadit in fluuium Lubna, et per eundem tendit et exit ad siuicam Mireni; deinde progreditur et peruenit ad unum lucum Raquitouech uocatum; deinde uersus orientem peruenit ad arborem *thul cokoriaui* uocatum (igy), et peruenit ad fluuium Ozornicha contra Obrou dictum; deinde contra cursum eiusdem vadit, et exinde exit, et peruenit ad unum lucum Hraztoueth uocatum; deinde directe uersus orientem peruenit ad unam mlacam ad partem sinistram, modicum per eandem procedendo peruenit ad portum; deinde versus meridiem tendit supra et cadit in eandem mlacam, et per eandem peruenit ad alium portum ad uiam, et per candem uiam tendit uersus occidentem, que via ascendit ad unum verticem; deinde similiter uersus occidentem ad arborem *glog* uocatum; exinde cadit in fluuium Ozornicha, ibique mete determinantur. Datum Dominica proxima ante festum Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum, anno ab Incarnacione Domini M°CC°LXX° tercio.

(A zágrábi káptalannak 1348. „feria sexta proxima post festum Beati Martini confessoris“ „Jacobus filius Pauly Daach nobilis de Vrbaz“ kérésére kiadott átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

26.

István comes, Endre comesnek tisztje, azt bizonyitja, hogy Kölkede Illés neki és az ellenfélnek eleget tett. 1273.

Nos Stephanus Comes, officialis Comitis Andree, damus pro memoria, quod super causa, que uertebatur inter Eliam filium Jacobi ab una parte, de Kulked, Joseph de eadem ex altera; que eciam uentilata fuit coram Comite Coraldo ante-

cessore nostro, idem Elias super ipsa causa satisfecit nobis et Joseph supradicto. Obligauit eciam se idem Joseph, quod si processu temporis ipsum Eliam traheret in causam; iudicium unius marce soluere teneretur super facto prenominato. Datum in Dominica Reminiscere anno Domini M°CC°LXX° tercio.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 222. l.)

27.

IV. László királynak parancsa az egri káptalanhoz, hogy azon szolgák és szolgálók nevei iránt jelentést tegyen, kiket Miklós Arnoldnak fia Ponich bánnak eladott. 1273. körül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Albensi salutem et graciam. Scripseramus Capitulo Agriensi, ut unum ex eis mitterent fidedignum, qui sciret et requireret nomina seruorum et ancillarum, quos et quas Nycolaus filius Arnoldi iuxta continenciam litterarum uestrarum Ponich Bano fideli nostro in pace reliquisset. Qui postmodum nobis rescripserunt, quod recepto huiusmodi nostro mandato suum misissent hominem fidedignum, coram quo idem Ponich Banus statuisset octoginta et duo capita seruorum et ancillarum, qui dixerunt se fuisse deuolutos ad ipsum Ponich Banum ab ipso Nycolao filio Arnoldi, quorum nomina in litteris eiusdem Capituli capite sigilli nostri consignatis uidebitis contineri. Quare fidelitati vestre mandantes precipimus, quatenus nomina eorundem seruorum et ancillarum uestro priuilegio uelitis inserere, cum a nobis id fuerit impetratum. Datum in Pest feria sexta post octauas Pasce.

(A székesfehérvári káptalannak 1274-ki átiratából mint alább 57 sz. a.; a főmélt. herczeg Batthyáni család levéltárában.)

28.

Az egri káptalannak jelentése IV. László királyhoz ugyanazon tárgyban. 1273. körül.

Excellentissimo domino suo Ladizlao Dei gracia Illustri Regi Vngarie Capitulum Ecclesie Agriensis oraciones in Domino cum perpetua fidelitate et promptitudine seruiendi. Recepimus litteras Uestre Celsitudinis continentes, quod mitteremus unum ex nobis fidedignum, qui sciret et inquireret nomina seruorum et ancillarum, quos et quas Nycolaus filius Arnoldi iuxta continenciam litterarum Capituli Albènsis Ponich Bano Comiti de Guechke et de Scen fideli uestro in pace reliquisset, sed illa uice partes de nominibus eorundem seruorum et ancillarum ignorassent; nunc autem idem Ponic Banus sciens nomina eorundem, uellet ea expressim scribi facere ad litteras Capituli Albensis antedicti, que nomina ipsorum seruorum et ancillarum ipsi Capitulo Albensi fideliter in nostris litteris intimaremus. Nos igitur uestro mandato satisfacere cupientes, ut tenemur, misimus unum ex nobis virum idoneum ad sciendum et inquirendum nomina dictorum seruorum et ancillarum, qui redies nobis dixit: quod prefatus Ponich Banus statuisset coram eo octoginta et duo capita seruorum et ancillarum, qui dixerunt se fuisse deuolutos ad ipsum Ponich Banum a Nycolao filio Arnoldi prenotato. Qui eciam per eundem socium nostrum singulariter interrogati nomina sua taliter expresserunt: Martinus cum vxore sua Mucha uocata; item Egidius, Petrus et Paulus fratres dicti Martini; item Petrus, Othmar, Olifa cum uxore sua nomine Bosa; item Leanch relicta Pauli et Jacobus filius eiusdem; item Chekte; item tres puelle Elena, Maria et Chuce uocate; item due mulieres Margareta et Gundus; item Iru cum uxore sua Sybouca uocata; item Petrus, Och et Paul filij dicti Iru; item Dobri cum Anna uxore sua; item Kechka cum Johanne filio suo; item Sunda cum Endre filio suo; item Foymos cum uxore sua Calina, Paulo, Karachino filijs, Poucha, Agnes et

Lilium filiabus suis; item Juka mulier (cum) Petro et Vrbanus filijs suis; item Durgozlo cum Benedicto filio suo; item Thomas cum uxore sua Scemte, Petro, Johanne et Nycolao filijs suis; item Sceme mulier (cum) Jacobo, Farcasio filijs, et Agata filia sua; item Elysa et Peturka mulieres; item Nycolaus, Myke et Gurk serui; item Budeu cum uxore sua Pucha, Nycolao, Petro et Buhtus filijs, et Lilium filia; item Chegze; item Wolkan cum uxore sua Margareta et Zuge filia sua; item Zalawa cum uxore sua Martina, Petro et Paulo filijs, Margareta et Marguit filiabus suis; item Churnoka mater uxoris Zalawa; item Zulete (cum) Petarka et Nege filijs suis; item Michael cocus cum uxore sua Zurke, et Maria sorore sua; item Petrus filius Marie ipsius; item Malchun cum fratre suo Jurk, et Jurke matre ipsorum; item Cheke, et Martina mater eiusdem. Vnde nos ipsa nomina seruorum et ancillarum non Capitulo Albensi, sed Uestre Excellencie duximus fideliter rescribenda.

(A székesfehérvári káptalannak 1274-ki átiratából, mint alább 57. sz. a.; a főmélt. herczeg Batthányi család levéltárában.)

29.

Dénes nádor és Gergely bán mint választott birák itéletet mondanak János comes Isipnek fia és Ochuz comes közt. 1273. körül.

Nos D. Palatinus, Comes Symigiensis et Judex Cumanorum, et Gregorius Banus damus pro memoria, quod cum inter Comitem Johannem filium Isip actorem ab una parte, et Comitem Ochuz ex altera super facto terre Chuona uocate, et destruccione eiusdem Comitis Johannis super terra sua Sur uocata per ipsum Comitem Ochuz facta, ut dicebat, non ut judices, sed ut arbitry de uoluntate partis utriusque arbitraremur; idem Comes Johannes asserebat, quod Comes Ochuz predictam terram suam Chuona uocatam detineret indebite occupatam; e conuerso Comes Ochuz respondit, quod predictam terram de precepto domine Regine senioris sue proteccioni per eandem commissam tanquam protector detineret, super quo partibus assumpmentibus taliter sumus arbitrati: Quod si feria sexta proxima post medium XL-me Segusdini coram Comite Gregorio filio Ihanis, Comite Cosma de Koazma, Comite Pertholdo et Comite Nicolao filio Ipoliti, quos uice personarum nostrarum ad hoc deputauimus, predictus Comes Johannes litteras eiusdem domine Regine poterit exhibere Comiti Ochuz transmissas, qui similiter ibi debet comparere, continentes, ut ipse Comes Ochuz ipsi terram non debeat detinere, sed ipsam Comiti Johanni permittat possidere, extunc Comes Ochuz ipsam terram relinquet coram Johanni pacifice possidendam. Item super facto premisse destruccionis per nos taliter extitit arbitratum, quod idem Gregorius, Cosmas, Pertholdus et Nicolaus Comites, quos uice nostri deputauimus, ut premissum est, et Endre filius Mortunus de parte Comitis Johannis, et Farcasius filius Decimus de parte Comitis Ochuz inquisitores super predicta destruccione, quam Comes Johannes super terra sua Sur uocata per Comitem Ochuz factam dicebat, scient et inquirent in fide eorum Deo

debita omnimodam ueritatem, et in predicta sexta feria ijdem sex nobiles secundum inquisicionem in fide ipsorum factam quantum dampuum ipsi Comiti Johanni per Comitem Ochuz irrogatum asseruerint, Comes Ochuz eidem refundere tenebitur in terminis per ipsos nobiles ad hoc deputatis; et insuper Comes Ochuz id, quod Comes Johannes in congregacione nostra in Kapus celebrata cum suis complicibus contra ipsum protulit, tolerabit, uel si predicti sex inquisitores id affirmauerint, ut Comes Ochuz ipsi Comiti Johanni nullam destruccionem irrogauerit, et in predicta congregacione indebitam accusacionem cum suis complicibus direxerit contra ipsum, extunc iuxta sentenciam ipsorum sex nobilium idem Comes Johannes Comiti Ochuz de uerecundia sibi illata debet omnem satisfaccionem exhibere; et iidem arbitri litteras suas concedent ipso die parti utrique super processu negocij prenotati. Datum Symigij in dominica Inuocauit Me.

Kívül: Pro Comite Johanne filio Isep contra Comitem Ochuz in facto terre Chuna.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

30.

IV. László király megerősiti IV. Béla és V. István királyoknak Machyk községét tárgyazó adományozását Perchinus comes számára. 1274.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod fidelis noster Comes Perchinus in nostri comparens presencia exhibuit et hostendit nobis priuilegium karissimi patris nostri domini Stephani Regis inclite recordacionis, in quo uidimus contineri; quod Serenissimus Bela

Rex auus noster contulerat et donauerat eidem Comiti Perchino quandam terram Castri de Ryuche, que uillicatus Machyk nuncupatur, iuxta aquam Velyka existentem cum suo priuilegio perpetuo possidendam; quod quidem priuilegium aui nostri insertum erat de uerbo ad uerbum ipsi priuilegio domini patris nostri, et per idem confirmatum; que eciam priuilegia demum et nos super huiusmodi collacione prefato Comiti Percino facta approbantes, cum nostro feceramus priuilegio confirmari. Sed quia placuit eidem Comiti Perchino dictam terram exponere uendicioni, pecijt a nobis placide et instanter, ut sibi de Regali magnificencia concederemus, quod dictam terram suam donaticiam possit et valeat libere exponere uendicioni. Nos igitur iustis eiusdem Comitis Perchini precibus fauorabiliter annuentes, concessimus et permisimus sibi uendere cuicumque uellet terram supradictam. Idem itaque Comes Perchinus in eodem instanti dedit, tradidit et uendidit coram nobis ipsam terram de Ryuche, que uillicatus Machyk dicitur, Alexandro de Mehus personaliter in nostri presencia constituto, pro ducentis et sexaginta marcis communis argenti sibi plenarie, sicut dixit, persolutis, sub eisdem metis et terminis in dictis priuilegijs comprehensis, perpetuo et inreuocabiliter possidendam. Vt igitur huius uendicionis series ex nostra permissione facte perpetuo perseueret, nec per quempiam possit in irritum retractari; presentes eidem Alexandro Comiti dedimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Prepositi Budensis aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo CC° septuagesimo quarto, pridie idus Januarij, Regni autem nostri anno secundo. Metropolica Sede Strigoniensis Ecclesie vacante; Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Paulo Wesprimiensi aule nostre Cancellario; Phylyppo Waciensi aule domine Regine karissime consortis nostre Cancellario; Lodomerio Waradiensi, Thymotheo Zagrabiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Dyonisio Palatino, Comite de Oclych, Judice Cumanorum; Herrico Bano tocius Sclauonie; Nycolao Woyuoda Transilvano Comite de Zonuk;

Joachino Magistro Tauarnicorum nostorum Comite de Plys; Paulo Bano de Zeurino, Reynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite Zulgageuriensi; Herbordo Magistro Agasonum nostrorum Comite de Barana; Laurencio Magistro Pincernarum nostrorum Comite de Keue et de Crasu; Johanne Comite Supruniensi, Gregorio Comite Castri Ferrei; Moys Magistro Tauarnicorum domine Regine karissime consortis nostre, Comite Symigiensi, Dedalo Comite Zaladiensi, Jacobo Comite Nytriensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, melynek világos sárga szinü selyemzsinóron függött pecsétje elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

31.

IV. László királynak Kezw helységét tárgyazó adománya Zyguy-i Apa számára. 1274.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in vero salutari. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire: quod vir nobilis Apa filius Benedicti de Zyguy fidelis noster juuenis seu familiaris, qui tam nostriis, quam domini Stephani victoriosi Regis Hungarie clare recordacionis patris nostri temporibus propter probitatis sue grata obsequia commendabilis fuerat et acceptus, ad nostram accedens presenciam nobis significare curauit, quod quidam cognatus suus Comes Stephanus filius Guth de genere Guthkeled decessisset herede aliquo non relicto; cuius terram Kezw vocatam in Comitatu Nitriensi existentem, quam quidem terram Bela pie memorie auus noster ipsi Comiti Stephano propter multos fidelitatis eius actus strenuos de eodem Comitatu Nitriensi eximendo contulerat sibi de benignitate Regia tanquam terram ad manus nostras deuolutam de Regni consuetudine ap

probata conferre dignaremur. Nos itaque, qui ex officio suscepti regiminis nostri metiri debemus merita singulorum, et vnicuique iuxta suorum exigenciam meritorum manus Regalis munificencie aperire, gestantes pre oculis et in corde, qualiter idem Apa prius ante castrum Jauriense, cum ipsum castrum fuit per Teotonicos occupatum, secundo autem castrum Lewa, in quo Othocarus Boemorum Rex, prius patris nostri, nunc noster capitalis inimicus, contra potenciam hominum nostrorum se receperat, uix fuge remedio liberatus, vbi eciam Durnuhouth gener ipsius Regis occubuit nostrorum per virtutem; ac tercio et vltimo sub castro Detreh, vbi exercitus predicti Regis Bohemie ad expugnandum ipsum castrum transmissus, deuictus fuit clemenciam per Diuinam, et plures de eius Baronibus et militibus interhempti, et nonnulli fuerunt captiuati, laudabiliter semper inpendit famulatum, sudores bellicos et letalia wlnera sustinendo, memoratam terram Kezw eiusdem Stephani acquisitam videlicet, et demum eodem decedente ad manus nostras, sicut premisimus, deuolutam iam dicto Apa in recompensacionem seruiciorum suorum et effusionem sanguinis sui contulimus ex certa sciencia et mera liberalitate perpetuo pacifice possidendam, et eam per Comitem Paznanum de Zyguy hominem nostrum sub testimonio Strigoniensis Capituli, presentibus commetaneis omnibus et vicinis, et nullo contradictore penitus apparente, prout hoc in ipsius Capituli litteris vidimus contineri, legitime fecimus assignari, volentes, ut tam ipse Apa, quam eius in posterum successores memoratam terram Kezw, cum suis vtilitatibus omnibus et pertinencijs vniuersis, eo iure et eadem plenitudine, ac in illis metis et eisdem distinccionibus terminorum, in quibus eam dictus Comes Stephanus tenuit pariter et possedit, inreuocabiliter possidere valeant et habere. Cuius quidem terre mete, prout in priuilegio dicti Regis Bele, quod quidem priuilegium ad maiorem predicte collaciois firmitatem ipsi Apa tradidimus, continetur, hoc ordine distinguntur: Prima meta capitalis incipit iuxta fluuium Nittra non inmediate versus orientem apud quandam insulam circa quandam terram domine Regine Megered nomine, et transeundo iuxta eandem ad partes orientales peruenit ad fluuium Berukwelg vocatum, et ibi est secunda meta principalis, inter quas sunt octo mete

intermedie antique et de nouo erecte; et ibi relinquens terram Megered transit ipsum fluuium Berukwelg, et eundo in eadem parte orientali conterminatur terre Luazfewld vocate, et in ipso transitu dictum flumen stat pro terminis siue metis, iuxta quod tendens in quantitate competenti descendit in aquam Hudosd vocatam, quam pertransiens conterminatur terre Abbatis de Zwbur Hodosd vocate, et tenet metas cum eadem terra Abbatis usque reflexionem fluuij Berukwelg ad fluuium Nittra; et in ipso fluuio Nitra descendens, in cuius medio tenet metam cum terra Thome Tarnuk vocata, et ibi transit ipsum fluuium Nittra versus meridiem, et conterminatur terre Chak filij Baas Kezw vocate; et ibi iuxta quandam aquam Morothwa nomine est vna meta capitalis; et inde reflexa iuxta eandem terram vergit ad partes occidentales, et contiguatur terre Bosman vocate, et ibi est vna meta capitalis antiqua, et transit a terra Chak vsque terram Bosma cum quindecim metis antiquis de nouo erectis; deinde extenditur versus aquilonem, et contiguatur terre Apa filij Benedicti Kezew vocate; iuxta quam transiens cum nouem metis antiquis et nouem nouiter erectis tendit ad fluuium Nittra ante ecclesiam Sancti Mychaelis distantem ad dictum fluuium in iactu vnius sagitte; et ibi terminatur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes dedimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Budensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo ducentesimo LXX° quarto, quartodecimo kalendas Marcij Indiccione secunda, Regni autem nostri anno secundo. Vacante Ecclesia Strigoniensi, venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinque-Ecclesiensi, Philippo Wachyensi aule domine Regine Cancellario, Paulo Wesprimiensi aule nostre Cancellario, Thymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Waradyensi, Dyonisio Jauryensis et Petro Transsiluano, Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Dionisio Palatino, Judice Cumanorum et Comite de Oklych, Nicolao Judice Curie Comite de Guechke, Herrico Bano tocius Sclauonie; Nicolao Woyuoda Transsiluano et Comite de Zonuk; Paulo Bano de Sceurino, Joachymo

Magistro Tauarnicorum Comite de Plys, Reynoldo Magistro Dapiferorum Comite Zulgageuryensi, Herbordo Magistro Agasonum Comite de Baranya, Nicolao Magistro Pincernarum nostrorum Comite de Bereg, Moys Magistro Thauarnicorum domine Regine Comite Syrimyensi, Johanne Comite Supruniensi, Gregorio Comite Castri Ferrey, Dedalo Comite Zaladiensi, Jacobo Comite Nittriensi, Thyba Comite Tolnensi, et alijs quampluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(I. Lajos király 1356-ki megerősitő okmányából a gr. Forgách család ghimesi levéltárában.)

32.

IV. László királynak Dragus nevü földet tárgyazó adománya Ders és Demeter, Hunth fiai számára. 1274.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum Ders et Demetrius filij Hunth fideles nostri a primeuis puericie sue temporibus multa et diuersa fidelitatis obsequia in omnibus Regni nostri expedicionibus, in quibus frequenter uulnera letalia pertulerunt, laudabiliter impendissent, que per singula non possent commode recitari; nos ipsorum obsequiosa merita et meritoria obsequia pre oculis habentes, volentesque eisdem propter hoc gracia uicissitudine respondere, quandam terram Dragus uocatam, quam Morouch filius Mathie de Scelchen exemptam a terris Castri nostri Huntensis ex collacione Regia possidebat, ab eodem Morouch propter infidelitatis sue notam, quam in adiungendo se Cumanis tunc nostris infidelibus, et unacum eisdem contra nos insurgere presumendo, cum per eosdem Cumanos uaria guerrarum discrimina in Regno nostro commota fuerant, incurrit, auferendo eisdem Dyrs et Demetrio, ac per ipsos eorum heredibus heredumque successoribus contuli-

mus, dedimus et donauimus, cum omnibus suis pertinencijs et utilitatibus, et sub hijsdem metis ac terminis, quibus per priores possessores limitata fuerat et possessa, perpetuo et irreuocabiliter possidendam; predicto Morouch super ipsa terra perpetuum silencium inponendo, priuilegia eciam siue instrumenta alia, si qua idem Morouch habet super collacione ipsius terre, auctoritate presencium irritando. Eosdem Ders et Demetrium in corporalem possessionem dicte terre Dragus per Kemus de Byl hominem nostrum cum testimonio fidelium nostrorum Strigoniensis Capituli, conuocatis omnibus commetaneis et vicinis, et nemine contradictore existente, prout uidimus in eiusdem Capituli litteris contineri, fecimus introduci. Vt igitur hec nostra donacio robur perpetue firmitatis obtineat, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Electi Strigoniensis, perpetui Comitis loci eiusdem, Prepositi Budensis, aule nostre Vicecancellarij dilecti ac fidelis nostri anno Domini M°CC°LXX° quarto V. kalendas Aprilis, Regni autem nostri anno secundo. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Joub Quinqueecclesiensi, Philippo Vaciensi aule domine Regine Cancellario, Paulo Vespriensi aule nostre Cancellario, Tymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Varadiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Dyonisio Palatino Comite de Oclich et Judice Cumanorum, Henrico Bano tocius Sclauonie, Nycolao Voiuoda Transsiluano Comite de Zounuk, Joachyno Magistro Tauarnicorum nostrorum, Nycolao Judice Curie nostre Comite de Guechke, Rynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite Zolgageuriensi, Herbordo Magistro Agasonum nostrorum Comite de Barana, Nicolao Magistro Pincernarum nostrorum Comite de Bereg, Paulo Bano de Zeurino, Moys Magistro Tauarnicorum domine Regine Comite Symigiensi, Deudalo Comite Zaladiensi, Johanne Comite Svprvniensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a m. b. Nyáry családnak bagongnai levéltárában. Közli m. b. Nyáry Albert ur.)

33.

IV. László király megerősíti V. Istvánnak Ilbu szigetét tárgyazó adományozását a nyulszigeti apáczazárda számára 1274.

Nos Ladizlaus Rex Hungarie memorie commendantes significamus vniuersis presentium per tenorem, quod frater Petrus procurator Monasterij Beate Virginis de Insula exhibuit nobis patentes litteras domini Stephani incliti Regis Vngarie patris nostri karissimi bone memorie, petens cum instancia, vt easdem nostris patentibus litteris dignaremur confirmare. Quarum quidem litterarum tenor talis est:

Nos Sttephanus D. gr. Rex Vngarie stb. (következik V. Istvánnak adományozása, mint gyüjteményünk VIII. vagyis a masodik folyam 3-ik kötetében 418. l.)

Nos igitur precibus ipsius fratris P. inclinati easdem praesentibus perpetuo confirmamus. Datum Bude in octauis Sancti Georgij anno Domini M°CC°LXX° quarto.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

34.

IV. László király megerősíti István akkor ifjabb királynak Dumuszló helységet tárgyazó 1263-ki adománylevelét. 1274.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Magister Paulus Comes de Rodna et de Byzterce, et Magister Paulus Cancellarius Dapiferorum nostrorum ad nostram accedentes presenciam

exhibuerunt nobis priuilegium karissimi patris nostri domini Stephani Regis inclite recordacionis, super collacione cuiusdam terre Dvmuzlou uocate confectum, petentes cum instancia, vt ipsum priuilegium acceptare, et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius tenor talis est:

Stephanus D. gr. junior Rex Hungarie stb. (következik V. István akkor ifjabb királynak 1263-diki adománylevele, mint okmánygyűjteményünk VIII-ik, vagy is a második folyam 3-ik kötetében 69. l.)

Nos itaque priuilegium ipsius karissimi patris nostri non abrasum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte uiciatum, ratum habentes et acceptum, et idem de uerbo ad uerbum presentibus insertum auctoritate presentium duximus confirmandum dupplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Magistri Benedicti Electi Strigoniensis, Prepositi Budensis, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LXX° quarto, nonis Maij, Regni auem nostri anno secundo. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Philippo Vaciensi aule domine Regine Cancellario, Paulo Vesprimiensi aule nostre Cancellario, Tymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Waradiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Dyonisio Palatino, Comite de Oklych et Judice Cumanorum; Henrico Bano tocius Sclauonie; Nicolao Voyuoda Transsiluano Comite de Zonnuk; Joachimo Magistro Tauarnicorum nostrorum, Nycolao Judice Curie nostre Comite de Guechke, Reynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite Zolgageuriensi, Herbordo Magistro Agasonum nostrorum Comite de Barana, Nycolao Magistro Pincernarum nostrorum, Paulo Bano de Zeurino, Moys Magistro Tauarnicorum domine Regine Comite Symigiensi, Deudalo Comite Zaladiensi, Johanne Comite Supruniensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, a királynak zöld-vörös selyemzsinóron függő kettős pecsétje alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

35.

IV. László királynak Koachy nevű földet tárgyazó adománya demzetségbeli nemesek számára. 1274.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Reynolbus et Jak filij Ebed, item Myke et Dionisius filij Benedicti nobiles de genere Jak, qui ad defensionem Corone Regie et Regni tuicionem temporibus domini Bele aui nostri, et domini Stephani patris nostri, olim Serenissimorum Regum Hungarie in multis expedicionibus Regni, quas secundum uarietatem temporis et negociorum diuersitatem tam nos, quam eosdem predecessores nostros karissimos habere necessario oportuit, effundendo sanguinem eorum et sudores bellicos sustinendo, gratum semper commendate fidelitatis obsequium impenderunt, prout hoc Barones nostri nobis uiue uocis oraculo recitarunt; post transitum eiusdem patris nostri nobis ad Coronam Regiam et Regni solium iure successorio seu ordine geniture annuente Domino sublimatis, ad nostram accedentes presenciom nobis humiliter supplicarunt, ut quandam uacuam terram Castri Ferrei Koachy uocatam hereditarie terre eorum ab una parte; et nobilium de Pogh ex altera commetaneam, sicut dicunt, et uicinam, eis de benignitate Regia conferre dignaremur; dicentes, quod eciam predictus dominus Stephanus Rex pater noster tunc gerens gubernaculum terre Transdanubialis, et eciam primitus, cum Ducatus Stirie fuit apud eum, eis contulerit terram illam; super quo litteras ipsius patris nostri diuersis temporibus habitas, nobis exhibere curauerunt. Nos itaque, qui ex officio suscepti regiminis nostri metiri debemus merita singulorum, grata fidelium obsequia cupientes digne remuneracionis beneficio compensare, commendabilem fidelitatem, et meritoria obsequia seu obse-

quiosa merita iam dictorum nobilium de mansuetudine benignitatis Regie attendendo, predictam terram Koachy cum utilitatibus suis omnibus et pertinencijs uniuersis ad exemplar litterarum prefati Regis patris nostri collacionem huiusmodi exprimencium, et eciam ad racionem seu recompensacionem pecunie, quam predicti Reynoldus et Jak habere poterant de quodam captiuo nobis assignato, quem ijdem ceperant sub castro Detreh de militibus Regis Boemorum capitalis hostis nostri, de iurisdictione eiusdem castri et potestate penitus eximentes, de Baronum nostrorum consilio iam dictis nobilibus dedimus, donauimus atque tradidimus perpetuo pacifice possidendam, ita quod presens nostra donacio seu concessio prioris collacionis patris nostri perpetuum sit munimen; et eandem per Comitem Belud filium Both hominem nostrum sub testimonio Capituli Castri Ferrei nullo penitus contradictore apparente, secundum quod in eiusdem Capituli litteris hoc contineri uidimus, in metis prioribus et antiquis terminorum distinccionibus, in quibus per priores habitatores siue incolas eius eadem terra habita fuerat et possessa, predictis nobilibus fecimus assignari; volentes, ut tam ipsi, quam ipsorum heredes heredumque suorum inposterum successores, memoratam terram cum utilitatibus suis omnibus et pertinencijs vniuersis perpetuo pacifice possidere valeant et habere. Et ne super distribucione siue diuisione ipsius terre prenotatos nobiles et eorum posteros contingat forsitan in posterum discordare, presentibus declaramus, quod tres partes ipsius terre iam dicti Reynoldus et Jak, ac Kemen filius Kemen fratris eorum, tam in precium captiui supradicti, quam in recompensacionem fidelium obsequiorum suorum tanquām empticiam terram eorum et multis uirtutibus acquisitam, possideant pacifice; quarta parte illius prenotatis Myke et Dyonisio remanente. Vt igitur huiusmodi collacionis series robur perpetue firmitatis obtineat, presentes eisdem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, aule nostre Uice-Cancellarij et Prepositi Budensis, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LXX° quarto, pridie kalendas Junij, Indiccione secunda Regni autem nostri anno secundo. Venerabilibus patribus Stephano

Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Philippo Waciensi, aule domine Regine consortis nostre karissime Cancellario, Paulo Wesprimiensi aule nostre Cancellario, Thymoteo Zagrabiensi, Lodomerio Waradiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis, Ecclesias Dei feliciteer gubernantibur; Dionisio Palatino Comite de Oklych et Judice Comanorum, Nicolao Judice Curie nostre Comite de Guecke, Herrico Bano tocius Sclauonie, Nicolao Woywoda Transsiluano et Comite de Zonuk, Paulo Bano de Sceurino, Joachino Magistro Tauarnicorum Comite de Plys, Reynoldo Magistro Dapiferorum Comite Zulgageuriensi, Nicolao Magistro Pincernarum, Herbordo Mcgistro Agasonum nostrorum Comite de Barana, Moys Magistro Tauarnicorum domine Regine Comite Symigiensi, Johanne Comite Supruniensi, Gregorio Comite Castri Ferrei, Dedalo Comite Zaladiensi, Jacobo Comite Nitriensi; et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus ethonores.

(Eredetie bőrhártyán, a sárga-zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a nemz. muzeum kézirattárában.)

36.

IV. László király Duruzlou mesternek, Duruzlou fiának, szolgálatai jutalmáúl Rum földet adományozza. 1274.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Lex est Regia a naturali equitate descendens, pro meritis subiectorum largicionum suarum respondere premijs equa lance. Hinc est, quod ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum magister Duruzlou filius Duruzlou, bona pollens indole in puericia, meliori in adolescencia, optima in iuuentute, diuersisque clarens meritorum uirtuti-

bus auo nostro, Bele et patri nostro karissimo, victoriosissimis Hungarorum Regibus felicium recordacionum, ac nobis demum gratum semper exhibuisset seruicium et sedulum famulatum, se et suos in omnibus Regni expedicionibus dubijs fortunae casibus et nullis non periculis committendo, sudores bellicos sustinendo et uulnera letalia paciendo; et specialiter in expedicione nostra, quam contra Regem Boemie habueramus sic suum fideliter impenderit famulatum, ut nedum sibi primitus concessa et tradita, verum etiam alia a munificencia Regia merito assequi debuisset, et bono quolibet fuisset refouendus, et pariter sublimandus; nos considerantes ipsius obsequiosa merita et meritoria obsequia, licet maiora et ampliora in perpetuitatibus et Regalibus donacionibus debuisset promereri, in aliqualem tamen recompensacionem meritorum eiusdem, quandam terram Castri Ferrei Rum nuncupatam, uacuam et habitatoribus destitutam, cum omnibus pertinencijs, attinencijs et vtilitatibus uniuersis, et specialiter cum loco molendini in metis et terminis terre eiusdem super fluuio Raba existenti, ipsi magistro Duruzlou, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam; ipsumque per Mochiam de Choy hominem nostrum sub testimonio fidelium nostrorum Capituli Castri Ferrei, presentibus magistro Gregorio Comite et uniuersis iubagionibus eiusdem castri, nec non commetaneis et uicinis omnibus consencientibus et nullam contradiccionis uocem penitus obponentibus, in corporalem possessionem terre eiusdem fecimus introduci, prout per litteras dicti Capituli nobis constitit euidenter. Mete autem terre memorate, prout idem Capitulum nobis scripsit, hoc ordine distinguntur. Prima siquidem meta progreditur ab oriente a fluuio Raba penes terram Konch, Cadar et Johannis filiorum Chepani, ubi sunt tres mete, due — — — ilicem circumplectitur, uergens uersus occidentem penes terram eorundem filiorum Chepani circa longitudinem vnius iugeris, sunt quatuor mete; currens adhuc directe peruenit ad terram (nob)ilium de Sygra, sunt octo mete angulares, que separant terram predictorum filiorum Chepani et nobilium de Sygra, ac predictam terram Rum; abhinc penes terram eorumdem nobilium dn Sygra tendens uersus septem-

trionem peruenit ad magnam stratam, penes quam sunt octo mete; currens adhuc dicrecte sunt quatuor mete, tres terree et una ilicem amplexatur; deinde reclinans versus occidentem sunt quatuor mete angulares, tres terree et una continet pirum, que separat a terra nobilium de Sygra, et iungitur terre nobilium Apatunkaya; abhinc reflectitur ad septemtrionem, et peruenit ad octo metas; hinc currens adhuc ad septemtrionem, peruenit ad terram Gothardi filij Pauli, ubi sunt quatuor mete angulares, tres terree et una continet pirum, que separat a terra dictorum nobilium Apatunkaya; deinde reflectitur ad orientem, currendo penes terram eiusdem Gothardi peruenit ad magnam stratam, penes quam sunt quatuor mete; exinde adhuc currens directe ad orientem peruenit iterato ad fluuium Rabe, ubi sunt quatuor mete, una terrea, due continent pirum, et una ilicem amplexatur; ibique terminatur. Ut igitur huius nostre collacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec processu temporum possit in irritum reuocari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, eiusdemque loci Comitis perpetui, Prepositi Budensis et aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC°LXX° quarto, quindecimo kalendas Augusti, Indiccione secunda, Regni autem nostri anno secundo. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Philippo Vaciensi aule domine Regine consortis nostre karissime Cancellario, Paulo Vesprimiensi aule nostre Cancellario, Lodomerio Waradiensi, Tymoteo Zagrabiensi, Dyonisio Jauriensi, et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gurbernantibus (így). Dionisio Palatino Comite de Okilich et Judice Cumanorum, Henrico Bano tocius Sclauonie, Nicolao Voyuoda Transsiluano Comite de Zonuk, Joachino Magistro Tauarnicorum nostrorum Comite de Plys, Renoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite Zulugageuriensi, Herbordo Magistro Agasonum nostrorum Comite de Barana, Nicolao Magistro Pincernarum nostrorum, Paulo Bano de Zeurino, Nicolao Judice Curie nostre Comite de Gechke; Moys Magistro Tauarnicorum domine Regine consor-

tis nostre karissime Comite Symigiensi, Dedalo Comite Zaladiensi, Johanne Comite Supruniensi, Gregorio Comite Castri Ferrei, Michaele Comite Nitriensi, et aliis quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie, melyről a pecsét vörös, fehéres-sárga és zöld zsinóron függ, a Rumy család levéltárában, másolata a magyar akademia kézirati gyűjteményében.)

37.

IV. László király Miklós és László testvérek Miklós comes fiainak, Sytke földét, melyet Miklós Mária királyné által töle jogtalanul elvettnek mond, visszaadja. 1274.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Licet Regalis pietas manum munificam porrigere debeat vniuersis, illos tamen principaliori debet prosequi munere et fauore, quorum experta probitas laudata est in prosperis et aduersis, vt alij eorum exemplis inuitati ad fidelitatis opera forcius accendantur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod attendentes fidelitates et meritoria obsequia, seu multiplices famulatus magistri Nicolai filij Comitis Nicolai fidelis nostri, que domino Stephano Illustri Regi Hungarie, patri nostro karissimo clare recordacionis exhibuit et impendit; quia cum Boemorum Rex, prius patris nostri, et postmodum noster inimicus capitalis, confinia Regni nostri de parte Posoniensi introire velle diceretur, et ad id sciendum et videndum ipsum Magistrum Nicolaum ipse pater noster cum quibusdam fidelibus iuuenibus Domus sue transmisisset, idem Magister Nicolaus, ut solita sue fidelitatis opera laudabilius exerceret, casum mortis non formidans, velut leo intrepidus in medium astantis aciei irruens quemdam militem ipsius Regis Boemorum captiuauit. Insuper cum

quidam Teotonici nauigio transirent ad inferendum hominibus ipsius patris nostri nocumentum, ipse Magister Nicolaus eosdem nauigantes telorum velocitatibus impediens, quamplures interemit ex eidem. Item quendam Teotonicum ex acie ad certamen contra ipsum procedentem captiuauit, vitam eiusdem capitali sentencia finiendo. Item cum idem Boemorum Rex in portu Saar supra Mosonium contra eundem patrem nostrum transitum facere uoluisset, procedens Magister Nicolaus, vna cum Ladizlao fratre suo et aliis fidelibus iuuenibus eiusdem patris nostri contra molem exercitus dicti Regis Boemorum transmissus, cum militibus ipsius Regis Boemorum dimicando laudabiliter, quamplures ex eisdem interemit. Item cum castrum nostrum Jauriense per homines eiusdem Regis Boemorum captum fraudulenter extitisset, et ad obsidendum ipsum castrum Joachinum Magistrum Tauarnicorum nostrorum dilectum et fidelem nostrum transmisissemus, ipse magister Nicolaus, et Ladizlaus frater eius predictus de Teotonicis, qui de ipso castro exiuerant plurimos sagittis et lanceis occiderunt. Post haec cum nos exercitu nostro aliquali congregato, ad expugnandum ipsum castrum accessissemus, prenotati magister Nicolaus et Ladizlaus frater suus, ut feruencius more solito eorum fidelitates exercerent, coram nostre Maiestatis oculis dimicarunt, multos ex detentoribus ipsius castri occidendo. Item cum predictum magistrum Joachinum ad obsidendum castrum Zombothel uocatum, quod similiter per homines ipsos Regis Boemorum fraudulenter occupatum fuerat, misissemus, prenotatus magister Nicolaus ante omnes in medium acierum de ipso castro exeuncium irruens tres Teotonicos cum lancea miserabiliter interemit, et quendam Hungarum de nostris hominibus captum liberauit, ubi summa fidelitatis sue opera probabiliter exercuit et impendit. Item cum predictus Boemorum Rex ualidum exercitum suum ad expugnandum et occupandum castrum nostrum Detryh vocatum destinasset, et nos ad defensionem ipsius castri nostri prefatum magistrum Joachynum et alios fideles Barones nostros misissemus, dictus Ladizlaus vnacum sepedicto magistro Nicolae fratre suo ad inchoandum bellum cum exercitu ipsius Regis Boemorum, qui ipsum castrum obsidebat et expugnabat, transmissus contra eosdem Teotonicos laudabiliter

dimicauit quendam militem Teotonicum, consanguineum videlicet Comitis Kyrunguert captiuando, aliosque quam plures uulnerauit. In quo eciam bello ijdem Barones nostri octo Barones ipsius Regis Boemorum captiuarunt, et nobis adduxerunt captiuatos. In quibus quidem bellis et processibus multa uulnera, et specialiter sub dicto castro Zombothel letale uulnus in manu dextra ipse Magister Nicolaus per lanceam pertulit et excepit; prout premissas fidelitates et seruiciorum suorum merita nominatus Magister Joachinus, et alij fideles Barones nostri nobis oraculo viue uocis retulerunt. Cumque ipse Magister Nicolaus propter huiusmodi fidelia seruicia sua quandam terram suam Sytke uocatam, quam per dominam Mariam Reginam Hungarie, auam nostram karissimam clare recordacionis, receptam esse dicebat indebite et iniuste, sibi restitui petiuisset; nos factum terre eiusdem inquisicioni Mauricii de Deed hominis nostri sub testimonio Capituli Albensis duximus committendam. Quod quidem Capitulum nobis postmodum rescripserunt in hunc modum, ut hominem ipsorum fidelem unacum Mauricio homine nostro predicto transmittentes, uicinis et commetaneis omnibus conuocatis reambulando, ipsam terram idem homo noster statuisset et assignasset Magistro Nicolao antedicto, nullo contradictore penitus existente. Nos igitur consideratis tot et tantis fidelibus et meritorijs seruicijs ipsorum Magistri Nicolai et Ladizlai, eandem terram Sytke cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis, eisdem Magistris Nicolao et Ladizlao, ac per eos Teodoro fratri eorum reliquimus et dimisimus ac eciam contulimus iure perpetuo et pacifice possidendam de nostra gracia pleno iure. Vt igitur huius rei series robur optineat perpetue firmitatis, et ne processu temporum per quempiam possit vel debeat in irritum retractari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, eiusdem loci Comitis perpetui, aule nostre Vice-Cancellarij Prepositi Budensis, dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo CC°LXX° quarto, Regni autem nostri anno secundo, II-o Nonas Augusti, Indiccione secunda. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Paulo Vespri-

miensi, aule nostre Cancellario, Briccio Chanadiensi, Phylippo Vaciensi aule domine Regine consortis nostre karissime Cancellario, Lodomerio Varadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Tymotheo Zagrabieni, Dyonisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Dyonisio Palatino, Comite de Ocluch et Judice Cumanorum, Herrico Bano tocius Sclauonie, Nicolao Voyuoda Transsiluano Comite de Zonuk, Paulo Bano de Zeuryno, Joachino Magistro Tauarnicorum nostrorum, Reynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum, Comite Zulgageuriensi, Herbordo Magistro Agasonum nostrorum Comite de Barana, Nicolao Magistro Pincernarum nostrorum, Nicolao Judice Curie nostre Comite de Guecke, Moys Magistro Tauarnicorum eiusdem domine Regine Comite Symigiensi, Johanne Comite Supruniensi, Dedalo Comite Zaladiensi, et alijs quampluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király pecsétje vörös-zöld selyemzsinóron függött, a Rumy család levéltárában, másolata a magyar akademia kézirati gyűjteményében.)

38.

IV. László királynak Chuefeldi birtokát tárgyazó adománya, ugyan László és Miklós, Miklós comes fiai számára. 1274.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Licet Regalis pietas manum munificam porrigere debeat vniuersis: illos tamen principaliori debet prosequi munere et fauore, quorum experta probitas laudata est in prosperis et aduersis, ut alij eorum exemplis inuitati ad fidelitatis opera forcius accendantur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus peruenire: quod attendentes

fidelitates et meritoria obsequia seu multiplices (famulatus) Ladizlai et Nycolai Magistrorum, filiorum Comitis Nycolai, fidelium nostrorum, que ijdem domino Stephano Illustri Regi Hungarie, patri nostro karissimo clare recordacionis exhibuerunt et inpenderunt; quia cum Boemorum Rex, prius patris nostri, et postmodum inimicus noster capitalis, confinia Regni nostri de parte Posoniensi introire velle diceretur, et ad id sciendum et uidendum ipsos Ladizlaum et Nycolaum ipse pater noster cum quibusdam fidelibus iuuenibus Domus sue transmisisset, idem Magister Nycolaus, vnacum dicto Ladizlao fratre suo, ut solita fidelitatis sue opera laudabilius exerceret, casum mortis non formidans, velut leo intrepidus in medium astantis aciei irruens, quemdam militem ipsius Regis Boemorum captiuauit. Insuper cum quidam Teotonici nauigio transirent ad inferendum hominibus ipsius patris nostri nocumentum, ipse Ladizlaus et Nycolaus eosdem nauigantes telorum velocitatibus impediendo, quamplures interfecerunt ex eisdem. Item quendam Teotonicum ex acie ad certamen contra ipsos procedentem captiuarunt, vitam eiusdem capitali sentencia finiendo. Item cum idem Boemorum Rex in portu Saar supra Mosonium contra eundem patrem nostrum transitum facere uoluisset, predicti Ladizlaus et Nycolaus, et alij fideles iuuenes eiusdem patris nostri contra molem exercitus dicti Regis Boemorum transmissi, cum militibus ipsius Regis Boemorum dimicando laudabiliter, quamplures ex eisdem interemerunt. Item cum castrum nostrum Jauriense per homines dicti Regis Boemorum captum fraudulenter extitisset, et ad obsidendum ipsum castrum Joachinum Magistrum Tauarnicorum nostrorum, dilectum et fidelem nostrum transmisissemus, prefati Ladizlaus et Nycolaus de Teotonicis, qui de ipso castro exiuerant, plurimos sagittis et lanceis occiderunt. Post hec cum nos exercitu nostro aliquali congregato, ad expugnandum ipsum castrum accessissemus, prenotati Ladizlaus et Nycolaus, ut feruencius more solito eorum fidelitates exercerent coram nostre Maiestatis oculis laudabiliter dimicarunt, multos ex detentoribus ipsius castri occidendo. Item cum predictum Magistrum Joachinum ad obsidendum castrum Zombothel uocatum, quod similiter per homines ipsos Regis Boemie fraudulenter occupatum fuerat,

misissemus, prenominatus Magister Nycolaus vna cum predicto fratre suo in medium acierum de ipso castro exeuncium irruens, tres Teotonicos cum lancea miserabiliter interemit, et quendam Hungarum de nostris hominibus captum liberauit, ubi summa fidelitatis sue opera probabiliter exercuit et impendit. Item cum predictus Boemorum Rex ualidum exercitum suum ad expugnandum et occupandum castrum nostrum Detreh uocatum destinasset, et nos ad defensiōnem ipsius castri nostri prefatum Magistrum Joachinum et alios fideles Barones nostros misissemus, dicti Ladizlaus et Nycolaus ad inchoandum bellum cum exercitu ipsius Regis Boemorum, qui ipsum castrum obsidebat et expugnabat, transmissi contra eosdem Teotonicos laudabiliter dimicarunt. Et idem Ladizlaus quendam militem Teotonium, consanguineum videlicet Comitis Kyrunguert captiuauit, multos alios vulnerando. In quo eciam bello ijdem Barones nostri octo Barones ipsius Regis Boemorum captiuarunt, et nobis adduxerunt captiuatos. In quibus quidem bellis et processibus multa uulnera, et specialiter sub dicto castro Zombothel letalc uulnus in manu dextra ipse Magister Nicolaus per lanceam pertulit et excepit; prout premissas fidelitates et seruiciorum eorundem merita antedictus Magister Joachinus et alij fideles Barones nostri nobis recitarunt oraculo viue vocis. Cumque ipsi Ladizlaus et Nycolaus propter huiusmodi fidelia et meritoria seruicia sua quandam terram castri Zulgageuriensis Chuefeldy vocatam vacuam et habitatoribus destitutam a nobis sibi dari petiuissent, et nos factum eiusdem terre inquisicioni Petri filij Mersc hominis nostri sub testimonio Capituli Albensis commisissemus; idem Capitulum postmodum nobis rescripserunt in hunc modum: quod idem Petrus homo noster in presencia hominis ipsorum, vicinis et commetaneis conuocatis ipsam terram iuxta veteres metas cum omuibus vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis reambulando statuisset et assignasset eisdem Ladizlao et Nycolao nullo contradictore existente; preterea terram vnius aratri vel paulopluris, super qua per Lukach filium Thepe de Chut extitit contradictum; prout in litteris eiusdem Capituli vidimus contineri. Nos igitur consideratis fidelitatibus et meritorijs seruicijs eorundem, et litteras dicti Capituli approbantes, ipsam terram cum

omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis eisdem Ladizlao et Nycolao, ac per eos Magistro Theodoro fratri ipsorum, et eorundem heredibus, dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et pacifice possidendam. Vt igitur huius rei series robur optineat perpetue firmitatis, et ne processu temporum per quempiam possit vel debeat in irritum retractari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, eiusdem loci Comitis perpetuui, aule nostre Vice-Cancellarij, Prepositi Budensis, dilecti et fidelis nostri anno Domini M° CC° LXX° quarto, Regni autem nostri anno secundo II-o Nonas Augusti, Indiccione secunda. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi, et Johanne Spalatensi Archiepiscop's, Lamperto Agriensi, Paulo Wesprimiensi aule nostre Cancellario, Briccio Chanadiensi, Philippo Waciensi aule domine Regine consortis nostre karissime Cancellario, Lodomerio Waradiensi, Job Quinque-Ecclesiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Dyonisio Jauriensi, et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Dyonisio Palatino Comite de Okluch et Judice Cumanorum, Herrico Bano tocius Sclauonie, Nycolao Woyauoda Transsiluano Comite de Zounuk, Joachino Magistro Tauarnicorum nostrorum, Reynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite Zulgageuriensi, Herbordo Magistro Agasonum nostrorum Comite de Barana, Nycolao Magistro Pincernarum nostrorum, Paulo Bano de Zeurino, Nycolao Judice Curie nostre Comite de Guechke, Moys Magistro Tauarnicorum eiusdem domine Regine Comite Symigiensi, Johanne Comite Supruniensi et alijs quam pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

(III. Endre király 1291-ki megerősítéséből a Rumy család levéltárában; másolata a magyar akademia kézirattárában.)

39.

IV. László királynak a Gyerk melletti Depopoth földet tárgyazó adománya László honti főesperest számára. 1274.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus tenore presencium vniuersis, quod discreto viro Magistro Ladizlao Archidiacono Huntensi, dilecto et fideli clerico nostro, propter commendabilem fidelitatem suam et meritoria obsequia, quibus coram nostris et predecessorum nostrorum, illustrium Regum Hungarie oculis meruit multipliciter complacere, nostra, eorumque negocia, inconcusse fidelitati sue commissa, tam in Hungaria, quam in Romana et multorum Regum curia laudabiliter promouendo; contulimus terram duorum vdwornicorum, Zolath videlicet, herede carentis, et Koyon, Dupuputh uocatam, existentem iuxta terram eiusdem Magistri Gyriky uocatam, in Huntensi Comitatu, perpetue pacifice possidendam. Presertim cum idem Zolath et filij Koyon, vdwornici nostri, olim eiusdem terre inhabitatores, coram Preposito et Conuentu Ordinis Premonstratensis de Saag, sub quorum testimonio per Comitem Ders filium Hunth, hominem nostrum, terram huiusmodi ipsi Magistro preceperamus assignari, constituti, renunciantes iuri suo, si quid eis in terra predicta competebat, sepedicto Magistro Ladizlao eam cum utilitatibus omnibus et pertinencijs vniuersis perpetuo pacifice reliquerunt possidendam; sicut hoc in eiusdem Prepositi et Conuentus litteris, super hoc nobis specialiter directis, plene uidimus contineri. Vnde tam Comiti de Zolum et Comiti vdwornicorum, tam quibuslibet alijs terrarum iudicibus, auctoritate presencium inhibemus, ne ipsum Magistrum, aut eius officiales occasione dicte terre presumant quomodolibet molestare Datum in Zolum in crastino Beati Laurencij anno Domini M°CC°LXX° quarto.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. 225. l.)

40.

IV. László kiralynak Zyntha nevü birtokot tárgyazó adománya Chák nemzetségbeli Péter mester számára. 1274.

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam habituris salutem in salutis largitore. (R)egij Culminis magnificencia id requirit, ut suorum fidelium sudoribus equa remuneracionis lancea occurrat, diffidentesque casus ab eisdem totis nisibus procul pellat. (H)inc est, quod attendentes innumeras fidelitatum virtutes Magistri Petri filij Magistri Mathei de genere Chak dilecti et fidelis nostri, que tempore karissimi patris nostri domini Stephani Illustris Regis Hungariae felicis recordacionis laudabili studio feliciter exercuit, volumus memorie commendare. Primum scilicet, cum idem karissimus pater noster in Bulgariam propulsandis iniurijs confinij Regni sui insultum faceret, idem Magister Petrus, ut leo fortissimus, cuius indicia gessit in vexillo, postposito timore mortis imminentis in aduersa Bulgarorum acie militans uictoriam mirificam reportauit. (S)ane dum eundem karissimum patrem nostrum grauis aui nostri persecucio miserabiliter insequeretur, et se ante hostilem faciem illius persequentis in castrum Feketuholm recolligeret, dictus Magister Petrus lateri eiusdem fideliter adherens, elegit magis mori cum eodem, quam in partem sinistram se transferre. Sub eodem itaque castro de turma persequencium ipsum patrem nostrum bellicis conatibus trihumphaliter dimicando plurimos deiecit in asta, et plures gladio confossos ad anguste captiuitatis tenebras deduxit pariter et inuexit. (C)eterum cum castrum Baranka per quorundam fagiciosorum uersuciam occupatum detineretur, ipse Magister Petrus milicie sue viribus protensis ipsi karissimo patri nostro restituit illesum in lancearum examine reuocatum. (A)d hec cum predictus auus noster Erney Banum cum alijs suis complicibus ad inuadendum eundem patrem

nostrum hostiliter destinasset, dictus Magister Petrus gressus fidelitatis non deserens, contra molem milicie dictum Erney potencialiter captiuauit, vbi eciam letalia incwrrit wlnera, que pro Regij fauoris commodo pacienter sustulit et gratanter. Item cum in Irsazeg post plures fatigaciones eundem patrem nostrum adhuc inestimabilis moles exercitus dicti aui nostri constrinxisset, predictus Magister Petrus passus faciens efficaces aduersam aciem preliorum varietatibus inpulsam in fugam conuertit mirabilem et orrendam. Item cum idem dominus pater noster contra repentinum insultum Regis Boemorum sub castro Posoniensi dimicaturus progrederetur, ipse Magister Petrus pectus gerens leoninum magnam de iminenti acie partem strauit nece, et funera interemptorum rostris volucrum prebuit laceranda. (S)ub castro eciam Musuniensi dominum Belam Ducem karissimum fratrem nostrum pro posse preliantem liberauit de manibus inimicorum in ipsius necem inhumaniter seuiencium toto nisu. (H)ijs itaque et alijs omnibus suis meritorijs seruicijs circumspectis, que per singula possemus tediosissime replicare; quandam possessionem Zyntha uocatam, curtem videlicet Comitatus Zulgageuriensis, cum omnibus pertinencijs suis, quam dudum eidem de consensu domine Regine karissime matris nostre et omnium Baronum nostrorum contuleramus, et ad tempus ab eodem fuerat alienata, reddidimus et restituimus eidem de speciali nostra gracia, eo iure, eodemque titulo, quibus pridem Magister Mauricius eandem noscitur tenuisse. (U)t igitur tam ipse quam sui heredes heredumque successores in corporali possessione predicte collacionis nostre illibate perseuerent, nec possint excludi aliquatenus de eadem, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. (D)atum per manus uenerabilis uiri Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi perpetuique Comitis loci eiusdem, Prepositi Budensis, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri; anno Domini M°CC°LXX° quarto Regni autem nostri anno secundo. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Joub Quinqueecclesiensi, Phylippo Waciensi aule domine Regine karissime consortis nostre Cancellario, Tymotheo Zagrabiensi, Paulo Wesprimiensi aule nostre

Cancellario, Lodomerio Waradiensi, Dyonisio Jauriensi, et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Dyonisio Palatino, Comite de Oklych, Judice Cumanorum; Herrico Bano tocius Sclauonie, Iwachyno Magistro Tauarnicorum nostrorum, Comite de Plys; Nycolao Woyuoda Transiluano Comite de Zonuk; Moys Magistro Tauarnicorum domine Regine karissime consortis nostre Comite Symigiensi, Nycolao Judice Curie nostre Comite de Guecke, Paulo Bano de Seurino, Herbordo Magistro Agasonum nostrorum Comite de Barana, Gregorio Comite Castri Ferrei, Johanne Comite Supruniensi, Jacobo Comite Nitriensi, Pousa Comite Albensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie börhártyán, melynek sárga-vörös selyemzsinóron függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban. Ezen okmány kivonatát közli Fejér Cod. Dipl. V. k. 2. r. 174. l.)

41.

IV. László király megerősíti 1273-ki Scynte birtokát tárgyazó adományát ugyanannak számára. 1274.

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in uero salutari. (A)d uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Magister Petrus Comes Supruniensis et Symigiensis dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis priuilegium nostrum primo anno Regni nostri super possessione Scynte uocata confectum, non rasum, non cancellatum, non abholitum, nec in aliqua sui parte uiciatum, petens cum instancia, ut collacionem de ipsa possessione Scinte tunc sibi factam ratificare, et de nouo ipsum priuilegium innouando dignaremur confirmare. Cuius tenor talis est:

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie stb. Rex stb. (követ-

kezik ugyan IV. László királynak 1273-ki adománylevele, mint fentebb 9. sz. a.)

(N)os itaque eiusdem Magistri Petri iustis peticionibus annuentes, gestantesque coram nostre Maiestatis oculis inconcussam fidelitatem suam et gratum obsequium, quod nobis specialiter tunc exhibuit, quando nos et domina Regina mater nostra karissima per Herricum Banum et alios sibi adherentes, Corone Regie utique infideles, detenti fuimus apud Budam; ac demum in conflictu habito circa uillam Fuen contra eosdem infideles, in quo quidem prelio ipse Magister Petrus in facie sua maximam plagam sustinuit, vbi idem Herricus Banus per sepedictum Magistrum Petrum in prelio uictus uitam finiuit innominiose in infidelitate manifesta, collacionem eandem ex certa sciencia et Baronum nostrorum consensu ratificando presentibus confirmamus firmitate perpetuo duraturam; ita quod presens ipsius priuilegij innouacio collacionis prioris irretractabile sit munimen; posteris nostris sub interminacione paterne malediccionis inhibentes, ne contra collacionem premissam aliquid presumant attemptare; priuilegium quoque sub nostra bulla cerea super ipsa possessione Scinte Johanni filio eiusdem Herrici tunc Comiti Supruniensi traditum, eo tempore quo dictus Magister Petrus per suos emulos in persecucione positus fuit de domo Regia effugatus, auctoritate presencium tanquam vanum, cassum et irritum reuocamus, ita vt vbicunque tam in iudicio quam extra fuerit presentatum, uiribus careat, et nullius firmitatis reputetur, sicut reuocatum et robore destitutum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. (D)atum per manus eiusdem Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi eiusdemque loci Comitis perpetui, aule nostre Vicecancellarij et Prepositi Budensis dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC° septuagesimo quarto II-o kalendas Januarij Indiccione secunda, Regni autem nostri anno tercio. Venerabilibus patribus Stephano Colochensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Phylippo Waciensi, aule domine Regine consortis nostre karissime Cancellario, Thymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Waradiensi, Dionisio Jau-

riensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Rolando Palatino Judice Cumanorum; Erney Bano Judice Curie nostre; Matheo Woywoda Transsiluano et Comite de Zounuk; Egidio Magistro Tauarnicorum; Nicolao Magistro Dapiferorum; Chepano Magistro Pincernarum; Petro Magistro Agasonum nostrorum, Philippo Comite Castri Ferrei, Ochuz Comite Zaladiensi, Tyba Comite Tolnensi, Salomone Comite Albensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsétnek töredéke vörös selyemzsinóron függ, a budai királyi kamarai levéltárban.)

42.

IV. László király Budafalvi Péter királyi bajnokot, ki parancsára tizenegyszer diadalmasan vívott bajt, az Ottokár cseh király elleni csatában pedig a Morva folyó mellett nehéz sebeket kapva magát kitüntette, rokonaival együtt az udvarnokok sorából kivévén birtokaikkal együtt az ország nemeseinek sorába emeli, kik közzé II. András király kiváltságlevele szerint őseik is tartoztak. 1274.

Ladislaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam posteris litteras presentes inspecturis, salutem in salutis largitore. Regali dignum est et expediens eos, qui in dominorum seruicijs et expendiosis famulatibus diucius se exercent, munifice gratulari, vt eo amplius ipsorum exemplo ceteri ad fidelitatis opera uehemencius inuitentur. Hinc est igitur, quod accedens ad nostre Maiestatis presenciam Petrus filius Becer de Budafalwa noster pugil specialis, vndecies se in area certaminis nostro ex mandato, vt pugil strenuus preliando triumphum laudabilem et optatum obtinuisse rememorans et proponens; in prelio eciam nostro cum Atakaro Rege Bohemorum iuxta

fluuium Morua habito, in quo quidem prelio idem Petrus filius Becer diris wlneribus sauciatus, cum nostris ceteris fidelibus more fidelium prelians multipliciter meruit commendari, eodem Rege Bohemorum in dicto prelio interempto seu mortuo. Tandem nos instantissime ipse Petrus filius Becer supplicando postulauit, vt in recompensacionem talium et tantorum seruiciorum suorum cum fratribus et proximis suis, uidelicet filijs Martini, item filijs Bechus, nec non filijs Andoch, ac filijs Mark de eadem, a condicione et numero Comitum Vduornicorum, qui filij Comitum Vduornicorum dicuntur, eximi, seu eximendo, et per nostram Excellenciam in cetum et consortium Regni nostri nobilium sub vexillo nostro famulancium, simul cum terris et possessionibus ipsorum, dignaremur aggregare. Suis igitur peticionibus predicti Petri filij Becer nostri — — — qui pro suis fidelitatibus et meritorum seruicijs — — — — per nos dileccione esset attollendus, ipsum cum (fratribus) et proximis prenotatis, vnacum terris et possessionibus ipsorum, de cetu et consorcio ac condicionatu filiorum Comitum Vduarnicorum eximentes, et in cetum ac consercium Regni nostri nobilium, nobis sub uexillo nostro more exercituantis famulancium, de nostra benignitate Regia duximus asscribendo coniungendum. Quemadmodum progenitores ipsorum primitus ab antiquo in libertate nobilium Regni nostri mediante priuilegio Regis Andree aui nostri carissimi euidenter per nos experto dinoscebantur gratulari. Volentes quod decetero idem Petrus noster pugil, fratres, et cognati sui prenominati, illa et eadem gaudeant libertate, qua ueri nobiles Regni nostri gratulantur. Vt igitur series huius gracie robur obtineat perpetue firmitatis, nec processu temporum per quempiam possit vel debeat reuocari; presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti uiri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, eiusdemque loci Comitis Perpetui, Prepositi Budensis, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri; presentibus Stephano Colocensi, Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Paulo Vesprimiensi aule nostre Cancellario, Philippo Waciensi, aule domine Regine consortis nostre carissime Cancellario, Lodomerio Varadiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Dyonisio

Jauriensi, Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Dyonisio Palatino Comite de Occlycz et Judice Cumanorum, Matheo Wayuoda Transsiluano, Egidio Magistro Tauarnicorum nostrorum, Vgrino Bano de Zewrinio, Herbordo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite de Baranya, Laurencio Comite Supruniensi, Gregorio Comite Castri Ferrei, Moyus Magistro Tauarnicorum domine Regine consortis nostre predicte, Jacobo Comite Nitriensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores. Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, Regni autem nostri anno tercio, sexto Idus Septembris.

(Eredetie van a gr. Sztáray levéltárban, hennan annak másolatát Ertly János levéltárnok 1839-ben Döbrentei Gáborral s ez gróf Teleki Józseffel közölte, kinek oklevélmás gyüjteményéből közli Szabó Károly.)

43.

IV. László király megerősíti V. István királynak Epel helységet tárgyazó 1270-ki adományát az esztergami egyház számára. 1274.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarorumque (így) Rex uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Quia quicquid in usus pios expenditur uel confertur, id non amittitur; sed pocius conseruatur; idcirco ea, que Sacrosanctis Ecclesijs et alijs pijs locis pietatis intuitu conferuntur, Regie approbacionis seu ratificacionis debent presidio confirmarj. Proinde ad vniuersitatis uestre noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum inclite recordacionis dominus Stephanus Illustris Rex Hungarie, karissimus pater noster post obitum clare memorie domini Regis Bele quarti karissimi patris sui, aui nostri, quandam villam seu terram, nomine Epel in Comitatu Strigoniensi existentem, ad mensam Regiam seu clicium Re-

gale de Buda pertinentem, cum vinitoribus ipsi terre ascriptis, qui Regibus Hungarie, progenitoribus nostris, certam uini quantitatem annuatim racione seruitutis ab antiquo eis imposite consueuerant ministrare, et cum vniuersis vineis, pertinencijs, utilitatibus et iuribus ejusdem ville siue terre fidelibus suis et nostris Sancte Strigoniensis Ecclesie Capitulo pro remedio anime domini Bele Regis pijssimi, patris sui, in perpetuam elemosinam dedisset, donauisset et tradidisset, ab ipso Capitulo peremniter et irreuocabiliter iure perpetuo possidendam; prout hec omnia in prefati karissimi patris nostri domini Stephani priuilegio exinde confecto, quod inspeximus et inspici fecimus, plenius continetur (igy); nos ejusdem karissimi patris nostri, sicut successione filiali, sic et pietatis imitacione, uestigijs inherentes, de predicta eciam donacione ipsius ville Epel, non tam per priuilegium predictum, quam per ueridicam assercionem plurium Prelatorum et Baronum Regni nostri, qui se huiusmodi donacionis conscios esse dicebant, plenissime certificati; maxime, quia inuenimus, dictum priuilegium non abolitum, non viciatum, non cancellatum, uel in carta, seu sigillo alicui reprehensioni subiectum subiacere; predictam donacionem ville seu terre Epel, uinitorum, vinearum, pertinenciarum, iurium et utilitatum ipsius, de consilio Baronum nostrorm ratam habemus et gratam, et eam predicto Capitulo Sancte Strigoniensis Ecclesie, a qua inuncti sumus et coronati in Regem, et spiritualia recipimus sacramenta, tenore presencium perpetuo et inretractabiliter, ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem prefati priuilegij ad maiorem cautelam presentibus confirmacionis nostre litteris de uerbo ad uerbum duximus inserendum, qui talis est:

Stephanus D. gr. Hungarie stb. Rex stb. (következik V. István királynak 1270-diki adománylevele, l. Fejér Cod. Dipl. V. köt. 1. r. 33. l.)

Ad hec cum idem dilectissimus pater noster Rex Stephanus totum tributum ad Comitatum Strigoniensem pertinens eidem Sancte Strigoniensis Ecclesie Capitulo pro remedio anime dicti domini Bele Regis, karissimi patris sui, in perpetuam elemosynam dederit, contulerit et donauit, ab eis iure

perpetuo, irreuocabiliter possidendum, et in possessionem, uel quasi, percipiendi idem tributum, ipsos pacifice fecerit introduci; Nos quia de huiusmodi donacione seu collacione et tradicione ipsius tributi nobis modis omnibus facta extitit plena fides; idem tributum ipsi Capitulo similiter de consilio Baronum nostrorum in perpetuum presentibus confirmamus. In cuius rei certitudinem perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Budensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, Regni autem nostri anno secundo. Metropoli Strigoniensi uacante, et venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Briccio Cenadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Paulo Vesprimiensi aule nostre Cancellario, Philippo Vaciensi aule consortis nostre karissime Cancellario, Lodomerio Varadiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transiluano Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Dyonisio Palatino et Judice Cumanorum, Henrico Bano totius Sclauonie, Nicolao Voyawoda Transiluano Comite de Zounuk, Jachino Magistro Thawarnicorum nostrorum Comite de Plys, Nicolao Judice Curie nostre Comite de Gvechke, Renoldo Magistro Dapiferorum Comite Zulugageuriensi, Herbodo Magistro Agasonum nostrorum Comite de Barana, Nicolao Magistro Pincernarum nostrorum, Johanne Comite Supruniensi, Gregorio Comite Castri Ferrei, Moys Comite Symigiensi, Dedalo Comite Zaladiensi, et alijs quampluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 293. l.)

44.

IV. László király megerősiti Lőrincz nádornak 1268-ki Denna birtokára vonatkozó itéletlevelét. 1274.

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Jacobus filius Abraham de Hetus, exhibuit nobis patentes litteras Comitis Laurencij quondam Palatini super terra ipsius Denna vocata emanatas, petens a nobis cum instancia, ut ipsas litteras nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum quidem litterarum tenor talis est :

(L)aurencius Palatinus stb. (következik Lőrincz nádor 1268-iki itéletlevele, mint gyűjteményünk VIII-ik, vagyis a második folyam III. kötetében 206. l.)

Nos itaque iustas peticiones predicti Jacobi admittentes Regio cum fauore, predictas litteras Comitis Laurencij de uerbo ad uerbum presentibus insertas nostro priuilegio duximus confirmandas. Vt igitur huius rei series robur obtineat perpetue firmitatis, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Strigoniensis Ecclesie Electi, perpetui Comitis loci eiusdem, Budensis Prepositi, aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° septuagesimo quarto, Regni autem nostri anno secundo. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Job Quinqueecclesiensi, Briccio Chenadiensi, Paulo Vesprimiensi aule nostre Cancellario, Philippo Vaciensi aule domine Regine karissime consortis nostre Cancellario, Tymotheo Zagrabiensi et Petro Transsiluano Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Dyonisio Palatino, Comite de Oclych et Judice Cumanorum, Herrico Bano tocius Sclauonie, Nicolao Voyauoda Transsil-

uano Comite de Zounuk, Joachyno Magistro Tauarnicorum nostrorum Comite de Pylis, Nicolao Judice Curie nostre Comite de Gechke, Reynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum, Herbordo Magistro Agasonum nostrorum Comite de Bana, Moys Magistro Tauarnicorum domine Regine karissime consortis nostre Comite Symigiensi, Dedalo Comite Zaladiensi, Johanne Comite Supruniensi, Jacobo Comite Nitriensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, a függő pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

45.

IV. László király több soproni várjobbágyot Forkosd nevü birtokukkal együtt nemesi állásra emeli. 1274.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in omnium saluatore. Juri conforme, et est consentaneum racioni, ut Reges suorum ponderent merita subditorum; et licet generalibus generales existant in fauore, illorum tamen meritis, quorum virtutes in prosperis et aduersis radiarunt, debent respondere multiplicibus donatiuis. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire,quod quia Toboy et Endre filij Farkasij, Benedictus et Seraphin filij Jacobi, Herbordus filius Sebastiani, Guebart filius Guebse, Nicolaus filius Nicolai, et Papa filius Georgij, iobagiones Castri Supruniensis fideles nostri in diuersis articulis, negocijs et expedicionibus nostris et tuicione confinij nostri Supruniensis fidelitatis ingenti ardore nobis, Regno et Corone nostre debito viriliter et laudabiliter dimicando, suo sanguine frequenter, ymo inmediate plurimum insudarunt; et maxime cum de machinacione inimici nostri capitalis Regis Boemorum castrum nostrum Jauriense fuisset occupatum, non minus feruidi inuenti sunt in expugnacione dicti castri — — quod non solum lapi-

dibus obruti, verum eciam — — ijs et lanceis (crude)liter perforati, vbi non sine morte cuiusdam fratris eorum Nicolaus nuncupati mortis periculum aliqualiter euaserunt. Quorum sudores tergere, wlnera sanare et labor — — — de Regali munificencia cupientes, ipsos et suorum (így) successores pro huiusmodi expertis et claris uirtutibus clarioribus luce clara — — — — luimus aliquali insignire, absoluentes eos et suos heredes heredumque suorum successores cum terra eorum Forkosd uocata (a iobagio) natu dicti castri, et conferentes eis donum tam solempnis libertatis, ut ab ipsius castri exuti et absoluti iobagionatu, ét in cetum, numerum et collegium seruiencium nostrorum Regalium per nos translati coram nostre Maiestatis presencia cum alijs seruientibus nostris Regalibus graciam habeant famulandi. In cuius (cer)titudinem presentes nostras concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie (Electi), Prepositi Budensis et aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LXX° quarto, Regni autem nostri anno secundo. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et (Johanne) Spalatensi Archiepiscopis, Lamperto Agriensi, (Benedicto) Chanadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Paulo Vesprimiensi aule nostre Cancellario, Philippo Varadiensi aule domine Regine consortis nostre karissime Cancellario, Lodomerio Varadiensi, Thimotheo Zagrabiensi, (Dionisio) Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Dionisio Palatino Comite de Okylich et Judice Cumanorum, (Herrico Bano tocius) Sclauonie, Nicolao Voyuoda Transsiluano Comite de Zonuk, Jwachino Magistro Tauarnicorum nostrorum Comite de Plys, Nicolao Judice Curie nostre Comite de Guechke, Paulo Bano de Zeurinio, Renoldo Magistro Dapiferorum nostrorum Comite de Zulgageur, (Her)bordo Magistro Agasonum nostrorum Comite de Barana, (Nicolao Magistro) Pincernarum nostrorum, Johanne Comite Supruniensi, Gregorio Comite Castri Ferrei, Moys Comite Symigiensi, Dedalo Comite Zaladiensi, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, megrongált állapotban, melynek pecséte hiányzik; a nemz. museum kézirattárban.)

46.

IV. László király megerősíti IV. Béla királynak Takson helységet tárgyazó 1269-ki adományát Miklós Ivánkának fia számára. 1274.

Nos Sigismundus stb. quod cum ob contradictoriam inhibicionem statucionis possessionum Wyzkeleth, Taxond et Porloch vocatarum in Comitatu Posoniensi existencium Magister Stephanus filius Gregorij de Berench Johannem filium Beke de Kwrth, et Jacobum filium Michaelis de Kys-Kwrth modum et formam legitime euocacionis obseruando per nostrum et Capituli Posoniensis homines contra se ad certum terminum nostram specialem in presenciam in causam attraxisset stb. (a határnap előbb „ad octauas festi B. Michaelis Archangeli“ 1408.; s később ismételve és ismételve kiterjesztetett; végre pedig „ad presentes octauas festi Beati Georgij martiris“ kihúzatván) stb. Johannes et Jacobus personaliter in nostram exurgendo presenciam quasdam nouem litteras, unam domini Ladizlai Regis stb. nobis curarunt demonstrari. stb. Continencia vero litterarum annotati domini Ladizlai Regis priuilegialium anno Christi M° CC° septuagesimo quarto, Regni autem sui anno tercio emanatarum explanabat, quod Nicolaus filius Iwanka ad ipsius domini Ladizlai Regis accedens presenciam propositis suis fidelitatibus et seruiciis in eisdem expressis quandam possessionem Taxond vocatam, in Comitatu Posoniensi existentem, jobagionum Castri Posoniensis sine herede decedencium, quam a Chythar jobagione eiusdem Castri pro suis excessibus prefatus Rex Bela abstulisset, in qua eciam predicto Iwanka terram ad quinque aratra sufficientem idem Bela Rex contulisset, cum quadam terra similiter predicti Castri Posoniensis, iuxta Kwrth existenti, sibi dari et donari postulasset. Ipse igitur dominus Ladizlaus Rex peticionibus ipsius Nicolai annuens, predictam possessionem Taxon, et aliam Toman vocatas sub metis et terminis antiquis eidem Nicolao de-

disset, et per Comitem Abraham de Byzinio statui fecisset in filios filiorum perpetuo possidendam. stb. Datum Bude quadragesimo die octauarum festi Beati Georgij martiris anno Domini millesimo quadringentesimo vndecimo.

(Eredetie bőrhártyán, a királynak hátul oda nyomott pecsétje alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

47.

X. Gergely pápa V. István és IV. László királyoknak Epel helységet tárgyazó adományát az esztergami egyház számára helybenhagyja és megerősíti. 1274.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Capitulo Ecclesie Strigoniensis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis uestra peticio continebat, quod clare memorie Stephanus Rex Vngarie villam de Epel in Comitatu Strigoniensi existentem, ad Regem ipsum libere pertinentem, cum omnibus iuribus et pertinencijs suis, uobis et Strigoniensi Ecclesie pro remedio anime inclite recordacionis Bele Regis Vngarie, patris dicti Stephani, duxit in perpetuam elemosinam concedendam, et carissimus in Christo filius noster Ladizlaus Rex Vngarie Illustris, concessionem huiusmodi ratam habens, eam liberalitate Regia ex certa scientia approbauit, prout in patentibus litteris inde confectis, ipsorum Stephani et Ladizlai sigillis munitis, plenius dicitur contineri. Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc pie ac prouide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nonstre confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc

attemptare presumpserit; indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni nonas Januarij, Pontificatus nostri anno tercio.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 223. l.)

48.

Denes nádor átírja sz. László királynak a tihanyi apátság jogait tárgyazó 1093-ki privilegiumát. 1274.

Nos Dionisius Palatinus, Judex Cumanorum et Comes de Okluch, significamus uniuersis presencium per tenorem, quod cum dominus noster Rex ad instanciam precum venerabilium et religiosorum virorum Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie, Pechuaradiensis, Saxardiensis, Tykoniensis, ceterorumque plurimorum Monasteriorum Abbatum in Regno suo existencium, vniuersas possessiones eorundem post insultus Tartarorum quouis modo alienatas ab eisdem, apud manus suas et aliorum quorumlibet habitas ob remedium anime sue et parentum suorum restituere decreuerit, et ecce nos de speciali mandato ipsius domini nostri Regis ad reuidendas et restituendas vniuersas possessiones et iura dicti Monasterij Tykoniensis, domino Andrea Abbate eiusdem Ecclesie nobiscum personaliter existente, iuxta series priuilegiorum ipsius Monasterii ad diuersos Comitatus, in quibus dicta priuilegia possessiones et iura eiusdem nominatim adnotabant, accedendo; primo ab omnibus vicinis et commetaneis possessionum earundem veritatem inquirentes demum eciam huius noticia dictorum priuilegiorum Monasterij antedicti seriatim inspectorum plenius informati de eisdem, vniuersas possessiones et quelibet iura eiusdem Monasterij apud manus prelibati domini Regis et aliorum quorumlibet habitas et existencia reperta et inuenta iuxta series priuilegiorum Sancti Stephani, Andree et Bele olym Regum Hungarie, venerabilis Dauid

Ducis, et specialiter iuxta continenciam priuilegij Beatissimi Ladislai Regis super confirmacione dictorum priuilegiorum nec non fere vniuersorum jurium Monasterij antedicti anno sexto decimo Regni sui emanati tenoris infrascipti, premissa authoritate Regia et nostra iudiciaria eidem Monasterio pleno iure restituimus et statuimus. Cuius quidem priuilegij tenor per omnia talis est:

In nomine Sancte Trinatatis s b. Ego Ladislaus Dei annuente clementia Hungarorum Rex stb. (következik szent László királynak 1093-ki priuilegiuma, mint gyűjteményünk VI. vagyis a második folyam I. kötetében 66. sk. ll.)

Vt igitur huius restitucionis series robur obtineat perpetue firmitatis presentes nostras litteras priuilegiales eidem Monasterio concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Albe in vigilia festi Beati Stephani Regis anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto.

(Széchenyi Frank országbirónak 1399-ki átiratából, a pannonhalm főapátság levéltárában.

49.

Miklós orszagbirónak Aladár mester a királyné főtálnoka s Geanus székesfehérvári kanonok és érdektársai közti bizonyos földbirtokot tárgyazó itéletlevele. 1274.

Nos N. Judex Curie Domini Regis Comes de Gechke vniuersis quibus expedit significamus presencium per tenorem, quod cum Aladarius Magister Dapiferorum domine Regine contra Magistrum Gyanum Canonicum Albensem et iobagiones eiusdem de Apaty, item Pous et Olbertum de Sancto Georgio super facto cuiusdam terre Magistri Othmarij bone memorie quondam Canonici Jauriensis Ecclesie, inter terram de Sancto Georgio et terram Apaty adiacentis, metis ab ipsius terris circumquaque separate et circumdate, quam ex Regia donacione sibi idem Magister Aladarius dicebat esse pro suis

seruicijs meritorijs collatam nomine terre sine herede decedentis, de qua quidem terra se fore dicebat prohibitum facta reambulacione per viros antedictos, in figura judicij uoluisset agere coram nobis; predictus Magister Gean ipsam terram de prefato Magistro Othmaryo coram Cruciferis de Alba presente Albeo cognato eiusdem Magistri Othmarij dixit se quatuor marcarum precio comparasse, causam super ipsa terra, inter ipsum ab una parte, Pous et Albeum ex altera esse suscitatam asserendo. Quibus auditis parcium proposicionibus decretum itaque per nos extiterat, ut causa inter ipsum Magistrum Gean et uiros prefatos prius incoata decideretur iuris ordine obseruato, et ipsa causa decisa cuilibet parcium predicta terra fieret deuoluta, idem Magister Aladarius agere deberet contra illam. Demum cum ipsa causa diucius coram nobis fuisset uentilata, tandem quia nec precium ipsius terre dictus Magister Gean, quo a prefato Magistro Othmario comparatam esse dicebat, ipsi Magistro Othmario plenarie persoluérat, nec eciam ijdem Pous et Albeus racione uicinitatis ipsum Magistrum Gean ad ipsam terram intrare permittebant, nec erat conueniens contra ipsorum prohibicionem terram antedictam precio comparare Magistro Gean memorato: multis Nobilibus Regni una nobiscum in Judicio sedentibus intelleximus, quod idem Pous ipsi Magistro Gean refunderet duas marcas, quas dictus Magister Gean ad precium predicte terre soluerat Magistro Othmario antedicto, sicut nobis constitit in litteris Cruciferorum de Alba per Magistrum Gean exibitis; predicto Albeo, quia ipso presente et non contradicente predicta terra fuit uenundata, sicut in litteris predictorum Cruciferorum comperimus, super facto ipsius terre perpetuum silencium inponendo. Et cum idem Pous coram nobis illas duas marcas persoluisset Magistro Gean antedicto, et ipsa terra ad ipsum Pous facta solucione fuisset deuoluta; prefatus Magister Aladarius, sicut premisimus, contra ipsum Pous super facto eiusdem terre egit coram nobis, et dictus Pous nullam euidentem, preter hoc, quod ipsam terram dixit fuisse auncli matris sue, e conuerso potuit pretendere racionem. Verum quia Regia donacio tali exigua racione pretendente non debebat reuocari; decreuimus, quod prefatus Magister Aladarius ipsas duas marcas,

quibus idem Pous dictam terram ad se redimerat, eidem Pous refunderet ex integro, qui in eadem hora et momento ipsas duas marcas reddidit et persoluit coram nobis Pous sepedicto; terram autem predictam reliquimus eidem Magistro Aladario, et per eum suis heredibus heredumque successoribus, prout dominus Rex Ladizlaus sibi contulerat, iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam; causam vero supradictorum virorum in facto ipsius terre sopiri et sedari faciendo. Vt autem ea, que coram nobis acta sunt, per processum temporis in irritum reuocari non possint, presentes contulimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M°CC°LXX° quarto.

(Eredetie bőrhártyán, melynek barna-zöld selyemzsinóron függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

50.

Henrik szlavoniai bánnak bizonyságlevele, hogy Péter Rodolfnak fia Petyu nevü birtokát Perchynus comesnek eladta. 1274.

Nos Herricus Banus tocius Sclauonie significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod constitutis in nostra presencia Petro filio Rodolphy ab una parte, et Perchyno Comite ab altera; idem Petrus confessus est uiua uoce, uendidisse quandam terram suam Petyn uocatam in terra Brochyna cum pisscina et omnibus utilitatibus suis pro viginti marcis et una eidem Comiti Perchyno, et per eum suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam, sub eisdem metis et terminis, sicut in litteris Capituli Zagrabiensis continentur. Quas quidem viginti marcas et unam prefatus Petrus dixit se ab eodem Perchyno Comite plenarie recepisse. In cuius rey memoriam et perpetuam firmitatem presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum M°CC°LXX°IIII°.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös-zöld selyemzsinóron függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

51.

Az esztergami káptalan átírja 1266-ki bizonyságlevelét, hogy Hunt-Paznan nemzetségbeli Péter és Dezső comesek és szomszédaik közt több jószág határai szabályoztattak. 1274.

A B C D

Gregorius Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod priuilegium nobilis viri Comitis Desiderij filij quondam Hunt Comitis, cuius aliud par, quod penes se habuerat, amissum esse dixit, inuenimus in nostra camera sub authentico et uero sigillo nostro, non rasum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte uiciatum, continens hunc tenorem :

Gregorius Prepsitus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis stb. (következik az esztergami káptalannak 1266-ki okmánya, mint gyűjteményünk VIII. vagyis a második folyam III. kötetében 151. l.).

Quia uero Comes Desiderius aliud par huiusmodi priuilegij sui, quod penes se habuerat, amissum esse dixit, ut premisimus; nos ad peticionem eius, cum eadem iusta sit, hoc priuilegium secundum sui originalis tenorem prenotatum duximus innouandum, faciendo ipsum sigilli nostri munimine roborari. Datum anno Domini millesimo CC°LXX° quarto, tercio kalendas Septembris.

(Eredetie bőrhártyán, a m. b. Nyáry család bagonyai levéltárában, közölte velem m. b. Nyáry Albert.)

52.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Stefania Kozma banai főispán özvegye Oucha helységben lévő birtokát elzálogosította. 1274.

Nos Capitulum Ecclesie Strigoniensis damus pro memoria; quod domina relicta Comitis Cosme de Bana filia Comitis Samud de genere Tomoy nomine Stephania pro se et pro Petronulla sorore sua filia eiusdem Samud Comitis, ut dicebat, coram nobis constituta confessa est, quod tam ipsa, quam predicta domina Petronulla terram suam Oucha uocatam, quam ipsa domina Stephanya dixit esse in Wagkuz, quam eciam ad ipsam, et per dictam dominam Petronullam a Pete et Leustachio fratribus eorum in quartam ipsarum deuolutam et assignatam fuisse asseruit, obligauerint pignori Comiti Cene cognato earum usque festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste proxime uenturum pro uiginti marcis finiti argenti, quas ab eodem Comite Cene, qui ex (parte) altera coram nobis comparuit, ipsa domina Stephania se et Petronullam sororem suam dixit plenarie recepisse: ita quod si ipse domine, uel Pete et Leustachius fratres earum supradicti, ipsam terram in predicto festo (Natiuitatis) Sancti Johannis Baptiste non redimerent coram nobis, extunc eadem terra cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis remaneret Comiti Cene pro eadem pecunia perpetuo possidenda. Et quia nos de noticia persone ipsius domine Stephanie hesitabamus, quemadmodum eciam premissum, domina Katherina filia Boya de Mok sanctimonialis Ecclesie Sancte Marie de Insula Strigoniensi cum ipsa domina Stephania coram nobis comparens certificauit nos de eadem. Datum feria quarta proxima post festum Sancti Georgij in anno Domin M°CC°LXX° quarto.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a m. b. Perényi család levéltárában.)

53.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy a nyulszigeti apáczák a neki Chu helységben Isabella királynétól adományozott birtokban statuáltattak. 1274.

Nos Capitulum Ecclesie Strigoniensis damus pro memoria, quod litteras domine I. illustris Regine Hungarie recepimus continentes, quod ipsa domina Regina quandam terram suam Chu uocatam in Comitatu Strigoniensi existentem sororibus de Insula Beate Virginis contulisset. Et cum nos recepto mandato eiusdem domine Regine, iuxta continenciam litterarum suarum hominem nostrum misissemus, cuius testimonio Comes Haragus homo domine Regine reambulando ipsam terram cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis, presentibus commetaneis et vicinis statueret predictis sororibus sine preiudicio iuris alieni possidendam; postmodum ijdem Comes Haragus homo domine Regine, et homo noster ad nos reuersi nobis retulerunt, quod in predicta terra Chu inuenerunt terram Reginalem centum et septuaginta tria iugera, cum terra nobilium et aliorum de Chu mixtim adiacencia, et diuisam cum herbis; de quibus centum et septuaginta tribus iugeribus septuaginta tria iugera sunt in terra fimata, que uulgariter *teluk* uocatur, terra uero centum iugerum est arabilis et campestris, et diuiditur cum herbis. Item loca vinearum, que sunt ultra quoddam fossatum antiqum (igy), a parte ville Chulnuk pertinent ad terram Reginalem; loca uero vinearum, que sunt ab alia parte eiusdem fossati, videlicet a parte ville Chu, sunt nobilium de Chu. Et in predicta villa Chu sunt in terra Reginali loca quatuor curiarum, in quorum duobus due resident mansiones, duo uero loca sunt vacua; sicut hec omnia Comes Haragus homo domine Regine, et homo noster nobis retulerunt. Et idem Comes Haragus predicta centum et septuaginta iugera terre cum prefatis locis vinearum ultra fossatum a parte ville Cholnuk existentibus, et cum locis quatuor curiarum presentibus commeta-

neis et vicinis, et nullo contradictore apparente statuit et assignauit sororibus de Insula Beate Virginis antedictis, saluis tamen iuribus nostris, videlicet terra, feneto, locis vinearum et curiarum, que ibidem babemus. Datum in festo Sancti Jacobi Apostoli anno Domini M°CC°LXX° quarto.

(Eredetie bőrhártyán, a kivülről oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban. Sok hibával kiadva Knauz által Magyar Sion III. köt. 224. l. A királyné adománylevelét lásd Fejérnél Cod. Dipl. V. k. 2. r. 221. l.)

54.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Máté mester esztergami őrkanonok a kanonoksághoz tartozó Berényföldet az esztergami keresztesektől elvevén, Both comes jobbágyainak adja haszonbérbe. 1274.

Nos G. Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis significamus quibus expedit vniuersis, quod Magister Matheus Custos Ecclesie nostre litteras fratris Petri Preceptoris de Zumula, de Tulmach et de Zirak exhibuit nobis, continentes, quod si ipse et socii sui Cruciferi Domus Ospitalis Sancte Crucis de Strigonio debitum, siue censum trium marcarum finiti argenti pro pensione terre, Beren uocate, ad Custodiam Ecclesie Strigoniensis pertinentis, in terminis assignatis annuatim non soluerent; extunc incurrerent duppli penam, et nichilominus caderent a locacione terre supradicte ipso facto. Verum quia dictus frater Petrus Preceptor et Cruciferi Domus Ospitalis predicte soluciones debitas in terminis assignatis facere omiserunt, sicut prefatus Magister M. Custos nobis dixit; idem Custos dictam terram Beren reuocauit et recepit ab eisdem, et loquauit eandem jobagionibus Both Comitis; videlicet Cunch Stiriensi et alteri Cunch, qui vendit uinum, Albrech Cunch filio Snap, Frederico filio Beringuer, Hench Vngaro, Lipoldo, Wigman villico, Rodolph, Vrnico, Wakulk

et Detre pro tribus marcis finiti argenti sibi in festo Omnium Sanctorum annuatim persoluendis; ita quod si terminum ipsum omitterent; extunc incurrerent similiter dupli penam et nichilominus caderent a locacione terre supradicte. Datum in octaua Sancti Michaelis anno Domini M°CC°LXX° quarto.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 226. l.)

55.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy Moys a királynénak tárnokmestere Chaba falut és egy rabszolgát a nyúlszigeti apáczazárdának adományozta. 1274.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Capitulum Budensis Ecclesie salutem in Domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod vir nobilis Moys Magister Thauarnicorum Inclite Regine Hungarie, Comes de Scepus, in nostra personaliter constitutus presencia, quandam uillam suam Chaba vocatam cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, et cum mancipio Tenkus nomine, ac filijs eiusdem in eadem villa existentibus, Ecclesie Beate Marie Virginis de Insula, et sororibus in eadem Ecclesia Deo iugiter famulantibus pro remedio anime sue, ut temporalia largiendo pro eternis perpetue remuneracionis premium consequi mereretur, contulit perennaliter possidendam. Vt igitur donacionis dicte ville per mencionatum Magistrum Moys coram nobis facta irreuocabilis perseueret, nec aliquatenus inposterum valeat retractari, ad peticionem et instanciam eiusdem Magistri Moys presentes litteras supradicte Ecclesie Beate Marie et sororibus concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum per manus Magistri Ambrosij Scholastici Budensis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto. Magistro Johanne Cantore, Petro Custode, Benedicto Decano, Zele sacerdote, Damiano, Elia, et Stephano Magistris, ceterisque Canonicis existentibus.

(A budai kir. kamarai levéltárban őrzött másolat után.)

56.

A székesfehérvári káptalan átirja azon okmányokat, melyek által Miklós Arnoldnak fia több szolgát és szolgálót Ponich bánnak eladott. 1274.

(C)apitulum Albensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire; quod Ladizlaus filius Ponich Bani ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis litteras domini Regis in hec uerba:

Ladizlaus D. gr. Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Albensi stb. (következik IV. László király 1273-ki parancsa, mint fentebb 27. sz. a.)

Verum quia series ipsius negocij in litteris nostris composicionalibus uiuente ipso Ponich Bano exinde antea confectis plenius continebatur, easdem eciam exhibuit nobis hanc formam continentes.

Nos Capitulum Albensis Ecclesie stb. (következik a székesfehérvári káptalannak 1272-ki bizonyságlevele, mint fentebb 6. sz. a.)

Super predictis itaque nouem capitibus seruorum, que ipsi Ponic Bano restitui debuerunt, uidimus in litteris Capituli Wesprimiensis per eundem Ladizlaum exhibitis, extitisse ordinatum eo modo, quod sex capita seruorum per eundem Nycolaum ipsi Ponic Bano fuissent restituta, pro tribus autem capitibus seruorum nouem marcas idem Nycolaus eidem persoluisset; et ipsas decem tunellas vini cum curribus et quadraginta bobus eidem dedisset, prout fuerat inter eos ordinatum; quod eciam idem Ladizlaus uiua uoce affirmauit. Eciam in eisdem litteris Capituli comperimus, sub testimonio eiusdem ipsa duo castra ipsi Nycolao fuisse restituta in die prenotato. Et quia premissa et singula premissorum secundum sui expedicionem et consumpmacionem, ut superius est expressum, patrocinio nostri priuilegij debebant confirmari,

cum et nomina seruorum predictorum in litteris Agriensis Capituli exhiberentur nostro priuilegio inserenda; ecce idem Ladizlaus litteras dicti Capituli Agriensis, nomina dictorum seruorum tam nominatim superius expressorum, quam aliorum ad ipsum Ponich Banum deuolutorum continentes, Regie Maiestati destinatatas, sub capite sigilli domini Regis nobis exhibuit in hec uerba:

Excellentissimo domino suo Ladizlao stb. Capitulum Ecclesie Agriensis stb. (következik az egri káptalannak jelentése, mint fentebb 28. sz. a.)

Nos igitur litteris Regie Celsitudinis honore debito receptis, mediante iusticia, prout singula premissorum coram nobis per partes primitus fuerant recitata et ordinata, et litteris nostris composicionalibus inserta, et eciam nomina dictorum seruorum, quemadmodum littere Agriensis Capituli presentibus de uerbo ad uerbum inserte continebant, presentes in testimonium praemissorum dedimus litteras ipsi Ladizlao nostro sigillo communitas, anno Domini M°CC° septuagesimo quarto, tercio nonas Martij. Magistro Demetrio Ecclesie nostre Preposito, Myke Cantore, Feliciano Custode, Sebastiano Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét vörös-violaszinű selyemzsinóron függ; a főmélt. herczeg Batthányi család levéltárában.)

57.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Duruzló mester több Apathunkayai nemesnek Rum nevű birtokában bizonyos birtokrészt átengedett. 1274.

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo per presentes litteras damus pro memoria, quod Magister Druzlou filius Druzlai ex vna parte, Roman filius Hungud, Egidius filius Emsa, Paulus filius Stephani, Petrus filius Bensa, Ambrosius filius Tywan, Loprech filius Clementis, et Sycusd filius Theke nobiles de Apathunkaya pro se et pro tota generacione sua, excepto Nicolao filio Theodori et filiis suis ex altera, coram nobis constituti, idem Magister Duruzlou terram ad usus duorum aratrorum sufficientem iuxta mensuram Regni approbatam in terra sua Rum vocata, collata sibi a domino nostro illustri Rege Ladizlao, vt dicebant, racione cognacionis, consanguinitatis et affinitatis dedit eisdem nobilibus a parte terre eorundem ab occidente progrediendo, penes terram Gothardi filij Pauli complendo per longitudinem vsque magnam stratam versus orientem iure perpetuo possidendam ita, vt lapsu temporis nec dictus Magister Druzlaus seu cognati de sua linea condescendentes predictam terram duorum aratrorum datam dictis nobilibus poterunt reuocare; e conuerso nec ijdem nobiles ultra ipsa duo aratra dictum magistrum Druzlaum aut suos propinguos poterunt molestare; et si quam parcium molestare attemptarent, ante litis ingressum parti alteri in tribus marcis tenebitur; hoc et interposito, quod si quandocunque tam ipsum Magistrum Druzlaum, quam prefatos nobiles causa super facto terre Rum inuenirent, tenerent se in alterutrum modis omnibus adiuuare; pars vero, que in hoc negligens extiterit in tribus marcis parti alteri subiacebit. Datum in quindena Penthecostes anno gracie millesimo CC°LXX° quarto.

(Ugyan a vasvári káptalan 1328. „in octavis Pasche" „Johannes filius Pauli de Theutus" kérelmére készült átiratából, melynek eredetie a Rumy család levéltárában, másolata a magyar academia irattárában őriztetik.)

58.

A vasvári káptalannak bizonyos Hulug és Tótlak nevü földeket tárgyazó birtokosztályról szólló bizongságlevele. 1274.

Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo omnibus presentes litteras inspecturis salutem in vero salutari. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Gwrk filius Comitis Myke ex vna parte, Emericus filius Jerny et Heym filius Heymes ex altera coram nobis constituti super duobus predijs suis Hulug et Thouthlok vocatis talem inter se irreuocabiliter fecisse diuisionem retulerunt : quod tercia pars predictorum duorum prediorum, a parte videlicet occidentali iuxta terram predicti Hym cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis cessit in porcionem Heym et Emerici predictorum, duabus partibus eorundem prediorum a parte videlicet orientali similiter cum suis pertinencijs prescripto Gwrk remanentibus. Horum siquidem tercia pars a duabus partibus hys metis distingitur; videlicet quod primo pergendo a parte Raba in duabus metis, quarum vna continet arborem *egur,* altera terrea, vergens versus meridiem per binas et binas metas peruenit ad quandam viam, que venit de ecclesia Beati Laurencij, penes quam sunt due mete terree; tendens ad meridiem cum metis dupplicatis peruenit ad magnam stratam, que ducit ad Curmend, penes quam sunt due mete, vna amplectens ilicem, altera terrea ; rursus ad meridiem peruenit ad quandam viam, que via Latinorum nuncupatur, penes quam sunt due mete, vna continens ilicem, altera terrea; currens adhuc versus meridiem peruenit ad quandam viam *kyralwt* vocatam, (penes quam) sunt due mete, vna amplectens ilicem, altera terrea, ibique terminatur. Obligarunt se nichilominus ijdem Emericus et Heym, predictum Gwrk a filijs Frachini racione premisse diuisionis molestare volentibus defensare. In cuius memoriam pleniorem ad peticionem parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas.

Anno ab Incarnacione Domini millesimo CC°LXX° quarto; Magistro Bonauentura Preposito, Oliuerio Cantore, Ombud Custode, Stephano Decano Ecclesie nostre existentibus.

(A vasvári káptalannak 1498. „feria quarta proxima post festum Annunciacionis Beate Marie Virginis" kiadott átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban.)

59.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Omodé mester, s Gergely mester és érdektársai, a köztök fennforgott peres ügyet barátságosan elintézték. 1274.

Capitulum Ecclesie Vesprimiensis omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire; quod cum Magister Omodeus ab una parte, Magister Gregorius filius Comitis Jula, Petrus filius Dominici, et Petrus filius Nicolay de Zebecke ex altera, super causis ad inuicem suscitatis, videlicet super destruccione predij eiusdem Magistri Omodey Gogan uocati, nec non super morte trium seruiencium eiusdem Magistri Omodey, et ablacione aliarum rerum suarum, super quibus omnibus ipse Magister Omodeus eundem Magistrum Gregorium et suos cognatos ordine iudiciario impetebat, et super responsione ipsius Magistri Gregorij et cognatorum suorum contra predictum Magistrum Omodeum in iudicio factam (így), videlicet quod illis temporibus, quibus idem Magister Omodeus predictum predium fore destructum et cetera dampna sibi illata asserebat, ipse Magister Gregorius et sui cognati fuissent in curia domini Regis in Regio seruicio exequendo in quindenis residencie exercitus tunc temporis contra Regem Bohemie congregati, asserciones suas testibus coram nobis conprobare debuissent; sicut hec omnia in litteris Comitis Stephani Viceiudicis Curie domini Regis uidimus plenius contineri. Adue-

niente die probacionis, ante testium produccionem partes ad nostram accedentes presenciam retulerunt, quod per sentenciam et arbitrium virorum nobilium, propter bonum pacis et amicicie perseueranciam taliter concordassent: Quod prefatus Magister Omodeus nullo unquam tempore ab hac hora in antea super premissis causis poterit Magistrum Gregorium, Petrum filium Nycolay, et Petrum filium Dominici predictos in causam trahere uel inquietare, nec quomodolibet molestare; nec idem Magister Gregorius, et Petrus filius Nycolay, ac Petrus filius Dominici, racione possessionis Gogan uocate, nomine sui iuris, si quod eis forsitan in ipsa possessione conpetebat, ullam poterunt in perpetuum contra Magistrum O. et suos heredes litem ingredi, vel aliquam susscitare materiam questionis. Et sic partes cassatis omnibus litteris, que hincinde super causis iam preteritis emanauerant, ad plene pacis et concordie deuenerunt vnionem. Adiecerunt eciam, quod si Alexius filius Jacinti de Sul, nec non Bala de Gogan, seruientes predicti Magistri O., nec non jobagiones sui de eadem villa Gogan super captiuacione, pudore et dampnis irrogatis sibi per Magistrum Gregorium, ut dixerunt, in aliquo molestare presumpserint, Magister O. tenetur ipsum Magistrum Gregorium modis omnibus defensare. Nos autem ad instanciam et peticionem parcium presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Hermani Lectoris Ecclesie nostre anno Domini M°CC°LXX° quarto. Venerabili in Christo patre domino Paulo Episcopo nostro; Magistro Paulo Preposito, Paulo Cantore, Rugas Custode existentibus.

Eredetie bőrhártya, a hártyazsinegen függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

60.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Jutas helységben határigazítás történt. 1274.

Nos Capitulum Ecclesie Wesprimiensis significamus quibus expedit presencium per tenorem, quod cum litteras domini L. Illustris Regis Hungarie recepissemus cum debita reuerencia continentes, ut testimonium nostrum ydoneum mittere deberemus, coram quo Mathyas de Vrs pristaldus seu homo Regis viginti iugera terrarum et vnum molendinum Magistri Renoldi filij Comitis Myske in territorio de Jutos contra iusticiam occupata reambulando eidem Magistro Renoldo statueret et assignaret, si non fieret contradictum, contradictoribus ad Regiam presenciam euocatis ad terminum competentem. Igitur cum vnum ex nobis uirum ydoneum cum homine domini Regis ad reambulandum eadem uiginti iugera terrarum et molendinum destinassemus mandato Regio fideliter; assurgendo ecce siquidem cum eisdem quidam homo nomine Bateu tauarnicus Reginalis ad nos ueniens, de uilla Jutos exposuit uiua uoce, socio nostro et homine domini Regi hoc idem referentibus seriatim; quod predictus Magister Renoldus in territorio de Jutos haberet viginti iugera terrarum et vnum molendinum cum uno fundo curie mixtim inter iura aliena, que idem Batheu cum duobus cognatis suis detinebant indebite occupando. Qui quidem Batheu, quantum sua intererat, prenotata uiginti iugera terrarum et molendinum coram nobis ipsis Magistro Renoldo restituit et resignauit perpetuo possidenda, negans se habere iuris aliquid in eisdem. Datum anno Domini M°CC° septugesimo quarto sabbato ante dominicam Circumdederunt.

Kívül : Pro Magistro Renoldo super iure suo de Jutos.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hátára a káptalan pecsétje van nyomva; a főmélt. herczeg Batthyáni család levéltárában.)

61.

A keresztesek esztergami konventje átirja IV. László királynak 1274-ki privilegiumát, melylyel V. Istvánnak Epel helységet tárgyazó 1270-ki adománylevelét megerősítette, az esztergami egyház számára. 1274.

Excellentissimo domino suo domino Ladizlao Dei gracia Illustri Regi Hungarie frater Dominicus Magister Hospitalis et totus Conuentus Cruciferorum Sancti Regis Stephani de Strigonio oraciones in Christo debitas et deuotas. Vestra nouerit Celsitudo, quod discreti viri Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis a nobis per suum nuncium pecierunt, ut tenorem priuilegij uestri, confecti super villa seu terra Epel vocata, continentis in se formam priuilegij felicis recordacionis domini Regis Stephani karissimi patris vestri, sub nostro sigillo Vestre Excellencie mitteremus. Quorum peticionem in hac parte nos esse considerantes congruam racioni et consonam equitati; predictum priuilegium non abrasum, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte viciatum, de uerbo ad uerbum, sine additamento et diminucione presentibus litteris inserentes, ad faciendam uobis fidem sub impressione nostri sigilli Vestre misimus Maiestati. Cuius quidem priuilegij tenor talis est :

Ladizlaus D. gr. Hungarie stb. Rex stb. (következik IV. László királynak 1274-ki privilegiuma, mint fentebb 43. szám a.)

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar S on III. köt. 297. l.)

62.

A csatári konventnek bizonságlevele, hogy Isalt Gothardnak özvegye Myley-i Andronikot hitbérére nézve felmentette. 1274.

Nos frater Jacobus miseracione Diuina Abbas Monasterij Beati Petri de Chatar totusque Conuentus loci eiusdem memorie commendantes significamus vniuersis tam presentibus quam futuris quibus expedit; quod Andronicus filius Boht de Myley pro se et cognatis suis ex una parte; de altera uero relicta Gothardi pie recordacionis nomine Isalt unacum Nycolao fratre suo, et idem Nycolaus pro ceteris fratribus Paulo et Thoma uocatis filijs Mathye. Que domina coram nobis personaliter astans asseruit uiua voce, quod dictus Andronicus a dote et rebus dotalicis suis fuisset expeditus. Ad cuius rey testimonium nostras concessimus litteras munimine nostri sigilli roboratas. Datum anno Domini M°CC° septuagesimo quarto.

(Eredetie börhártyán, a függö pecsét olveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

63.

A czikátori konventnek bizonyságlevele, hogy Loymeri Lörincz és rokonai Zunda, és fiának Jánosnak bizonyos földbirtokot átengedték. 1274.

Nos H. dictus Abbas de Chikador vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris tenore praesentium cognituris duximus declarandum; quod Laurencius et Thomas frater eiusdem, et Vincencius cognatus eorundem de Loymer, in nostri presencia constituti, Zhunde et Johanni filio suo viginti et sex iugera iacencia iuxta semitam Gregori filij Iso,

decem de eisdem de terra fertiri (igy) et stercorata iugera, nec non et terram vnius mansus vendiderunt pro duabus marcis in perpetuum possidendam; tali tamen condicione, quod si predictus Zhunda, seu filius Johannes, vel heredes eorundem prefatam terram vendere voluerint quacunque de causa, Laurencio et Thome, Vincencio supradictis aut heredibus eorundem pro duabus marcis vendere tenebuntur; sed si prefatus Zhunda et Johannes filius suus, aut heredes sui, sepe dictam terram tenere woluerint, absque omni contradiccione perpetuo possidebunt. In cuius memoriam rei et perpetuam firmitatem presentes concessimus ad peticionem vtriusque partis sigilli nostri munimine munitas. Actum puplice in Chikador anno Domini M°CC°LXX°IIII°; nobis presentibus, et C. Priore nostro, et A. Subpriore, et S. Plebano Ecclesie nostre, L. Curiali Comite nostro.

(Eredetie bőrhártyán, hártyazsinegen függő pecsét alatt; a főmélt. herczeg Eszterházy család levéltárában,

64.

A sághi konventnek bizonyságlevele, hogy Sarou-i Amadé és érdektársai Gyerken lévő birtokukat Laszló mester honti főesperestnek eladták. 1274.

Nos Laurencius Prepositus et Conuentus Fratrum Ordinis Premonstratensis de Saag significamus tenore presencium uniuersis, quod accedentibus ad presenciam nostram Magistro Ladizlao Archidiacono Huntensi ex una parte, et Homodeo Comite de Sarou cum filijs suis Petro, Nycolao et Luchack, Lazaro et Alexandro filijs Luce Comitis de eadem villa Sarou, ex altera, ijdem Homodeus Comes cum predictis filij suis, et Lazarus, Luchack, ac Alexander filij Luce Comitis iam dicti coram nobis constituti totam terram suam, quam in villa Gerqui et territorio eius habuerunt in pratis, siluis, terris arabilibus, et feneto, et fundis curiarum, uendi-

derunt Magistro Ladizlao pro quinque marcis fini argenti, possidendam perpetuo, tenendam et habendam; hoc adiecto, quod si ullo umquam tempore pro ipsa terra contra eundem Magistrum Ladizlaum, seu illos, quibus ipse terram eandem relinqueret, uel donaret, suboriri contingeret aliquam materiam questionis, siue per aliquos de consanquineis predictorum, siue per alios extraneos; supradicti tenerentur eundem Magistrum Ladizlaum, uel illos, quibus ipsam terram relinqueret, suis laboribus et sumptibus ab omni lite expedire, et ad hoc specialiter se coram nobis obligauerunt. Totum eciam precium predicte terre Homodey, Petri, Nycolaij, Lazari, Luchack et Alexandri, fuit eis coram nobis per ipsum Magistrum Ladizlaum plenarie persolutum. Ad hec sepedicti Homodeus, Petrus, Nycolaus, Lazarus, Luchack et Alexander obligauerunt se nominatim pro Potuna et Stephano filijs Luce Comitis, quod ipsi Potuna et Stephanus uendicionem iam factam ratam et firmam haberent; et si ullo umquam tempore contra Magistrum Ladizlaum, uel illos, quibus ipsam terram relinqueret, uel donaret, ijdem Potuna et Stephanu aliquam materiam mouerent questionis, ipsi eundem, uel eosdem, qui sibi succederent in predicta terra, absque omni inquietacione tenerentur expedire. Vt igitur hec emptio robur firmitatis obtineat; presentes litteras concessimus sigillo nostro communitas Magistro Ladizlao. Datum anno Domini millesimo CC°LXX° quarto.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 296. l.)

65.

A pécsváradi konventnek bizonyságlevele Tyna, Bagatai Chepan nejének első házassága után járó hitbéréről és jegyajándékairól. 1274.

Conuentus Monasterij Waradiensis vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod nobilis domina filia Jous de genere nobilium apud Ecclesiam Sancti Johannis prope Okur existencium Tyna vocata, relicta Salomonis de genere Geg, nunc vxor Chepani de uilla Bagata ab una parte; Paulus filius Galli pro se et pro Oliuerio filio suo, Mychael filius Geg pro se et pro Salomone et Geg fratribus suis uterinis, Pangracius filius Emerici pro se et pro Andrea fratre suo carnali ab altera, coram nobis personaliter constituti; eadem domina proponens confessa est uiua uoce: quod predicto Salomone marito suo, fratre ipsorum Galli et Emerici de medio sublato, antequam eidem Chepano secundo marito suo nupta fuisset, ob amorem et dileccionem predictorum nobilium de iuxta Okur, cum eisdem pio affectu compateretur tanquam suis cognatis karissimis, ipsis scilicet Paulo, Oliuerio filio suo, Mychaeli, Salomoni, et Geg fratribus eiusdem Mychaelis, Pangracio, et Andree fratri eiusdem, superius nominatis nobilibus, et alijs cognatis eorundem, dotem suam pure et simpliciter relaxasset; res uero parafernales suas eisdem nobilibus sibi restituentibus plenarie recepisset, et ad desiderium sue salutis distribuisset anime sue ob perpetuam suam elemosinam condonando, prout sue uoluntati uidebitur expedire. Assumpmente ipsa domina, quod de cetero nec ipsa, nec predictus Chepanus maritus suus, nec quispiam fratrum, cognatorum seu consanguineorum suorum ipsam dotem possint ulterius repetere, seu imposterum uendicare de predictis nobilibus et de uniuersis cognatis eorundem, et eosdem ac cognatos ipsorum nullatenus ualeant racione

ipsius dotis impetere successu temporis, seu aliquatenus molestare. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes litteras notras cum alphabeto intercisas concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum IIII-o Aprilis anno Domini M° CC° septuagesimo IIII°. Waltero Decano, Petro Cantore, Bonifacio Custode existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét hártyazsinegen függ; a főmélt. herczeg Eszterházy család levéltárában.)

66.

A zalavári konventnek bizonysáylevele, hogy Buzad nemzetségbeli Mihály Zamárfalva nevű birtokát Ochuz veszprémi főispánnak eladta. 1274.

Conuentus Monasterij Sancti Adriani de Zala omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino saluatore. Ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire presencium per tenorem: quod Michaele filio Michaelis de genere Buzad ab una parte, et Ochuz filio Magistri Buzad Comite Vesprimiensi ab altera coram nobis constitutis, propositum et relatum extitit per eosdem: quod idem Michael quandam possessionem suam Zamarfolua uocatam, cum terris, vineis, siluis, fenetis ac aliis utilitatibus et pertinencijs suis, per omnia, ut dixerunt, ad septem aratra sufficientibus, eidem Comiti Ochuz et suis heredibus heredumque successoribus, pro viginti quinque marcis partim in denariis, partim uero in estimacione condigna plene habitis et receptis ab eodem, confessus est uendidisse in perpetuum pacifice et inreuocabiliter possidendam. In cuius rey testimonium et memoriam firmiorem presentes litteras concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto. Dominico Decano nostro, Petro Custode, et aliis fratribus salubriter existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, hártyazsinegen függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

67.

Chák nemzetségbeli Ugrin mester két Pethen nevü jószágot tárgyazó adománya Sudan nemzetségbeli Dénes mester számára. 1274.

Magister Vgrinus filius Pous de genere Chaak Magister Agasonum domini Regis Ladizlai omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas uestra, quod nos meritorijs seruicijs Magistri Dyonisij filij Arnath de genere Sudan, quibus idem a sue puericie temporibus diuersis periculorum casibus suam personam nobis scientibus, ymo pluries videntibus, fortune exponendo studuit fideliter nobis complacere, grata compensacione volentes occurrere; qui licet propter sua laudabilia seruicia maiora ex parte nostri debuisset promereri, ad presens tamen, vt alij exemplo huiusmodi ad alcioris fidelitatis feruorem inuigilent et assurgant: duas villas nostras Pethen vocatas in Comitatu Neugradiensi existentes, in eadem plenitudine et sub eisdem metis, quibus pater noster et nos tenuimus, dedimus, donauimus et contulimus eidem Magistro Dyonisio, et per eum suis heredibus perpetuo et inreuocabiliter possidendas; ita, quod nec nos possimus in posterum, nec nostri successores ab ipso Magistro Dyonisio, vel ab eius heredibus valeant reuocare. Vt igitur hec nostra donacio robur optineat perpetue firmitatis, presentes dicto Magistro Dyonisio concessimus litteras nostro sigillo communitas. Datum anno Domini M°CC° septuagesimo quarto.

Eredetie börhártyán, melyröl a pecsét sárga-violaszinü selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárában.

68.

Spalato és Sebenico dalmatiai városoknak szövetsége Károly siciliai királylyal az alamissai ka'ózok ellen. 1274.

In nomine Domini. Anno ab Incarnatione ejus M°CC°LXX°IIII°. Regnante Illustrissimo domino nostro Caroto Rege Sicilie, Ducatus Apulie, ac Principatus Capue, Alme Urbis Senatore, Andegavie, Provincie, ac Folcolquerii Comite, ac Romani Imperii per Sanctam Romanam Ecclesiam in Tuscia Generali Vicario; anno Regni eius X. die Martis quarto mensis Septembris, tertie Indictionis, apud Lacum Pensilos. Nos Bartholomeus de Straffis de Regio, et Jacobus de Varduno de Alba, Magne Regie Curie Judices; et Matthcus Barabolus de Gajeta ejusdem Magne Curie Actualis Notarius; et subscripti testes, ad hoc specialiter vocati et rogati, presentis scripti publici serie declaramus: Quod inter dictum dominum Regem ex parte una; et Judicem Dobrenum, et Judicem Heliam, Sindicos, Actores, et Nuncios Speciales Terre Sibenici, et Vulcinnam Streze, et dominum Privolaum Datche, Sindicos, Ambasciatores, et Nuncios Speciales Civitatis Spaleti, nomine, ac pro parte Uniuersitatum ipsarum terrarum ex altera, consencientes in nos expressim tamquam in suos Judices et Notarium, quum scirent dicti Sindici se non esse jurisdictionis; omnia infrascripta pacta, et conventiones, tractata concorditer et firmata fuerunt solemni stipulatione, et omni juris solemnitate vallata. In primis de facienda una guerra per ipsum dominum Regem, et Universitates predictas terre Dalmasii, et omnibus singulis ejusdem terre, ac fautoribus, coadjutoribus suis. Item quod aliqua ipsarum Universitatum non facient pactum, finem, et treguam, seu guerram recentem cum Dalmasibus, seu fautoribus suis, sine consensu, et voluntate dicti domini Regis; et si contigerit ipsum Regem facere pacta, vel treguam cum predicta terra Dalmasii, Universitates predictas in dicta pace, et tregua ponere teneatur. Item quod dictus dominus Rex habebit pro ipsa guerra fa-

cienda usque ad finem ipsius guerre duas galeas bene armatas hominibus, armis et aliis necessariis, annis singulis, quibus dicta guerra durabit a kalendis Aprilis usque ad festum Omnium Sanctorum in illis locis, in quibus predicta guerra facienda Capitaneo, et Comiti galearum ipsarum melius videbitur expedire. Item quod dictus dominus Rex commodabit dicte Universitati Spalati duas galeas cum offesis et corredis suis, sine hominibus, usque ad finem dicte guerre. Item quod idem dominus Rex commodabit Universitati Sibenici unam galeam munitam offesis et corredis ad navigandum, sine hominibus, usque ad finem dicte guerre. Item quod dicte Uniuersitates dictas tres galeas sibi commodatas a dicto domino Rege tenebunt, et habebunt armatas usque ad finem ipsius guerre, ad faciendam ipsam guerram, simul cum predictis galeis ipsius domini Regis, quod perstabunt in mari cum aliis galeis, et erunt continue armate et munite, donec predicte galee domini Regis erunt ibidem. Item quod predicte Universitates finita dicta guerra restituent dictas galeas cum offesis et corredis et alijs guernumentis eque bonis, sicut receperint; et accomodati a predicto domino Rege ad hoc obligaverunt se dicti Sindici nomine dictarum Universitatum, et res ipsarum; quas galeas restituere teneantur ibidem, videlicet in portubus predictarum Universitatum ad requisitionem ipsius domini Regis. Promiserunt et obligaverunt se dicti Sindici nomine ipsarum Universitatum, et ipsas Universitates, guerram ipsam facere bona fide, et sine aliqua fraude, predicte terre Dalmasii, cum aliis lignis suis, prout melius poterunt, et eciam per terram. Item quod si contigerit aliquod lucrum facere perdictas galeas de predicta terra Dalmasii et coadjutoribus suis, dividetur illud lucrum equaliter inter eos; ita quod Comites galearum ipsius domini Regis accipiant nomine ipsius domini Regis partem ipsam contingentem pro ipsis galeis; et de ipso lucro disponant dicti Comites secundum voluntatem ipsius domini Regis; et quod omnes captivi, qui capientur per predictas partes de hominibus Dalmasii, vel coadjutoribus ipsorum, perveniant (in) fortium et baliam ipsius domini Regis, et de ipsis faciet voluntatem suam, vel tenendo ipsos in carcere, vel ultimo trahendo supplicio. Et si contigerit aliquem ex predictis captivis ad re-

demptionem poni, et ipsum redimi; quod illud, quod reciperetur pro redemptione ipsa, sit totum dictarum Universitatum. Tenetur tamen dictus dominus Rex de captivis predictis dare ipsis Universitatibus, si aliquem, vel aliquos capi ex ipsis contigerit a dictis Dalmasibus, et cambio competenti. Item quod ordinabitur per dominum Regem predictum unus Capitaneus, qui presit dictis galeis quinque, et omnes, qui erunt in dictis galeis obedient ipsi Capitaneo, qui erit, vel mutabitur, et aliis subornabitur, ad voluntatem ipsius domini Regis. Item quod si aliqui ex Dalmasibus velint venire sponte ad habitandum cum familia sua ad terras Universitatum predictarum, homines predictarum Universitatum possint ipsos recipere, dummodo non sint contra voluntatem domini Regis Hungarie; recepta tamen prius ab eis idonea et sufficienti cautela, quod non offendent dominum Regem Sicilie vel gentem suam, et quod facient guerram dictis Dalmasibus. Ita tamen quod si per dictos, qui venissent ad habitandum ad dictas terras, aliquod damnum daretur ipsi domino Regi, vel genti sue seu alicui sic per piratas; dicte Universitates de dicto damno teneantur dicto domino Regi. Hoc pacto expresso inter predictas partes, quod dicte Universitates de dictis pactis non teneantur, si predicto domino Regi Hungarie displicerent. Et quam cito per ipsum dominum Regem Hungarie predictis Universitatibus constiterit, quod ei predicta displiceant, teneantur predicto domino Regi Sicilie distincte, prout ab eodem domino Rege Hungarie presenserint, annuntiare; et extuncc dictus dominus Rex Sicilie dictis Universitatibus de predictis in nihilo sit adstrictus, sed ipso jure sit ab omnibus predictis obligationibus liberatus; et predicte Universitates in continenti ad requisitionem dicti domini Regis predictas galeas eis accommodatas eidem restituere teneantur. Que omnia et singula predicti Sindici nomine ac vice dictarum Universitatum promiserunt solemni stipulatione interveniente dicto domino Regi Sicilie attendere et observare, et se facturos et se curaturos, quod quelibet dictarum Universitatum omnia et singula ratificabunt et approbabunt; jurantes dicti Sindici corporaliter prestitis sacramentis nomine Universitatum ipsarum, et in animabus hominum ipsarum Universitatum ex potestate concessa eis a dictis Univer-

sitatibus, omnia et singula supradicta attendere et observare, et non contravenire de jure vel de facto, sub obligacione bonorum omnium Universitatum ipsarum. In cujus rei testimonium, et predicti domini Regis Sicilie ac predictorum Sindicorum nomine, et pro parte dictarum Universitatum cautelam, presens scriptum exinde confectum et per manus mei Notarii predicti Matthei Barabeli de Gajeta, ejusdem Curie Actualis Notarii, meo signo signatum, et manu, qui supra Judicum et infrascriptorum testium subscriptionibus roboratum.

Matheus.

Ego Bartholomeus de Staffis de Regio Magne Regie Curie Judex.

Ego Jacobus de Udando Magne Regie Curie Judex.

Ego Joannes de Alvello Vic. Mag. Jus.

Ego Thomas de Porta Juris Civilis Doctor, Regis Consiliarius, in fidem subscripsi.

Ego Joannes de Bragida testis.

(Lucius János, De Regno Dalmatiae et Croatiae libri sex, Bécs, 1758. 175. l.)

69.

Dénes nádornak Sol és Egreg nevű jószágokat tárgyazó határjárási parancsa a zalavári konventhez. 1274. körül.

D. Palatinus, Comes de Oclych et Judex Cumanorum Abbati et Conuentui Zaladiensi plenam dileccionem. Requirimus a uobis diligenter, quatenus detis uestrum testimonium ydoneum, coram quo Kerechen de Kerechen homo noster reambulet terram Sol Prepositi de Dymisio et Oguz Comitis Wesprimiensis Egreg vocatam, et restituat eisdem, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, ad

nostram citet presenciam ad terminum competentem, facti seriem, diem citacionis et terminum, ac nomina citatorum nobis rescribentes. Datum in Mand feria sexta post octauas Pentecostes.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

70.

A churgói konventnek jelentése IV. László királyhoz Netech nevü földnek határjárása tárgyában. 1274.

Excellentissimo domino suo L. Dei gracia Illustri Regi Hungarie Conuentus Domus Hospitalis de Churgo oraciones in Domino debitas et deuotas. Litteris Uestre Serenitatis pro debito reuerenter receptis, iuxta earundem continenciam cum Comite Farcasio de iuxta Banna homine uestro hominem nostrum idoneum ac fidelem pro testimonio transmisimus; qui postmodum ad nos cum eodem homine uostro reuersi dixerunt, quod terram Netech uocatam, iuxta Drauam existentem, que terra Vydislo iobagionis Castri sine herede decedentis fuerat, presentibus uicinis et commetaneis, in eisdem metis et terminis, quibus idem Vydislo tenuit et possedit, statuisset et assignasset Comiti Oghuz filio Buzad, nullo contradictore existente. Datum in octauis Beatorum Apostolorum Petri et Pauli.

Kívül: Excellentissimo domino suo L. Illustri Regi Hungarie.

(Eredetie bőrhártyán, melynek zárpecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.

71.

IV. László királynak Tárnok nevü földet tárgyazó adománya a pozsonyi vár több jobbágya számára. 1275.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum habituris salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Petrus et Farcasius filij Andree de Ougya, ac Endree frater Endre, jobagiones Castri nostri Posoniensis, familiares milites Thome Bani tocius Sclauonie dilecti et fidelis nostri, ad nostre Serenitatis venientes presenciam a nobis instantissime postularunt, quod ob fidelium suorum seruiciorum merita quandam terram Castri nostri Posoniensis Tarnuk nuncupatam intra Chylloukuz existentem, vacuam et desolatam, iuxta terras filiorum Latus Ferreg, et terram vduornicorum de Paka, ac Moys filij Petrus, nec non et terram ville Paka de Chukar sitam, eis conferre de benignitate Regia dignaremur. Nos itaque consideratis seruicijs predictorum juuenum, quum Petrus sub castro Detorch pro nostre Corone defensione seu ampliacione letalia receperit wlnera, et Farcasius similiter sub Castro Luua pro nobis se obiciens, mortem uix euasit; ac eciam pro eo, quia cum Thoma Bano in omnibus agendis nostris fideles reperti sunt; predictam terram, quantum in nobis est, saluo cuiuslibet iure remanente, presentibus et consencientibus Baronibus nostris, dedimus et contulimus, absque iuris preiudicio alieni, Petro, Farcasio et Endree superius annotatis, nec non et per eosdem suis heredibu heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam. Vt igitur huiusmodi nostre concessionis series perpetui titulo vigoris in posterum perseueret, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, Prepositi Budensis, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et

fidelis nostri, anno Domini M°CC° septuagesimo quinto, Regni autem nostri anno quarto. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Job Quinqueecclesiensi, Philippo Vachiensi, Lodomerio Waradiensi, Thymotheo Zagrabiensi, Petro Transiluano, Andrea Agriensi, Petro Electo Vesprimiensi et Gregorio Chanadiensi Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Petro Palatino, Comite Supruniensi et Judice Cumanorum; Matheo Magistro Tauarnicorum nostrorum, Vgrino Bano Judice Curie nostre, Thoma Bano tocius Sclauonie, Rorando Magistro Tauarnicorum domine Regine karissime consortis nostre et Comite de Zala, Ladizlao Wayauoda, Moyus Comite Symigiensi, Hernaldo Comite de Ferreo Castro, ac alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(III. Endre királynak 1291-ki megerősítő privilegiumából a budai kir. kamarai levéltárban)

72.

IV. László királynak Jákosföldet tárgyazó adománya Miklós, Adorján fia számára. 1275.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire: quod Nycolaus filius Adriani ad nostram accedens presenciam quandam terram Castri nostri Zaladiensis Jakusfeulde uocatam, iuxta Paka existentem, uacuam et habitatoribus destitutam a nobis sibi dari postulauit. Verum quia de qualitate et quantitate ipsius terre, et utrum esset uacua nec ne, nobis ueritas non constabat; fidelibus nostris Abbati et Conuentui Zaladiensi, et Comiti Paris filio Peturka homini nostro dedimus in mandatis, ut conuocatis omnibus commetaneis et vicinis, accederent ad terram prenotatam; et si eam uacuam et habitato-

ribus destitutam inuenirent, statuerent eidem Nycolao sine preiudicio iuris alieni, et si non fieret contradictum; contradictores uero si qui fierent, ad nostram citarent presenciam ad terminum competentem. Qui postmodum rescripserunt nobis, quod prefatam terram inuenissent uacuam et habitatoribus destitutam; et quod connocatis omnibus commetaneis et uicinis eidem Nycolao statuissent nullo contradictore penitus super ipsa terra comparente. Nos igitur consideratis seruicijs et fidelitatibus ipsius Nycolai, que idem tempore domini Regis Stephani patris nostri karissimi felicis recordacionis et nostro fideliter inpendit et deuote, ipsam terram cum omnibus suis utilitatibus et pertinencijs eidem Nycolao iure perpetuo et in heredum heredes duximus conferendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, eiusdem loci Comitis Perpetui, Prepositi Budensis, aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC°LXX° quinto, Regni autem nostri anno tercio, quindecimo kalendas Julij. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Phylippo Waciensi, aule domine Reigne karissime consortis nostre Cancellario; Job Quinqueecclesiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Lodomerio Waradiensi, Dyonisio Jauriensi, Andrea Agriensi, Petro Transiluano Episcopis, Petro Wesprimiensi et Gregorio Chanadiensi Electis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Nycolao Palatino Judice Cumanorum et Comite Supruniensi; Johanne Bano tocius Sclauonie; Nycolao Woyauoda (igy) Judice Curie nostre; Matheo Woyauoda Transiluano et Comite de Zounuk; Joachino Magistro Tauarnicorum, Reynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum; Paulo Bano de Zeurino; Dyonisio Magistro Tauarnicorum domine Regine consortis nostre karissime Comite Zaladiensi; Rolando Comite Castri Ferrei, Gregorio Comite Symigiensi, Mychaele Comite Nytriensi; et alijs quam pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétjének töredéke sárga-vörös selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

73.

IV. László királynak a nyest-adót és zulusma-szolgáltatást tárgyazó felmentvénye István, Mihály fiának, szlavoniai népei számára. 1275.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Prouida Regum circumspeccio suorum subditorum sibi fideliter famulancium obsequia debet perspicere oculis pietatis, et occurrere eisdem largifluis manibus atque donaticijs, vt eo exemplo alij suis naturalibus dominis addiscant diligenter famulari. Proinde ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod attendentes fidelitates et meritoria obsequia et obsequiosa merita Stephani filij Michaelis iuuenis nostri, que idem domino Stephano patri nostro karissimo clare recordacionis, et nobis ac Regno Hungarie in diuersis expedicionibus cum omni feruore fidelitatis exhibuit et impendit; volentes eidem aliquali remuneracionis gracia in recompensacionem suorum seruiciorum respondere; licet maiora debuisset promereri, tamen ex munificencia Regia statuimus et concessimus, vt populi eiusdem Stephani in Banatu Sclauonie constituti collectam marturinarum et victualium, que zulusma nuncupatur, Bano Sclauonie pro tempore constituto nullatenus soluere teneantur, sed ab huiusmodi collecta excepti penitus et exempli habeantur; sed ijdem populi eidem Stephano domino suo, prout eidem videbitur expedire, in eadem collecta debeant respondere. Vt autem huiusmodi gracia per nos eidem facta et concessa robur optineat perpetue firmitatis, et ne processu temporum per quempiam possit vel debeat in irritum reuocari, aut aliquatenus retractari, presentes concessimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, eiusdem loci Co-

mitis Perpetui, Prepositi Budensis, aule nostre Vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC° septuagesimo quinto, II-o nonas Decembris, Indiccione tercia, Regni autem nostri anno quarto. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archyepiscopis; Philippo Waciensi aule domine Regine consortis nostre karissime Cancellario, Job Quinqueecclesiensi, Lodomerio Waradiensi, Thymotheo Zagrabiensi, Dyonysio Jauriensi, Petro Transsiluano, Gregorio Chanadiensi Episcopis, et Petro Electo et confirmato Wesprimiensi, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Petro Palatino Comite Soproniensi et Judice Cumanorum; Thoma Bano tocius Sclauonie; Vgrino Woyuoda Transsiluano Comite de Zonuk; Matheo Magistro Tawarnicorum nostrorum; Stephano Magistro Dapiferorum nostrorum, Comite Borsyensi; Petro Magistro Agasonum nostrorum; Rolando Magistro Tawarnicorum domine Regine karissime consortis nostre, Comite de Zala; Moys Comite Symigiensi, Michaele Comite Nitriensi, Bagun Comite Zaladiensi, Joanka Comite Albensi; et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Károly királynak 1324. „tredecimo kalendas Februarij“ kiadott megerősítő privilegiumából, melyet kértek „Magister Michael Castellanus de Vytan, et Clemens de Moroth, filij Stephani, filij Michaelis“; a budai kir. kamarai levéltárban.)

74.

IV. László király megerősít bizonyos, István mester barsi főispán és több barsmegyei várjobbágy közti birtokcserét. 1275.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod Magister Stephanus filius Magistri Mathey Comes Borsiensis dilectus et fidelis noster ad nostram veniens presenciam, de quibusdam terris suis ex nostra donacione sibi collatis, quarum nomina in litteris Strigoniensis Capituli presentauit, cum quibusdam jobagionibus Castri Borsiensis, qui coram eodem Capitulo Srigoniensi comparuerant, et eorum nomina in eisdem litteris plenius continentur, consencientibus et permittentibus alijs jobagionibus eiusdem Castri, cognatis eorundem et commetaneis terrarum predictarum, quorum nomina in eiusdem litteris Capituli sunt expressa, concambium seu permutacionis modum prefatis jobagionibus Castri uolentibus et acceptantibus spontanea uoluntate, cum supplemento seu addimento (így) quinquaginta marcarum per predictos jobagiones Castri ab eodem Magistro Stephano acceptarum, asseruit se fecisse; petens a nobis, ut ipsi concambio seu permutacionis modo assensum seu consensum Regium preberemus; nostrum sibi et ipsis jobagionibus Castri super hoc priuilegium concedendo. Tenor autem litterarum iam dicti Capituli Strigoniensis concambij seu permutacionis continens, quantum ad hunc articulum pertinet, talis est:

Excellentissimo domino Ladizlao stb. Magister L. Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis stb. (következik az esztergami káptalannak ugyan 1275-ki jelentése IV. László királyhoz, mint alább.)

Nos itaque iustis peticionibus eiusdem Magistri Stephani fauorabiliter inclinati, prefati cambij seu permutacionis

modum inter ipsum Magistrum Stephanum ac prenominatos jobagiones Casri mutuo celebratum ratum habentes et acceptum, auctoritate presencium confirmamus memoratum concambium apud vtramque partem irreuocabiliter duraturum. In cuius rey memoriam firmitatemque perpetuam presentes dedimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, eiusdemque loci Comitis Perpetui, Prepositi Budensis et aule nostre Vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LXX°V°, Regni autem nostri anno tercio. Venerabilibus patribus Stephano Colochensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Lodomerio Waradiensi, Job Quinqueecclesiensi, Philippo Vaciensi, aule domine Regine karissime consortis nostre Cancellario, Thymotheo Zagrabiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transsiluano Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Nicolao Palatino, Judice Cumanorum, Comite Supruniensi; Johanne Bano Sclauonie, Nicolao Woyuoda Judice Curie nostre, Joakhyno Magistro Tauarnicorum nostrorum; Matheo Bano Woyuoda Transsiluano, Dionisio Magistro Tauarnicorum domine Regine karissime consortis nostre, Reynoldo Magistro Dapiferorum; et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsétnek töredéke vörös-zöld selyemzsinóron függ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

75.

IV. László királynak Márkusfölde nevü birtokot tárgyazó adománya Herand, Urosnak fia számára. 1275.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus presens scriptum cernentibus salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum Herrandus filius Vros fidelis noster a primeuis sue adolescencie temporibus, primo patri nostro karissimo domino Stephano Regi Hungarie inclite recordacionis, et per consequens nobis gratum semper exhibuisset seruicium et sedulum famulatum, propter que a Regali Magnificencia refouendus fuerat omni bono; nos consideratis suis seruicijs meritorijs, uolentes sibi grata uicissitudine respondere, quandam terram Castri nostri Zaladiensis Markusfeldy uocatam, que quidem terra usui quinque aratrorum uel circa hoc, sicut uisu considerari potuit, sufficientem, simul cum vinea in eadem existenti, in qua quatuor mansiones castrensium dicti Castri residebant, cum omnibus suis appendicijs et utilitatibus vniuersis, ipsi Herrando, et suis heredibus heredumque suorum successoribus contulimus, dedimus et donauimus perpetuo et irreuocabiliter pacifice possidendam, et eundem Herrandum in corporalem possessionem dicte terre per Keled filium Keled hominem nostrum sub testimonio fidelium nostrorum Conuentus Zaladiensis fecimus introduci, presentibus omnibus commetaneis et uicinis, et non contradicentibus; sicut in eorundem Conuentus litteris uidimus contineri. Cuius quidem terre Markusfeldy mete et termini, sicut per litteras iam dictorum Conuentus Zaladiensis nobis constitit, hoc ordine distinguntur: Incipit enim prima meta iuxta terram Ladyzlai filij Petri in quodam fluuio, et egreditur ad aquilonem per ipsum fluuium, peruenit ad duas metas in arboribus *tul* et *cher;* inde uertitur ad orientem, uadit usque ad uiam Edelich, iuxta quam sunt tres mete,

quarum una est terrea, secunda in arboribus *tul*, tercia in quercu; deinde flectitur ad meridiem, peruenit ad metas terre Mogorod, ubi una est in arbore piri, alia terrea; inde uertitur ad occidentem, uadit per metas continuas ad metas terre Badna; et inde similiter per metas continuas currit ad metas terre Bilata, ubi est una meta in arbore *tulfa*; de qua uergendo ad aquilonem, reuertitur ad metas terre Ladizlai supradicti, et incidit in fluuium Tyliznuk, iuxta quem sunt due mete, vna in arbore *egur*, alia in arbore *bykfa*; ibique terminantur. Vt igitur huius nostre collacionis seu donacionis series robur perpetue firmitatis obtineat, nec processu temporum per quempiam possit in irritum retractari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri (munimine) roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, Prepositi Budensis et aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LXX° quinto, Regni autem nostri anno tercio. Venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis; Job Quinqueecclesiensi, Philippo Waciensi aule domine Regine karissime consortis nostre Cancellario, Thymotheo Zagrabiensi, Dionisio Jauriensi, Lodomerio Waradiensi, Petro Transsiluano, et Andrea Agriensi Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Nicolao Palatino, Comite Supruniensi et Judice Cumanorum, Johanne Bano totius Sclauonie, Nicolao Bano maritimo et Comite de Guechke, Iwachino Magistro Tauarnicorum nostrorum, Nicolao Woyuoda Judice Curie nostre, Matheo Woyuoda Transsiluano et Comite de Zonuk, Dionisio Magistro Tauarnicorum domine Regine karissime consortis nostre Comite Zaladiensi, Reynoldo Magistro Dapiferorum nostrorum, et alijs quam pluribus Comitatus Regni tenentibus et honores.

(Eredetie börhártyán, melyről a pecsétnek töredéke sárga-violaszinü selyemzsinóron függ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

76.

IV. László király megerősíti IV. Bélának Glaunicha nevű birtokot tárgyazó 1260-ki adományát Perchinus comes számára. 1275.

Priuilegium Regis Ladislai IV., quo mediante Comes Perchinus in possessorio terrae Glaunicha Comitatui de Moroucha adiacentis, ac simul ab omni jurisdictione Castri de Moroucha, Comitumque eiusdem simpliciter exemptae, iuxta donationem Regis olim Belae IV. eidem superinde anno 1260. elargitam (lásd gyűjteményünk VII-ik, vagyis a második folyam II. kötetét 520. l.) confirmatur. 1275. sub authentico pendenti sigillo.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyvének kivonata. Az okmány Horvátországba vittetett.)

77.

IV. László királynak a Jakayvárhoz tartozó népek feletti biráskodásra vonatkozó parancsa. 1275.

L. Dei gracia Rex Hungarie fideli suo — — — — — — — constituto salutem et graciam. Magister Aladarius Comes — — — — — — — dicit nobis, quod dominus Rex St. pater noster karissimus felicis recordacionis quasdam villas Castri de Jakayvar Forro, Dewecher, Fonchol et Fay vocatas sibi contulisset suo eidem priuilegio roborando. Vnde cum eedem fuerint ville Castri, et propter hoc esse videaris suspectus iudex manifestus, et periculosum sit coram suspecto iudice litigare; mandamus fidelitati tue precipiendo, quatenus populos predictarum villarum iudicare non presu-

mas; sed si qui accionem aliquam habent vel habere voluerint contra ipsos; non alias nisi in nostra Curia possint vel debeant conuenire. Vnde aliud facere non presumas vllo modo. Datum Bude quarto die Beate Agathe virginis anno Domini M°CC°LXX° quinto.

(Eredetie bőrhártyán megrongált állapotban; a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárában.)

78.

IV. László király a magtalanul elhalt Gyele szolnoki várjobbágy és Gábor hadnagy Szolnok vármegyében fekvő Csen és Ülmez nevezetű puszta földeit a Káta nemzetségből való Panyit fiának Ábrahámnak adományozza. 1275.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus vniuersis presencium per tenorem, quod inspectis fidelitatibus et seruicijs Comitis Abraam filij Ponith de genere Kata, que nobis exhibuit et inpendit, quasdam terras Gyele jobagionis Castri de Zonuk, et Gabrielis Maioris Exercitus sine herede decedencium, Chen et Wlmez vocatas in Comitatu de Zonuk existentes, vacuas et habitatoribus destitutas, sicut nobis per litteras Capituli Waradiensis extitit euidenter, eidem Comiti Abraam dedimus, contulimus et tradidimus jure perpetuo pacifice possidendas; et ad corporalem possessionem dictarum terrarum ipsum Comitem Abraam per Comitem Nicolaum filium Tyba sub testimonio predicti Capituli fecimus introduci, nullo penitus contradictore apparente; prout in litteris dicti Capituli Waradiensis vidimus contineri. Adicimus, quod presentibus nobis reportatis nostrum eisdem priuilegium conferemus. Datum in valle Zalouk feria sexta post octauas Beati Johannis Baptiste. Anno Domini M°CC°LXX° quinto.

(I. Lajos királynak 1351-ki megerősítő leveléből, mely eredetiben megvan gr. Gyulai Lajos kolozsvári levéltárában, közli Szabó Károly.)

79.

IV. László király megerősíti V. István királynak Ilbu szigetét tárggazó adományát a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1275.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod frater Petrus procurator bonorum seu possessionum Monasterij Beate Virginis de Insula ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis patentes litteras domini St. Incliti Regis Hungarie bone memorie karissimi patris nostri, petens cum instancia uerbo domine E. karissime sororis nostre, et sororum de Insula prenotata, ut easdem ratas habere, et nostris patentibus litteris dignaremur confirmare. Quarum quidem patencium llitterarum tenor talis est :

Nos St. Dei gracia Rex Hungarie stb. (következik V. István királynak „Bude in octauis Cynerum“ évszám nélkül kelt okmánya, mint gyűjteményünk VIII. vagyis a második folyam III. kötetében 418. l.)

Nos igitur predictas litteras ratas habentes et acceptas, easdem presentibus confirmamus. Datum apud Monasterium Beati Jacobi Apostoli apud Selez in die Strenarum anno Domini M°CC°LXX°V°.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

80.

IV. László királynak Kuldu nevü földet tárgyazó adománya a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1275.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie damus pro memoria significantes vniuersis presencium per tenorem, quod terram Kuldu vocatam, quam dominus B. auus noster, et dominus St. pater noster karissimi Illustres Reges Hungarie felicium recordacionum Ecclesie Beate Virginis de Insula, ubi domina Elisabeth karissima soror nostra et alie sorores Deo iugiter famulantur, dinoscitur contulisse suis priuilegijs, confirmando dedimus, donauimus, contulimus et nos ipsi Ecclesie perpetuo possidendam; reuocando collacionem, quam Symoni et alijs nobilibus feceramus de eadem; quia ijdem falsa suggestione postularant terram memoratam: et ad possessionem ipsius terre corporalem per Walterum Comitem de Kamarum, Rectorem Castri Budensis, coram testimonio Capituli Budensis fecimus introduci. Datum in Castro Budensi tercia feria proxima post festum Beate Margarete Virginis, anno Domini M°CC°LXX° quinto.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét töredéke megvan; a budai kir. kamarai levéltárban.)

81.

Izabella királynénak Symeg és Sumodor helységeket tárgyazó adománya a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1275.

Nos Isabella Dei gracia Regina Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod nos ob remedium et anime nostre salutem, uolentes augere et multiplicare possessiones sororum Ecclesie Beate Virginis de Insula Danubij, quasdam uillas uinidatorum nostrorum, Symeg uidelicet, in qua quatuordecim mansiones esse dicuntur, et preterea Sumodor, in qua tres mansiones fore asseruntur, simul cum terris eorum et omnibus iuribus ad se pertinentibus, sororibus Ecclesie Beate Uirginis predicte dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas; ita uidelicet, quod ijdem uinidatores nostri in ipsis duabus uillis Symeg et Sumodor existentes debitum ipsorum annuale soluere, et seruicium eorum consuetum inpendere sororibus Ecclesie memorate ea integritate teneantur, qua nobis iuxta ipsorum condicionem approbatam debebant usque modo. Datum Bude in octauis Beati Michaelis Arcangeli anno Demini M°CC°LXX° quinto.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

82.

Erzsébet özvegy királynénak Alsó-Verbua helységét tárgyazó adománya Benedek comes Iwancha comesnek fia számára. 1275.

Donatio terrae Inferioris seu Also-Vrbua in Comitatu de Posega, vicinitateque alterius terrae Superioris seu Felseő Urbua ac Magistri Cheh existentis per Elisabetham Reginam Stephani V. viduam et Ladislai IV. Regum matrem, de beneplacito eiusdem Ladislai, Comiti Benedicto filio Comitis Iwanchae eiusdemque heredibus ac heredum successoribus cum insertione metalium facta 1275.; annovero 1370. pro Joanne filio Simonis de Velyke erga exhibitionem originalium in Capitulo Posegensi transsumpta. Sub authentico.

A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből, az okmány eredeti példánya Zágrábba vittetett.)

83.

Erzsébet özvegy-királynénak Oryovicha nevü földet tárgyazó adományát Beluch fiai számára. 1275.

Donatio Reginae Elisabethae Otrochk et Gregorio filiis Beluch, et filiis Sewa super terra Oryoycha, hodie probabiliter Oriavicha nuncupata, et ad eam pertinente piscina Chernuch in Comitatu Posegano existente, iuxta quod ipsis iam antehac per Mariam Reginam collata fuerat, cum insertione metalium denuo in perpetuum concessa. 1275. Sub authentico.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből; az okmány eredeti példánya Zágrábba vittetett.)

84.

A sz. jánosrendi kormányzó tanácsnak Peschenichát es Lykeniket tárgyazó adománya Perchinus comes és testvére Antal számára. 1275.

Nos frater Poncius de Fayn Magister Domorum Hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani per Vngariam et Sclauonim significamus vniuersis quibus expedit, quod nos cum vniuersis fratribus nostris in Capitulo nostro in die Asscensionis Domini in Chorgo celebrato nobiscum consedentibus, videlicet fratre Vgone Boraldy Preceptore de Chorgo et de Vduorheel ac vices nostras gerente, fratre Gvyllermo de Sancto Paulo Preceptore de Chychan, fratre Vgone de Monte Claro Preceptore de Alba, fratre Margarita Preceptore de Bela, fratre Petro Ymbertho Preceptore de Zyrak, et alijs quam plurimis, consideratis multiplicibus seruicijs et fidelibus Comitis Perchyni, Potestatis de Monte Grecensi, et Anthonij fratris sui, que Domui nostre in diuersis necessitatibus fideliter impenderunt, et intendunt impendere in futurum, in quibus ijdem pro honore et libertate Domus nostre laborem suum continuum expenderunt, que si precio debuissent comparari, cum quingentis marcis Domus nostra potuisset minime comparasse; quasdam terras Domus nostre, vacuas et quasi desertas, Mynor Peschenycha et Lykenik vocatas, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs earundem; quarum vnam, videlicet Mynor Peschenycha, Borch et Zloyna cum fratribus eorum ex parte Domus nostre quondam tenuerant, de quibus Domus nostra uix annuatim vnius marce reditum percipiebat, dedimus, contulimus et tradidimus ipsi Comiti Perchino et fratri suo antedicto, et per eos eorum heredibus heredumque successoribus iure feudi perpetualiter possidendas, pacto huiusmodi interiecto : quod nulla possimus ab eisdem et heredibus eorum in futurum auferre racione, nisi in manifesta infidelitate contra Domum nostram perpetrata notarentur, nec eciam per successorem nostrum aliquatenus possit retractari.

Preterea in siluis ad Domum nostram de Chychan spectantibus, excepta silua Owas vocata, tam porci dicti Comitis Perchini et fratris sui, quam eciam populorum suorum super dictis terris commorancium sine aliqua exaccione tributi pascantur, et ligna tam pro hedificijs domorum, quam pro vsu recipiant, contradiccione qualibet non obstante. Item tenebuntur nobis in desscensu, prout in alijs litteris nostris eisdem concessis continetur. Omnia autem iura terrarum ipsarum tam in]marturinis, quam in alijs exaccionibus et collectis, que per terram Domus nostre currere consueuerunt, Comes Perchynus et frater suus, ac eorum heredes obtinebunt; et collectam Regiam, quam in Regno fieri contigerit, nos et fratres nostri sub condicione libertatis Domus nostre, quam ex gracia Regia obtinuimus, uel in futurum obtinere poterimus, ipsi Comiti Perchino et fratri suo, ac eorum heredibus contulimus. Adicimus eciam, quod dicti populi Domus nostre nec iudicio Preceptoris, nec alicuius Officialis Domus nostre astare debeant, sed eosdem Comes Perchinus et frater suus in causis omnibus iudicabit; et si ijdem cuilibet iuxta suum meritum satis non fecerint, tam nobis solummodo, et non aliquo Preceptorum respondere personaliter tenebuntur; preter causas homicidij, quas Preceptor de Chychan vna cum Comite Perchino uel fratre suo iudicabit, et duas partes iudiciorum, in quibus reus uel contumax in huiusmodi causis conuictus fuerit, Domus nostra percipiet, tercia vero pars cedet Comiti Perchino et fratri suo supradictis. Ceterum Domui nostre aut nobis quatuor marcas annuatim nomine pensionis in duobus terminis, videlicet in festo Sancti Georgij, et in festo Beati Martini cum quinque pensis denariorum Zagrabiensium pro marca soluere tenebuntur. Preceptor autem Domus nostre, excepta solucione supradicta, super ipsis terris nil plus penitus obtinebit. Item dicti populi nostri nullo seruicio Domui nostre debito astringentur. Si vero Rex, Banus, uel aliquis Baronum super populos Comitis Perchini, uel super populos nostros desscensum faceret, vnus nostrum pro altero in nullo tenebitur respondere; sed quilibet nostrum per se ipsum desscensum subportabit. Nec hoc pretermittimus, quod nos et fratres nostri predicti obligauimus nos, quod si qui nostrum per litteras predecessorum nostrorum,

seu quocunque modo ipsum Comitem Perchinum et fratrem suum, aut eorum heredes ullo unquam tempore occasione ipsarum terrarum turbarent aut molestarent; ipsa Domus nostra Hospitalis et fratres nostri eosdem defendere tenebuntur. Vt igitur presentis collacionis seu donacionis series salua, inreuocabilís, inretractabilis et inconcussa in perpetuum perseueret; litteras Capituli Ecclesie Zagrabiensis super eadem concessas presentibus confirmamus, sigilli nostri munimine roborando. Datum anno Domini M°CC° septuagesimo quinto.

(Eredetie bőrhártyán, vörös selyemzsinóron függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

85.

Dénes győri püspöknek a borsmostrai apátság javaiban egyházi adományozása az apát és a barátok számára. 1275.

Nos D. Dei gracia Episcopus Jauriensis memorie commendantes significamus vniuersis, quod nos dilectum nobis, dominum S. venerabilem Abbatem de Monte Sancte Marie unacum fratribus suis benigno fauore et speciali gracia prosequi cupientes, ius Magistratus Capellarum infrascriptarum in possessionibus Monasterij sui existencium, scilicet de Proznia, de Kethel, quam iamdudum ex donacione O. Episcopi bone memorie predecessoris nostri habuerant; item de Laztey et de Mixe, in usus fratrum predictorum contulimus pleno iure, prouisionem in persona alterius factam reuocantes in hac parte. Datum apud Montem Sancte Marie anno Domini M° CC° LXX° quinto tercio die post festum Sancte Trinitatis.

(Eredetie bőrhártyán, a melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

86.

Dénes barsi föispán, várjobbágyainak és a barsi polgároknak gyülését tartván, a király parancsából a sz.-benedeki apátságnak a néhai Preuslin föispán által bírt barsi földeket visszaadja. 1275.

Nos Dionisius Diuina opitulante clemencia Comes Borsiensis, significantes vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium feliciter uolumus peruenire, quod litteras Stephani Dei gracia illustris Regis Hungarie, recepimus, continentes, ut terram Monasterij Beati Benedicti in Bors, cum domibus et vtilitatibus suis, usque aquam Goron iacentem, perhemtorie restitueremus Monasterio supradicto. Similiter terram Scevlen et terram Zengeu ab antiquo possessam, eidem Monasterio debito iure sub certis terminis restauraremus. Igitur obtemperantes mandatis et preceptis Excellentissimi domini Regis, habito consilio cum jobagionibus predicti Castri, videlicet Martino, Olodario, et fratre suo Romano, Sokeu, Luka; et cum burgensibus eiusdem Castri, scilicet Herch et filio suo Petro, Zedemer, Hench aurifabro, Micou, Martino et Paulo Plebano Vicearchidiacono Borsiensi, Scereda sacerdote Ecclesie Sancti Georgij, et Nicolao sacerdote Ecclesie Sancti Michaelis, ipsam terram Monasterij, quam Preuslinus quondam Comes Borsiensis contra iusticiam Dei in Bors detinebat, eidem Monasterio restituimus usque Granam, cum omnibus utilitatibas suis prenotatis. Similiter terram Sceulen vocatam, existente Cadar commetaneo; et terram Zengev, Egidio et Basik commetaneis existentibus, sub certis metis Monasterio Sancti Benedicti restituimus, sicut illud Monasterium posssidebat ab antiquo. Vt autem hec restitucio terrarum firma et secura permaneat, litteras sigilli nostri munimine Martino Abbati predicti Monasterij contulimus sigillatas. Datum anno Domini M°CC°LXXV°.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 299. l.)

87.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Chu-i László Chu helységben lévő rétjét Godinus esztergami polgárnak elzálogosította. 1275.

A B C

Gregorius Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod sicut in prioribus nostris litteris uidimus contineri, Ladizlaus filius Luger de Chu coram nobis constitutus dixit, quod cum ipse quibusdam suis necessitatibus eum urgentibus fenetum suum de Chu, videlicet porcionem suam cognatis suis impignorare uoluisset, ijdem cognati sui sub predicti feneti obligacione nullam sibi pecuniam mutuassent; Godynus uero ciuis Strigoniensis, quem eciam eiusdem feneti commetaneum esse asseruit, suis compaciens necessitatibus mutuauerit sibi duas marcas et dimidiam fini argenti; et ipse presentibus et consencientibus Dionisio filio Lende de Chu, et Benych de eadem villa, cognatis suis, predictum fenetum suum de Chu obligauerit nomine pignoris prefato Godyno pro predictis duabus marcis et dimidia finiti argenti per vnum annum; ita quod si ipse dictas duas marcas et dimidiam finiti argenti ipsi Godyno anno reuoluto non refunderet coram nobis; extunc predictum fenetum suum per viros ydoneos de commetaneis et vicinis estimaretur, et si plus valere inueniretur, Godynus eius precium sibi supplere teneretur, illo feneto ipsi Godyno et eius heredibus in perpetuum remanente. Postmodum autem dictus Ladizlaus filius Luger vnacum Godyno prefato coram nobis iterato constitutus, confessus est, quod ipso predictum fenetum redimere nequeunte, viri ydonei per partes adducti ipsum fenetum estimauerint ualere quinque marcas argenti decime comcustionis, et ipsas quinque marcas argenti decime

combustionis idem Ladizlaus ab ipso Godyno se plenarie recepisse affirmans, sepedictum fenetum suum de Chu, scilicet porcionem suam reliquit et uendidit coram nobis eidem Godyno et ipsius heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendum; presente et consenciente prefato Dionisio filio Lende, qui eciam secundario comparuit personaliter coram nobis pro se et pro fratribus suis, ac Andrea de Chu, quos etiam dicti feneti uendicioni Godyno facte asseruit similiter consensisse. In cuius rei testimonium et memoriam ad peticionem parcium presentes nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Sixti Lectoris Strigoniensis anno Domini millesimoo CC°LXX° quinto in kalendis Marcij.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

88.

Az esztergami káptalannak jelentése IV. László királyhoz István mester barsi főispán és a barsi vár több jobbágyai közti birtokcseréről. 1275.

Excellentissimo domino Ladizlao Dei gracia Illustri Regi Vngarie Magister L. Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis perpetuam fidelitatem cum oracionibus debitis et deuotis. Vestra nouerit Celsitudo, quod Egidius filius Boyka de genere Herman Officialis nobilis viri Magistri Stephani Comitis Borsiensis, uice et nomine eiusdem domini sui ex una parte; et Domus filius Georgij, Bene et Georgius fratres eius, Welk filius Sebastiani pro se et pro Suk fratre suo, Zubuzlaus filius Botka, et Zaah filius Striza jobagiones Castri Borsiensis ex altera coram nobis constituti dixerunt; ut cum Vestra Maiestas quasdam terras Castri Borsiensis, quarum quedam sunt in Buri, prefato Magistro Stephano contulisset; predicti jobagiones Castri terram eorum hereditariam, quam

in Bury dixerunt se habere, et esse mixtam cum terra Magistri Stephani per uos collata, dederint et tradiderint eidem Magistro Stephano titulo permutacionis ita uidelicet, quod Magister Stephanus dederit et assignauerit eis in concambium terre eorum quasdam terras Mohala et Wolkouch uocatas, que dicuntur esse populorum Castri uestri predicti, et in quadam terra Tayna vocata assignauerit eciam eis terram Elka et Thywan populorum Castri predicti; et quia terra jobagionum Castri prefatorum melior et ulilior erat terris eis in concambium assignatis, Magister Stephanus in recompensacionem melioritatis terre eorum soluisset eis quinquaginta marcas, quas ijdem jobagiones Castri affirmarunt ab eodem Magistro Stephano se plenarie recepisse. Item Comes Aladarius pro se et Stephano filio suo, Luca et Zochou filij Joanka de Thayna, Egidius filius Bala pro se et pro Chumurthan, Paulus filius Waro de Kelechen pro Mykone fratre suo, Thyvodor filius Jambur pro se et pro Bense filio Bene, Petrus filius Mysk de Podlusan pro se, pro Petro et Paulo filijs Sysk, Stefk filius Bozycha pro se, pro Sebe et Marcello filijs Enese, Nicolaus filius Endre de Zeg, Barnabas filius Thome, Rombud, Morwch filius Mortunus de Korsan pro se et patre suo Mauricio, fratre suo Albeuch, pro fratre patris sui, et Mykus de Wolkouch filius Pakan pro se, pro Baas fratre suo, Kesart filius Zata de En pro se, pro patre suo et Legen fratre suo, jobagiones eiusdem Castri uestri Borsiensis ad nostram accedentes presenciam, huiusmodi permutaciones terrarum predictarum inter Magistrum Stephanum et jobagiones Castri uestri superius nominatos, confessi sunt eis presentibus et consencientibus esse factas. Datum tercio idus Octobris.

(IV. László királynak 1275-ki megerősítő privilegiumából, mint fentebb 74. sz. a.)

89.

A budai káptalannak bizonyságlevele Symog és Symodor helységeknek a nyúlszigeti apáczazárda számára történt iktatásáról. 1275.

Omnibus presens scriptum inspecturis Capitulum Budensis Ecclesie salutem in Domino. Nouerit vniuersitas uestra, quod cum domina Isabella inclita Regina Vngarie quasdam villas uinidatorum suorum, Symog videlicet, in qua quindecim mansiones esse dicuntur, et Symodor, in qua tres mansiones fore asseruntur, simul cum terris earum, et omnibus iuribus ac utilitatibus ad eas pertinentibus, sororibus Ecclesie Beate Marie Uirginis de Insula pro remedio sue anime contulisset; quemadmodum in suis litteris patentibus vidimus contineri; postmodum Petrus rufus homo eiusdem domine Regine coram nostro testimonio per nos ad hoc specialiter transmisso, predictas villas Symog et Symodor vocatas cum terris et omnibus pertinencijs suis, sicut premissum est, presentibus vicinis et commetaneis reambulando, et a terris omnium commetaneorum signis et metis separando, predictis sororibus de Insula Beate Marie Virginis, populis de villis Epel, Crawa et Vrse nominatis consencientibus, statuit et assignauit pacifice et perhenniter possidendas; ita quod ijdem vinidatores in predictis duabus villis Symog et Symodor existentes, debitum ipsorum annuale soluere, et seruicium eorũm consuetum inpendere sororibus memorate Ecclesie ea integritate teneantur, que dicte domine Regine iuxta ipsorum condicionem aprobatam debebant usque modo. In cuius rei memoriam litteras presentes concessimus nostro sigillo roboratas. Datum per manus Magistri Ambrosij Scolastici Budensis anno Domini M°CC°LXX° quinto. Magistro Johanne Cantore, Pestro Custode, Nues Decano, Scela sa-

cerdote, Damiano, Elya et Stephano Magistris, ceterisque Canonicis existentibus.

Kívül : Littere sororum de Insula Sancte Marie super duabus villis Symog et Symodor vocatis.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

90.

A székesfehérvári káptalannak Onth helység határjárását tárgyazó bizonyságlevele. 1274.

Capitulum Ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire; quod Onth filius Comitis Onth de genere Zolouk ab una parte, Laurencius et Magister Johannes filij Comitis Chepani de Kunmaty ex altera coram nobis constituti retulerunt : quod de terra condicionariorum domini Regis de Ezen predictis Laurencio et Magistro Johanni a domino Rege, ut dixerunt, collata, terram dicti Onth hereditariam et ex collacione Regia possessam, que mixtim prius cum terra dictorum condicionariorum domini Regis in Ezen adiacebant (igy), separassent et distinxissent in hys metis : Quod prime due mete incipiunt ab oriente a termino terre Boyonka in magna via, quarum una ab aquilone est dicti Onth, alia a meridie Laurencij et Magistri Johannis predictorum; de quibus protenditur in eadem via uersus occidentem, et uenitur per ipsam magnam viam usque ad fundum curie domini Onth ad duas metas positas in prato ab aquilone ante curiam dicti Onth, quarum una ab aquilone est dicti Onth, alia a meridie Laurencij et Magistri Johannis; et de eisdem reflectitur ad meridiem eundo in breui spacio, uenit ad duas metas erectas super dumum sambuci, quarum una a septemtrione est dicti Onth, alia a meridie predictorum; de quibus directe inclinat ad

occidentem ad duas metas in terra Teluk inter paruas arbores pruni erectas; et de eisdem directe transit ad occidentem ad duas metas, quarum una est sub arbore cherasi in uirgulto, alia est terrea; abhinc directe adhuc uadit ad occidentem ad duas metas sub silua dicti Onth Zunurous uocata in terra erectas, et ibi terminatur. Et sic existit terra dicti Onth ab aquilone, terra uero predictorum filiorum Comitis Chepani a meridie remanente. Et quod inter partes et eorum inter heredes aliquis scrupulus questionis in futurum super diuisione predicte terre non possit susscitari, presentes ad peticionem parcium in testimonium premisse rei dedimus utrisque partibus litteras nostro sigillo communitas, anno Domini M°CC° septuagesimo quinto. Magistro Demetrio Ecclesie nostre Preposito, Myke Cantore, Feliciano Custode, Hab Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a függő pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

91.

A pozsonyi káptalannak bizonyságlevele, hogy Csallóközi Istvánnak fiai maguk közt Arus nevű örökbirtokukat felosztották. 1275.

Capitulum Ecclesie Posoniensis significamus quibus expedit vniuersis, quod accedens ad nostram presenciam Jacobus et Ladislaus filij Stephani de Challokuz, asseruerunt et dixerunt, quod quandam villam ipsorum Arus uocatam, circa Homorow existentem, diuisissent, ne pluries inter ipsos rixe emaneant (igy); tali modo, quod de curia ad curiam medietas iam dicte ville cessit Jacobo et suis heredibus, alia vero pars cessit Ladislao nunc dicto, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus. Obligarunt tamen se ipsos tali modo, quod quandocunque Jacobus vel Ladislaus aut ipsorum heredes iam dicte diuisioni contradicerent vel

litigarent quoquomodo, ante litis ingressum parti aduerse triginta marcas dare et soluere teneatur. In cuius rey memoriam concessimus litteras nostras patentes sigillo nostro sigillatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.

(A pozsonyi káptalannak 1834-ki átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

92.

A váczi káptalannak bizonyságlevele, hogy Bikchey és érdektársai, s Endre mester és érdektársai Bikchey helység birtokára és néhány más vitás kérdésre nézve barátságos egyességet kötettek. 1275.

Capitulum Waciensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus quibus presentes ostenduntur salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire: quod accedentes ad nostram presenciam Bikchey pro se et pro Tymodeus et Benedicto filijs suis; item Pasca pro et pro Mykou filio suo, item Anias pro et pro Peria et Johanne filijs suis, item Nicolaus et Stephanus de Bikchey ex vna parte; Magister Andreas filius Iwan, Comes Nicolaus filius Babus, Matias filius Petri, Benedictus filius Egidij, Nicolaus filius Thome de Popi ex altera, proposuerunt concorditer viua voce, quod cum inter ipsos super terra Bikchey uocata hereditaria Luce, Baranch, Mixe, Zowath, Liter et Moda sine herede decedencium, consanguineorum videlicet Bikchei, Pasca, Anie, Nicolay et Stephani predictorum, quam terram dominus Rex eisdem Andree, Nicolao, Matie et Benedicto contulisset, et super dampnis quibusdam, super quibus Andreas, Nicolaus, Matias et Benedictus antedicti testes in quindenis Omnium Sanctorum debuissent producere coram nobis, ac super alijs quibusdam judicijs causa aliquamdiu fuisset ventilata, mediantibus probis viris nobilibus inter

partes arbitrantibus, quorum arbitrio ipse partes se committentes ad talem formam pacis seu concordie vnionem deuenissent: quod Bikchey, Pasca, Anias, Nicolaus et Stephanus prenotati sopitis omnibus causis annotatis et sedatis, ac eciam racione quarte vxorum Matie et Benedicti, sororum Luce predicti, dimiserunt et reliquerunt memoratam terram supradictis Andree, Nicolao, Matie et Benedicto ac heredibus eorum iure perpetuo pacifice possidendam, per quempiam heredum suorum seu cognatorum siue extraneorum aliquatenus (non) repetendam. Obligantes se sepedicti Bikchey, Pasca, Anias, Nicolaus et Stephanus, ac suorum heredes, quod ab omnibus prenotatos Andream, Nicolaum, Mathiam et Benedictum racione dicte terre molestare, impetere et inquietare nitentibus, excepta porcione, que racione quarte dictarum dominarum eis cederet, ipsius et ipsorum heredes tenerentur modis omnibus defendere et expedire proprijs laboribus et expensis. Metas autem et distincciones terre prenotate partes taliter expresserunt: Primo incipiendo a meridionali fenestra supra altare ecclesie Sancte Marie in ipsa villa Bikchey site, et directe per hostium exeundo dirigitur versus plagam occidentalem ad terram Nicolay filij Bochou, et ibi sunt due mete; abhinc transeundo ipsam terram Nicolay uadit ad vnam viam, et per uiam eundo procedit directe ad quoddam pomerium uulgo *wegkerth* vocatum; et pomerium transeundo per medium, vadit ad quandam viam, et ex vtraque parte vie est vna meta; inde per eandem viam vadit metatim per vallem, que wlgo uocatur *harasthfeugh;* et ipsam vallem transeundo directe iuxta terram, que wlgo vocatur *harasthfeu,* sunt tres mete; abhinc vadit uersus villam Pang, et parumper tangit terram Stephani filij Omodey, et ibi terminatur. Item a predicta fenestra incipiendo versus plagam orientem (igy) vadit per portam curie Martini, et directe ad portam orti eiusdem, et ibi sunt due mete; deinde vadit ad quendam lacum, et ibi ab inferiori parte lacus iuxta vnum salicem sunt due mete; dehinc vadit et transit quendam fluuium Fiuzeg vocatum, et ibi iuxta portum eiusdem fluuij sunt due mete; abinde vadit ad aquam Tapeu vocatam, et nondum veniendo ad aquam sunt due mete, iuxta eandem eciam aquam sunt abietes wlgo vocate *keurusfa,* et ibi est via, que transit ipsam

aquam, et ibi sunt due mete, et ibi commetatur terre Kata vocate; inde vertit se versus plagam septemtrionalem, et vadit sursum in longitudine directe per medium aque supradicte, et transit terram Mada, pervenitque ad terram Merkur, et ibi iuxta ipsam aquam Tapeu sunt due mete, qua scilicet terra Mada remanet Andree, Nicolao, Matie et Benedicto prenotatis, terra vero Mercur remanet nobilibus de Bikchey antedictis; deinde redit directe versus partem occidentalem per terram sabulosam, et ibidem sunt due mete; abhinc vadit ad predictum fluuium Fiuzeg, et iuxta ipsum fluuium sunt due mete; transeundo vero eundem fluuium, et similiter iuxta eundem sunt due mete ad quandam magnam viam; deinde vadit ad quendam montem, vbi sub monte in superiori parte cuiusdam putey, qui puteus dicitur Laurencij, sunt due mete; inde vadit per binas metas, et peruenit parumper ad terram Omodey, et ibi terminatur. Dixerunt eciam partes, quod nominata terra Luce (et) Baranch sepedictorum ex vtraque parte collaterali, videlicet versus plagam meridionalem et septemtrionalem esset terra nobilium de Bikchey limitata; et quod eadem terra Luce, Baranch, Mixe, Zowach, Litcr et Moda, que ipsis Andree, Nicolao, Matie et Benedicto est modo prehabito deuoluta, sita esset versus plagam septemtrionalem cum medietate ecclesie prenotate, a parte vero meridionali esset terra similiter cum medietate ecclesie Bikchey, Pasca et aliorum nobilium de Bikchey predictorum. Et hec omnia Paulus, vnus de ipsis compositoribus siue arbitratoribus parcium per eosdem arbitratores, vt dixit, missus, coram nobis affirmauit consequenter. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas, anno Domini M°CC°LXX° quinto. Presentibus tamen Magistro Gregorio Preposito, Magistro Paulo Lectore, Magistro Andrea Cantore, secundo Paulo Custode, et alijs ibidem in Ecclesia Beate Virginis iugiter militantibus.

(A váczi káptalannak 1281-ki bizonyságleveléből, mint alább; a budai kir. kamarai levéltárban.)

93.

A keresztesek székes-fehérvári konventjének bizonyságlevele, hogy Pochuntai Gabrian Dobra nevü földjét Dobrai Domokosnak eladta.

Fassio Gabriani filii Jacou de Pochunta super terra sua Dobra in Comitatu de Volko existente, quam videlicet ipse ad quantitatem sex aratrorum a Dominico filio Egue de dicta Dobra emisset, Herrico filio Nicolai de Urumyghaz, hodie Örömegyház, pro 15 marcis ad haeredes masculini sexus perennaliter vendita, coram Conventu Cruciferorum de Alba sub expeditoria cautione celebrata. 1275. Sub authentico.

(A budai kir. kamara levéltárának lajstromkönyveiből; az okmány eredeti példánya Zágrábba vitetett.)

94.

Lucsmáni Istvánnak egy lucsmáni telket tárgyazó adományozása a bors-monostrai apátság számára. 1275.

Ego Stephanus de Lutschman filius Stephanido pro memoria vniuersis presentes litteras inspecturis, quod ego ob remedium anime mee, et ob reverenciam Virginis Gloriose, vnum mansum in villa Lutschman situm dedj Ecclesie Beate Virginis de Monte Sancte Marie cum omnibus ad ipsum pertinentibus, pomerio, agro, et quidquid est, quod ad ipsum dinoscitur pertinere; tali condicione adiuncta, quod quandocunque ipsi Ecclesie, Abbati scilicet vel Conuentui tres marcas dedero

monete cvrrentis in provincia, et qui in Kedhel fuerint acceptabiles et datiuj, extunc mansus meus ad me et heredes meos libere reuertetur. Et vt hoc Ecclesie ratum permaneat, presentem litteram de consensu pleno vxoris mee et beneplacito Abbati et Conuentui dedi sigilli mej mvnimine roboratam. Datum apud Montem Sancte Marie anno Domini M°CC°LXX°V° in die Sanctorum Innocentum.

(Eredetie börhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

95.

IV. László király megerősíti IV. Béla királynak bizonyos liptómegyei földet tárgyazó adományát, Bosin és fiai számára. 1276.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris (salutem in omnium saluatore.) Ea que iuris ordine terminantur in conspectu Regie Maiestatis, testimonio litterarum solent confirmari, ne processu temporis falsitas veritati preualeat, et iniquitas preiudicet equitati, vel lites ex litibus valeant suscitari. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod populi de Liptou, Bosin vna cum filijs suis Sevislav, Punak, Milach, Bohuta et Bohuret, dilecti et fideles nostri, cum litteris ipsorum Maiestatis nostre humiliter adeuntes presenciam, exhibuerunt nobis litteras quasdam priuilegiales de ordinacione et disposicione seu donacione domini Bele olim Regis Hungarie Illustris, karissimi aui nostri felicis recordacionis, super quibusdam libertatum prerogatiuis per eundem ipsis populis concessis confectas, petentes nos, et nostro Culmini precum instancia subiectiua

supplicantes, vt easdem libertatum prerogatiuas ratificare et approbare, dictasque litteras priuilegiales ad vberioris cautele euidenciam priuilegij nostri patrocinio clementer dignaremur confirmare. Quarum tenor talis est:

Bela Dei gracia Hungarie stb. Rex stb. (következik IV. Béla királynak 1248-ki okmánya, mint gyűjteményünk VII., vagyis a második folyam II. kötetében 258. l.)

Nos igitur iustis et legitimis predictorum fidelium nostrorum peticionibus fauorabiliter inclinati in hac parte, attendentes quod iusta peticio auribus Regie Benignitatis non debeat displicere, imo ad exaudicionis graciam admitti mereatur; prenotatas litteras ipsorum, non cancellatas, non abrasas, nec in aliqua sui parte viciatas, de verbo ad verbum presentibus insertas, vna cum prescriptis alijs approbamus, ratificamus et auctoritate Regie Maiestatis de Prelatorum et Baronum Regni nostri consilio ad perpetuam rei memoriam confirmamus. In cuius testimonium presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Nicolai Albensis Ecclesie Transiluaniensis Prepositi aule nostre Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, Regni autem nostri anno quinto VII. kalendas Augusti.

(Az Okolicsányi család levéltárából közölte néhai Szontagh Dániel.)

96.

IV. László királynak a nyúlsziget birtokát tárgyazó adománya az ottani apáczazárda számára. 1276.

Ladyzlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crowacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Diuini Numinis incompre-

hensibilis altitudo Regni gubernacula Regibus Catholice fidei eo committit felicius gubernanda, quo ijdem Reges Ecclesias, Christi sanguine rubricatas, sue tutele commissas, nituntur ditare in temporalibus vberius seu dotare, [presertim eas, que sancte religionis modulis cultuj Diuino deuocius sunt annexe. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod nos pie deuocionis consideracione, quam ad gloriosam Dei genitricem, que cuiquam fideli nouercari non nouit, habemus, benignissime inducti, insulam super Danubio circa Veterem Budam existentem, que quondam Insula Leporum wlgariter, nunc autem Insula Beate Marie Virginis nuncupatur, exceptis claustris et septis Fratrum Minorum et Fratrum Ordinis Premonstratensium de Monasterio Beati Mychaelis in eadem insula constitutis, dedimus, donauimus, contulimus et concessimus domine Elysabeth karissime sorori nostre, ac omnibus dominabus, sororibus videlicet Monasterij Beate Virginis in eadem insula iugitèr Deo famulantibus, sumpmo desiderio et affectu; volentes et concedentes, quod a modo tam ipsum Monasterium Virginis Intemerate, quam vniuerse religiose sorores in eodem feliciter detengentes (igy) collacione huius insule per nos regaliter facta secure et illibate gaudeant et fruantur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri robore communitas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi, Prepositi Budensis, Aule nostre Vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LXX° sexto, nono kalendas Septembris, Regni autem nostri anno quarto.

(Eredetie bőrhártyán, a sárga-violaszinű függő pecsét töredéke megvan, a budai kir. kamarai levéltárban.)

97.

IV. László király megerősíti IV. Béla királynak Zalonta-Zakalas helységet tárgyazó adományát a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1276.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus peruenire; quod frater Ricardus Prior de Ordine Fratrum Predicatorum de Insula Beate Virginis; et Comes Petrus officialis eiusdem Ecclesie ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium Serenissimi Principis domini Bele felicis recordacionis, olim Illustris Regis Hungarie karissimi aui nostri, priuilegio domini Stephani inclite memorie Regis genitoris nostri karissimi confirmatum, super collacione cuiusdam ville Zolunta Zakalas uocate, facta per predictum dominum B. Regem auum nostrum Ecclesie Beate Virginis de Insula memorata confectum, petentes uerbo domine Elisabeth sororis nostre karissime, et aliarum sororum nobis in Christo karissimarum, in predicta Ecclesia Beate Virginis Domino iugiter famulancium, ut idem priuilegium ratificare, et ad vberiorem cautelam nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius tenor talis est:

Bela D. gr. Hungarie stb. Rex stb. (következik IV. Béla királynak 1267-ki adománylevele, mint gyűjteményünk VIII., vagyis a második folyam III. kötetében, 167. l.)

Nos igitur iustis peticionibus eorundem hac parte inclinati, dictum priuilegium domini Bele Regis aui nostri, priuilegio domini Regis Stephani genitoris nostri karissimi, ut premisimus, confirmatum, ratum habentes et acceptum, et de uerbo ad uerbum insertum presentibus confirmamus, duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus

venerabilis viri Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi eiusdemque loci Comitis perpetui, Prepositi Budensis, et aule nostre Vicecancellarij dilecti et fidelis nostri, anno ab Incarnacione Domini M°CC°LXX° sexto, Regni autem nostri anno sexto.

(Eredetie bőrhártyán, a kettős pecsétnek töredéke sárga-vörös selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

98.

IV. László királynak bizonyos, Tusmanmálbán fekvő szöllőt tárgyazó intézkedése a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1276.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus tenore presencium vniuersis; quod cum domos, uineas, et omnes possessiones, ac res mobiles et immobiles Teku quondam de Aquis Calidis sine herede decedentis dominus Rex St. genitor noster karissimus, ac nos demum iustis litteris et instrumentis acceptabilibus ipsius domini Regis patris nostri super dictis possessionibus, uineis, rebus mobilibus et immobilibus confectis et legitime concessis contulerimus domine Elysabet sorori nostre predilecte, ac Monasterio Beate Uirginis de Insula, possidendas perpetuo et habendas; et nunc super quadam uinea dicti Teku in Tusmanmal existenti, per Petunem et Stephanum filios Pauli fratris dicti Teku in presencia Mathey filij Mathey dicatur fuisse questio contra iusticiam suscitata: volumus, quod eadem domina soror nostra, et ipsum Monasterium, ipsam uineam in Tusmanmal existentem, simul cum domibus et alijs possessionibus dicti Teku perpetuo et irreuocabiliter possidere valeant; et collaciones predicti domini Regis, et nostras, ipsis dominabus presentibus roboramus et firmamus; omnes

litteras et instrumenta, si que per predictos Petunem et Stephanum, ac alios aliquos modo aliquo fuissent impetrate, irritas pronunciantes et inanes. Volumus eciam, quod nullus judicum pro tempore constitutorum contra neminem super possessionibus dicti Teku, et specialiter super dicta uinea in Tusmanmal existenti, causam aliquam mouentibus, dictas dominas et earundem officiales presumat iudicare. Preterea cum presentes nobis reportate fuerint, eisdem nostrum super hoc priuilegium concedemus. Datum Bude feria quarta post octauas Pentecostes, anno Domini M°CC°LXX°VI°.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsétnek töredéke meg van még, a budai kir. kamarai levéltárban.)

99.

IV. László királynak Tholvoy nevü földet tárgyazó adománya Tholvoy-i Jakab mester számára. 1276.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christiane fidei cultoribus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. De Regie pietatis clemencia illi graciosius sunt donatiuis muneribus attolendi, quorum deuota fidelitas in prosperis experta, et in aduersis inuenitur laudabiliter decorata. Proinde ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod Magister Jacobus filius Comitis Jhoannis de Tholuoy familiaris miles Thome Bani Comitis Nytriensis dilecti et fidelis nostri ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quasdam patentes litteras nostras, in quibus comperimus, quod villam seu terram Tholuoy uocatam, quam olim Stephanus filius Bodoy hospitibus Castri Posoniensis in villa Zemch existentibus uendiderat, eidem contulimus nullo scrupulo mediante; petens cum instancia pleniori, quod nos eandem collacionem

nostram approbantes et ratificantes nostri priuilegij patrocinio faceremus euidencius solidari. Nos siquidem, qui ex suscepti regiminis nostri officio peticionibus fidelium nostrorum nobis legitime porrectis tenemur occurrere pro remedio et fauore; considerantes fidelitates et meritoria seruicia eiusdem Magistri Jacobi, que idem in multiplicibus Regni nostri expedicionibus, laudabili studio exercuit; et specialiter recolentes, quod cum nos cum totali mole exercitus nostri contra insultum Regis Bohemie eiusdemque exercitus ferocem apud castrum Marhayk castra metati fuissemus, et idem Rex Bohemie quosdam de suis eleganciores militibus contra nostros dimicaturos direxisset; predictus Magister Jacobus cum eodem Thoma Bano domino suo ante alios, ut leo intrepidus, arma rapuit, et in eos irruit mirifice preliando; vbi aduerse partis uiros belligeros in fugam convertens, ad nos cum triumpho nobili est reuersus. Sane eciam cum castrum nostrum Jauriense per fidei temerarios uiolatores captum inoppinabiliter seu prodicionaliter extitisset; prefatus Magister Jacobus inter ceteros Regni nostri nobiles feruenciori fidelitatis desiderio annexus ea eximij seruicij opera sub eodem impendit castro, que posteris data sunt in memoriam efficacem. Peticionem itaque ipsius Magistri Jacobi nobis porrectam in hac parte annuimus et admisimus, ut regaliter sic libenter; volentes et concedentes, quod a modo tam ipse, quam per eum sui heredes heredumque suorum successores in corporali possessione prefate terre Tholuoy uocate per nos sibi date sollempniter et concesse, perpetuo gaudeant et fruantur; nec ullo unquam tempore huiusmodi nostre concessionis series in irritum ualeat reuocari. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras apposicione duplicis sigilli nostri inuiolabiliter communitas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Benedicti Sancte Strigoniensis Ecclesie Electi perpetuique Comitis loci eiusdem, Budensis Ecclesie Prepositi et aule nostre Vicecancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Dominice Incarnacionis M°CC°LXX° sexto, XV. kalendas Septembris, Regni autem nostri anno quarto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétje vörös-zöld selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

100.

IV. László király megengedi, hogy Aba nemzetségbőli Ethuruh comes birtokáról végrendeletileg intézkedhessen. 1276.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus omnibus, quibus expedit presencium per tenorem, quod cum Ethuruh filius Georgij de genere Aba esset in articulo mortis, et quasdam possessiones suas Chakan, Bend uocātas et porcionem suam in Zyna sibi prouenientem, domine vxori et filie sue reliquisset seu legasset, nos eidem in huiusmodi possessionibus suis legatis et dimissis prefatis vxori et filie sue prebere dignaremur Regium consensum et assensum. Verum quia dictus Comes Ethuruh domino Stephano patri nostro karissimo clare recordacionis, nobis ac Regno Hungarie fideles sepius inpenderat famulatus, concessimus, ut idem Comes Ethuruh dictas possessiones suas vxori vel filie sue relinquere et legare possit libere et secure de nostro beneplacito et consensu. Datum in villa Mona in Dominica Oculi Mei, anno Domini M°CC°LXX° sexto.

(Eredetie börhártyán, melynek hátára nyomott pecséte lemállott, a nemz. museum kézirati gyüjteményében.)

101.

IV. László királynak parancsa a székes-fehérvári káptalanhoz, hogy Szil helység határai szabályoztassanak. 1276.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Ecclesie Albensis salutem et graciam. Dicit nobis Belid filius Beche vna cum Pete, fratre suo de Scil, quod dictam possessionem ipsorum Scil uocatam in Comitatu Tolnensi

habitam iuxta veteres et antiquas suas metas ab aliorum possessionum iuribus metaliter sequestrando distingerent et distingere vellent. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Guth de Merse, vel Gaspar de Heighazas Merse, aut Iuan dictus Fequete de Dada alijs absentibus homo noster ad predictam possessionem Scil accedendo, vniuersos vicinos et cummetaneos eiusdem possessionis inibi conuocatis, ipsam possessionem Scil ab aliorum possessionum iuribus separando et distingendo iuxta veteres et antiquas suas metas, et si necesse fuerit, nouis metis iuxta veteres metas eiusdem possessionis Scil erigendo, si non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint, citet eosdem in nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem ipsius metarum reambulacionis et ereccionis, ac nomina citatorum cum termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude octauo die festi Beati Georgij martiris anno Domini M°CC°L° sexto (helyesebben 1276.)

(A székes-fehérvári káptalannak ugyanazon évi jelentéséből, mint alább 107. sz. a.)

102.

Izabella királynénak Chuwban lévő hat telket tárgyazó adománya a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1276.

Nos I. Dei gracia Regina Hungarie memoria commendantes significamus quibus expedit vniuersis; quod uolentes consulere anime nostre remedio et saluti, quandam terram nostram Reginalem Chw uocatam; existentem iuxta terram Cholnuk, super qua sex mansiones populorum nostrorum quondam residebant, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis vniuersis, dedimus, donauimus et contulimus sororibus

de Insula Beate Uirgiuis iure perpetuo et pacifice possidendam eo iure, eaque plenitudine, quibus domina E. Regina karissima socrus nostra eisdem sororibus dignoscitur contulisse ipsam terram. Datum in Insula Beate Uirginis predicta tercio die post festum Sancte Katerine Uirginis anno Domini M°CC°LXX° sexto.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét töredéke megvan; a budai kir. kamarai levéltárban.)

103.

V. Incze pápának bullája, melylyel a nyúlszigeti apáczazárdát az apostoli széknek különös pártfogásában részesíti. 1276.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis in Christo filiabus... Priorisse Monasterij Sancte Marie de Insula Danubij, eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacre religionis eneruet. Eapropter, dilecte in Christo filie, uestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Monasterium Sancte Marie de Insula Danubij Vesprimiensis Diocesis, in quo Diuino estis obsequio mancipate, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et Beati Augustini regulam, atque institutionem fratrum Predicatorum in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones et quecunque bona idem Monasterium impresenciarum iuste ac canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum uel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis prestante Domino poterit

adipisci, firma uobis et eis, que uobis successerint, et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus uocabulis exprimenda: Locum ipsum, in quo prefatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentijs suis, ex dono clare memorie Bele Regis Vngarie; jus patronatus, quod habetis in plebe Sancte Marie Budensis; terras, possessiones, tributum, et quicquid iuris habetis in Monte Budensi et pertinentijs suis; vnum molendinum de calidis aquis cum aquarum decursibus et alijs pertinentijs suis, villam que apellatur Ysa, cum piscatione in qua capiuntur usones, et insulam iuxta eandem uillam; stagnum, aquam fluuialem Sytua appellatam, et quicquid habetis infra terminos dicte uille et fluuij. In loco qui dicitur Cholquus uillam Taina et uillam Gemulch cum pertinentijs earundem; terram et villam Potos sitam in medio fluuij qui dicitur Cholch cum pertinentijs suis; terram Chatar uulgariter appellatam, et alteram terram eidem terre contiguam, que dicitur Hanta; villam Ynou in portu Danubij sitam, et alias de Zymgata, et Nemeg, et Noghus cum feneto et alijs pertinentijs suis, de Hasnar, de Sulu et de Vcurd villas cum omnibus pertinentijs earundem; villam Tooxun et villam Voschan iuxta Danubium; villas Harquian et de Foglhar cum pertinentijs earundem; in Magna Insula duas villas Movs et Roguld uulgariter appellatas; terram Poree cum pertinentijs suis; piscationem in Danubio, que dicitur Queraluhere cum omnibus piscationibus suis, et terram ad eandem piscationem pertinentem, ac mancipia que uobis predictus Rex pia liberalitate condonauit; villam Cholnuc, villam Kuldu et villam Neweg circa Kewzo; villam Wosyan cum tribus mancipijs in Comitatu Simigiensi; villam Thelky cum vineis et omnibus pertinentijs suis; in Kereky vineam magnam, que fuerat Regis, et duas alias, que fuerant Tekeu; villam Zacalus cum piscina et alijs pertinentijs suis; et terram que dicitur Noua Bech, cum piscatione in Danubio. Ex dono E. illustris Regine Vngarie portionem terre quam habetis in villa, que dicitur Chu cum tribus mancipijs. Ex dono quondam Comitis Nana villam Tulg cum silua, feneto et alijs pertinentijs suis; villam Quenrus cum pertinentijs suis; villam Apar cum omnibus pertinentijs suis; locum qui dicitur Booch cum piscina; terram que ap-

pellatur Ganda; terras, que Misca, Fonchol, Euach, Chaquan, Buken, Leguen, Ete et Olupp uulgariter nuncupantur; iuxta Titiam terram Buchur cum Titia et stagno; terram Turda, et terram Hegeufa cum Titia et stagno, in quo habetis usum unius retis ad piscandum; ulta Titiam vnum predium quod dicitur Kara; portionem quam habetis in duabus terris, que dicuntur Feirchu, et portionem quam habetis in terra Doud et in terra Wsarahel; quartam partem in portu Quortueles; terram iuxta Titiam que dicitur Prospuqui cum stagno; portionem quam habetis in terra (?)ud cum fluuio, cum fenetis et pratis; in sabulo totam terram Latibar; portiones quas habetis in terris, que Echen, Leel, Forquu et Wosun uulgariter appellantur, et totam terram Musa; et portionem quam habetis in terra Sarus; quartam partem in omnibus possessionibus, quas — — Comes cum suis cognatis communiter possidebat: terram appellatam Chele; et terram Kaplan iuxta Danubium cum piscatione, silua magna et alijs pertinentijs suis; terram Semel uocatam cum feneto et silua; terram Chamud cum duodecim villis et omnibus pertinentijs earundem. Ex dono Magistri Moys possessiones sitas in loco qui dicitur Kosuch cum omnibus pertinentijs suis; villam que appellatur Vgol cum vineis, siluis et alijs pertinentijs suis, nec non mancipia et aratra, que habetis ibidem; villam Burhud, Ozlar, Pozony et aliam Pozony; villam de Rachusi, villam de Bulcheu; villam de Eche cum quinque molendinis; villam Chaba prope Budam cum mancipijs et aratro, siluis ac omnibus pertinentijs suis. Ex dono nobilis uiri Paris quondam Comitis terram appellatam Benchench cum septem villis et omnibus pertinentijs earundem; ex dono nobilis uiri Zeric in villa Chereki unum fundum et vnam vineam cum tribus cultoribus; in fluuio qui uocatur Sar vnum molendinum; ex dono quondam . . vxoris Chaba in villa Turdos tres magnas vineas cum pertinentijs earundem. Ex dono Agnetis filie quondam Comitis Pauli terram que appellatur Soler iuxta Titiam cum piscatione et alijs pertinentijs suis. Ex titulo emptionis in villa Nandurt duas vineas, in Buda tres vineas, alias terras et possessiones; et quicquid iuris in Regno Vngarie Monasterium uestrum noscitur obtinere, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagijs et pascuis in bosco et plano, in

aquis et molendinis, in vijs et semitis, et omnibus alijs libertatibus et immunitatibus suis. Sane noualium uestrarum, que proprijs sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de uestrorum animalium nutrimentis, nullus a nobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis personas liberas et absolutas de seculo fugientes ad conuersionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum uestrarum post factam in Monasterio uestro professionem fas sit, sine Priorisse sue licentia, nisi artioris religionis obtentu de eodem loco discedere; discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat recipere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa uoce Diuina officia celebrare; dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, et benedictiones monealium a diocesano suscipiatis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, et gratiam et communicationem Sacrosancte Romane Sedis habuerit, et ea uobis uoluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut intra fines parrochie uestre, si eam habetis, nullus sine assensu Diocesani Episcopi et uestro capellam seu oratorium de nouo construere audeat; saluis priuilegijs Pontificum Romanorum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab Archiepiscopis et Episcopis, Archidiaconis seu Decanis, alijsque omnibus ecclesiasticis secularibusque personis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti fuerint, aut eciam publice usurarij, nullus obsistat; salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius Ecclesiarum uestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum, et ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi, libera sit uobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte uero te nunc eiusdem loci Priorissa, uel earum aliqua, que tibi successerit, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur; nisi quam sorores

communi consensu uel earum maior pars consilij sanioris, si ad eas dumtaxat Priorisse spectat electio, secundum Deum et Sancti Augustini regulam prouiderint eligendam. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem — — — — uel interficere, seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus Monasterio uestro concessas; nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et Principibus uel alijs fidelibus rationabiliter uobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet uexactionibus fatigare, sed omnia integra conseruenter earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salua Sedis Apostolice auctoritate et Diocesanorum Episcoporum iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se Diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, ac a Sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni; cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen Amen Amen.

(Pápai jegy.)

Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus ss.

† Ego Petrus Tusculanus Episcopus ss.

† Ego Vicedominus Prenestensis Episcopus ss.

† Ego Symon tit. Sancti — — Presbiter Cardinalis ss.

† Ego — — — Presbiter Cardinalis ss.
† Ego Riccardus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis ss.
† Ego Johannes Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis ss.
† Ego Otto — — — Diaconus Cardinalis ss.
† Ego — — — Diaconus Cardinalis ss.
† Ego — — — Diaconus Cardinalis ss.
† Ego — — — Diaconus Cardinalis ss.

Datum Laterani per manum Magistri Petri de Mediolano Sancte Romane Ecclesie Vicecancellarij, XIII. kalendas Junij Indictione IIII., Incarnationis Dominice anno M°CC°LXX°VI°, Pontificatus uero Domini Innocentij Pape V. anno primo.

(Eredetie börhártyán, melyről a pápa ólombullája vörös-sárga selyemzsinóron függ, megrongált állapotban és nehezen olvasható; a budai kir. kamarai levéltárban. Töredékét közölte Fejér Cod. Dipl. V. k. 2. r. 357. l.)

104.

A budaik áptalannak bizonyságlevele, hogy Rusd nemzetségbeli Mihály comes és rokonai Zada és Tarcha nevű földeket több serviensének adományozták. 1276.

A B C

Omnibus in Christo pie uiuentutibus presentes litteras inspecturis Capitulum Budensis Ecclesie salutem in salutis largitore. Ad uniuersitatis uestre noticiam presencium insinuacione uolumus peruenire, quod nobili viro Comite Michaele filio Endre de genere Rusd vna cum Demetrio filio suo, pro se et pro Comite Demetrio uterino fratre suo ab una parte; Esten, et Lukach fratre eiusdem, Johanne et Michaele, seruientibus eiusdem Comitis Michaelis ab altera, coram nobis personaliter constitutis; iam dictus Michael de consensu et

uoluntate predicti Comitis Demetrij fratris sui, ut dicebat, dicto etiam Demetrio filio suo personaliter consenciente et permittente, duas terras suas Zada et Tarcha uocatas in Comitatu de Zemlen iuxta fluuium Taktha nominatum existentes, et sibi inmediate adiacentes, cum omni integritate, et utilitatibus ac pertinencijs suis, sicut ipse et Comes Demetrius frater suus easdem possidebat, prenominatis Escen, Lukach, Johanni, Michaeli et eorum heredibus, pro multiplicibus seruicijs ipsorum, que sibi, ut dicebat, a puerili etate ipsorum fideliter exhibuerunt, contulit, statuit et assignauit perpetuo et inreuocabiliter possidendas; petens cum instancia, donacionem dictarum terrarum auctoritate nostrarum litterarum communiri. Nos autem ad peticionem eiusdem Comitis Michaelis presentes litteras dictis seruientibus suis concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Ambrosij Scolastici Budensis, anno Domini M°CC°LXX° sexto. Magistro Johanne Cantore, Petro Custode, Elya Decano, Scela Sacerdote; Damiano, Elya et Stephano Magistris, ceterisque Canonicis existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, zöld zselyemzsinóron függő pecsét alatt, a mélt. báró Perényi-család levéltárában.)

105.

A budai káptalannak jelentése, hogy Chuy-i Dénes és testvérei a nyúlszigeti apáczák tisztjei ellen a királyi törvényszék elé perbe idéztettek. 1276.

Viro nobili et honesto Moys Judici Curie domini Regis et Comiti Symigiensi Capitulum Budensis Ecclesie oraciones in Domino deuotas. Litteris Nobilitatis Vestre honore quo decuit receptis, Magistro Pangracio homini domini Regis nostrum hominem fidedignum dedimus pro testimonio, qui post-

modum rediens retulit nobis, quod idem Magister P. homo domini Regis Dyonisium de Chuy et fratres de insula Sancti Alexi de Fuzegthu contra Petrum et Marcellum officiales sororum de Insula Beate Marie Virginis ad Regiam citauit presenciam in feria quarta proxima ante Dominicam Oculi mei ad quindenam eiusdem ferie quarte.

Kívül: Moys Judici Curie domimi Regis et Comiti Symigiensi pro Petro et Marcello.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét lemállott, a budai kir. kamarai levéltárban.)

106.

A székes-fehérvári káptalannak jelentése, hogy László, Péter comesnek fia, és érdektársai Szent-Miklós várát Benedek esztergami érseknek és testvéreinek eladta. 1276.

Capitulum Albensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Acta solent hominum cum fraudibus anichilari, si non cautelam dederint per scripta notari. Proinde noticie cunctorum tenore presencium declaramus: quod Ladizlaus filius Comitis Petri, Dionisius Finta dictus, Chaba et Band de Almad ab una parte: idem Magister Benedictus Electus Strigoniensis, Dedalus Comes Zaladiensis, Beke et Stephanus fratres sui ab altera, coram nobis personaliter constituti, ijdem Ladizlaus, Dionisius, Chaba et Band quoddam castrum Scenmiclosy uocatum cum omnibus ad se spectantibus et vtilitatibus suis vniuersis; quod videlicet castrum pro labe infidelitatis Ochuz filijs Comitis Jurk, et eciam quia idem Ochuz sine heredum decessit solacio, dominus Rex, sicut fertur, ab ipso auferendo Benedicto Electo et Primo contulerat, quam terram et quod castrum per nos interrogati se habere assere-

bant, vendiderunt coram nobis predicto Benedicto Electo et suis fratribus pro centum et triginta marcis argenti, quas plenarie receperant coram nobis, in perpetuum et inreuocabiliter possidendum pacifice et quiete, nullo contradictere existente. Tali obligacione interposita, quod si per quempiam racione castri predicti molestarentur in futurum; ipsi Ladizlaus, Dionisius, Chaba et Band tenerentur expedire; alioquin sine strepitu judicij tanquam per calumpniam dampnarentur. Vt igitur presentis rey series perempniter fulciri valeat, nec in irritum retractari; presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M°CC°LXX° sexto. Bartholomeo Preposito nostro, Myke Cantore, Feliciano Custode et Stephano Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös-zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

106.

A székes-fehérvári káptalannak jelentése, hogy Szil helységnek határai rendeztettek. 1267.

Excellentissimo Principi domino Ladizlao Dei gracia Inclito Regi Hungarie domino ipsorum metuendo Capitulum Ecclesie Albensis oracionum suffragia deuotarum. Litteras Vestre Serenitatis noueritis nos reuerenter recepisse in hec verba:

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie stb. (mint fentebb 101. sz. a.)

Nos igitur mandatis et preceptis Vestre Serenitatis obedire cupientes, vt teneremur, vnacum Guch de Merse et Iuan de Dada hominibus Vestre Serenitatis Mikaelem Decanum Ecclesie nostre, ac Mathiam Custodem de eadem homines nostros ad premissa mandata vestra peragenda pro testimonio

duximus tranmittendos; demum idem homines vestri et nostri ad nos reuersi nobis dixerunt, quod ipsi in octauis festi Pentecostes ad faciem predicte possessionis Scil vniuersis vicinis et circummetancis eiusdem ibidem (conuocatis) accessissent; cuius quidem possessionis Scil vocate prima meta incipit in arbore piri in valle Vatawolge dicto, sub qua est meta terrea, qua meta a parte septemtrionali distingit possessiones Scanas ipsius Belid et fratre suo; deinde progrediendo per quandam viam, qua de Dada itur in Chel, et peruenit ad vnum vallem Marcelvolg dicto, et per eandem vallem vertitur ad partem meridionalem, et peruenit ad quandam semitam wlgo Tuismege dicto, vbi sunt due mete terree, quarum vna meta a parte septemtrionali separat eidem ville Chel, a parte vero meridionali dicte ville Scil; deinde per eandem semitam directe itur ad partem orientalem, et peruenit ad vnum fenille, et in medictate ipsius feneti est quadam parua insula wlgo *scigeth* dicto; et deinde directe ad eandem partem orientalem ad terras arabiles; deinde venitur ad partem meridionalem, et peruenit ad quandam semitam wlgo Tuismege dicto, vbi sunt due mete terre; et per eandem semitam vadit ad eandem plagam orientalem, et peruenit ad quandam magnam viam, qua via de Morost itur ad villam Merse domine Regine, vbi sunt due mete terree, quarum vna a parte septemtrionali separat ad predictam possessionem Chel, a parte vero meridionali separat eidem possessioni Scil; deinde vero vertitur per eandem viam magnam ad partem meridionalem et peruenit — — —; abinde vadit per eandem magnam viam similiter ad partem meridionalem circa terram ville Marosd, et peruenit ad tres metas terreas, quarum vna a parte orientali eidem possessione Marosd, a parte vero meridionali separat possessione domine Regine Merse alio nomine Carachunfele dicte, tercia vero meta terrea a parte occidentali eidem possessione Scil distingit; deinde vero per eandem viam circa terram Reginalem a parte meredionali itur et peruenit in longo spacio ad duas metas terreas, quarum vna meta a parte meredionali separat terram condam Pukafelde vocata wlgo Kiralkirtusi, et a parte septemtrionali separat eidem possessione; deinde vertitur ad partem occidentalem in terras arabiles predictas, et inter easdem terras peruenisset ad vnum fene-

tum, et per eundem fenetum saliendo ad terram arabilem, et per eandem terram ascendendo ad uerticem ipsius montis, vbi sunt due mete terree; deinde vertitur ad partem meredionalem, et vadit ad vnum puteum wlgo *pete kuta* dicto, et hic separat a terra domini Regis Kirtusi secundo vero Pokafelde dicto; deinde vadit circa terram Gaspar, et vadit in medietate valli ad partem occidentalem, et peruenit ad quendam monticulum, vbi sunt due mete terree; deinde progrediendo iuxta terram Gaspar ad partem meredionalem, et peruenit ad quendam magnam viam, vbi sunt tres mete terree, qua vnam a parte orientali separat pro Gaspar, a parte occidentali predicte possessionis Scil, a parte vero meredionali Buken Sumlay ighaz separat; deinde vadit ad partem occidentalem circa terram Bukuen Sumliafelde, iuxta eandem terram peruenit ad vnum fenetum, et per dictum fenetum saliendo per eandem viam circa terram Kosuk possessionis; et ad eandem plagam occidentalem eundo, et peruenit ad quandam magnam viam, qua via de Dada veniet in Kosuk, vbi sunt due mete terree, quarum vna separat a parte meredionali possessionis ville Kosuk, secunda vero a parte septemtrionali separat Belid et fratri suo; et per eandem viam ad partem septemtrionalem, et in magno spacio eundo peruenit ad duas metas terreas; et deinde per eandem viam iuxta terram Cruciferorum Monasterij Sancti Stephani de Alba ad eandem partem septemtrionalem peruenit ad duas metas terreas; deinde venit in longitudinem vnius iugeri terre ad partem orientalem, in fine eiusdem terre est vnus dumus meta terrea circumfusa; deinde vertitur ad eandem partem septemtrionalem iuxta terram eorundem Cruciferorum, quam terram, super qua est edificata ecclesia Beati Petri Apostoli, possidemus vnacum fratre Mo. per donacioni Cruciferorum cum omnibus vtilitatibus suis; et directe ad eandem plagam in fine ipsius iugeri terre in magna spacio eundo peruenit ad vnam viam; et eadem via ad eandem partem saliendo peruenit ad aliam magnam viam, qua via de Dada in predictam Scil venit; et iuxta eandem viam sunt due mete terree, quarum vna separat predicto Iuan dicto Feketev, a parte vero meredionali eidem ville Scil; deinde progrediendo ad partem orientalem, perueniendo ad vnum vallem, vbi est meta

terrea, qua meta separat predicto Iuan a parte occidentali, a parte vero orientali predicto Lod et fratri suo; deinde vertendo subtus cuiusdam monticuli a parte occidentali eundo peruenit ad semitam wlgo *kakasmega* dicto; deinde progreditur ad partem orientalem, ibique terminatur ad primam metam. Quarum quidem predicte possessionis Scil ipsius Belid et Pete metarum ereccionibus et aliorum possessionum iuribus distinccionibus sequestrandis et distingendis predictorum vicinorum et cummetaneorum nullo contradictore apparente. Datum dominico proximo post festum Sancte Trinitatis anno supradicto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a káptalan pecsétje zöld-vörös selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

108.

Az egri káptalannak bizonyságlevelc, hogy Popy-i Benedek Fygudi Gergelynek Fygudban levő birtokát eladta. 1276.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod constitutis coram nobis Benedicto filio Gregorij de Popy ab una parte; Gregorio filio Petri de Fygud; per eundem Gregorium extitit propositum, quod cum pater ipsius terram suam hereditariam Fygud vocatam prefato Benedicto condam vendidisset, cuius vendicionis series per priuilegium nostrum nobis patuit euidenter; et postmodum medietatem eiusdem terre idem Benedictus patri suo iterum vendidisset: nunc eandem medietatem, quinquaginta videlicet et duarum vlnarum in latitudine existentem reuendidisset ipsi Benedicto pro quatuor marcis et media ab ipso plenarie receptis, sibi suisque heredibus, heredumque

successoribus iure perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas, anno Domini M°CC° septuagesimo sexto. Presentibus tamen Mychaele Preposito, Farkasio Cantore, Thoma Lectore, Mykone Custode, Marco de Pata, Anthonio de Zunbun, Petro de Wngh, Demetrio de Kemey, Saulo de Borsua Archydiaconis, et alijs multis. Regnante Ladyzlao glorioso Rege Hungarie; Magistro Benedicto Preposito Budensi, Strigoniensis Ecclesie Electo; Stephano Archiepiscopo Colocensi; et Domino nostro venerabili Andrea Episcopo Agriensi existentibus.

(Az egri káptalannak 1366. „in die festi Sancti Bartholomei Apostoli" kelt átiratából, mely Lajos királynak „Datum Bude tercio die festi Beati Jacobi Apostoli" 1366. alatti parancsára, és „Ladizlaus, Nicolaus, Jacobus et Johannes de Fygud Comitatus Abauyariensis" kérésére kiadatott; a budai kir. kamarai levéltárban.)

109.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Chák nemzetségbeli Imre, István bánnak fia, Kurumzew nevü földet Clethus comes fiainak eladta. 1276.

Nos P. Prepositus et Capitulum Quinqueecclesiense memorie commendamus, quod cum ad iustam peticionem Hemerichy filij Stephani Bani de genere Chaak ab una parte; Comitis Ladyzlai, Magistri Phylpus et Gregorij filiorum Comitis Clethy ab altera, in Conuentu Waradyensi existencium in persona, et quibusdam nogocijs Regni eos vrgentibus ad nostram presenciam tunc accedere nequiuissent; virum prouidum Stephanum Archidiaconum de Vagh, et Magistrum Mykohem prebendarium Ecclesie nostre Waradynum tranmisissemus, ut quidquid super terra hereditaria eiusdem Hemerici Kurumzew uocata coram eis factum et hordinatum fuerit, no-

bis studeant referre viua voce. Itaque ijdem socij nostri Stephanus Archidiaconus et Magister Mykov, quibus in omnibus et per omnia confidimus, ad nos redeuntes nobis in persona retulerunt viua voce; quod predictus Hemericus filius Stephani Bani coram Abbate et Conuentu Waradyensi in propria persona comparendo, totalem possessionem suam hereditariam Kurumzov uocatam in Comitatu de Barana existentem, contiguam et vicinam possessionibus prenominatorum filiorum Comitis Klethy a parte septemtrionali, occidentali et meridionali adiacentibus, de parte vero orientali terris Ecclesiarum de Bacha, de Cykathor, Thythyl, Zebeguyna et de Wachy uicinantibus, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis, uendidisset pure predictis Comiti Ladyzlao, Magistro Phylpus, et Gregorio filiis Comitis Chethy (igy) ac filiis filiorum suorum pro centum marcis fini argenti ibidem prius numeratis et receptis ab eisdem, irreuocabiliter et iure perpetuo possidendam. Quicunque autem et quandocunque ipsos Comitem Ladyzlaum, Magistrum Phylpus et Gregorium racione dicte possessionis Kurumzov molestare intenderet; idem Hemerykus et sui successores ipsos filios Comitis Clethy tenebitur expedire et per omnia defensare proprijs laboribus et expensis. Et quandocunque ipse Hemerycus filius Stephani Bani personaliter in nostra presencia comparuerit, dabimus litteras nostras priuilegiales secundum presencium litterarum filijs Comitis Clethy antedictis. Datum anno gracie M°CC°LXX° sexto, in quinta feria ante festum Sancti Nykolai.

Kívül: Super terra Kurmuzov uocata, quam filij Comitis Clethy ab Hemeryco pro centum marcis compararunt.

(Eredetie bőrhártyán, a kívülről oda nyomott zárpecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

110.

Á váczi káptalannak bizonyságlevele, hogy Zolnuk nemzetségbeli Leuszták és rokonai Bagun és Zobolch nevü földeiknek negyedrészét nővérüknek Erzsébetnek és férjének Péternek átengedték. 1276.

Capitulum Ecclesie Wachiensis omnibus Christi fidelibus, quibus presentes ostenduntur, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod coram nobis constitutis nobilibus viris ab vna parte Leustachio de genere Zolnuk pro se et pro Paulo fratre suo, Petro cum consanguineis suis, Pousa, Petro filio Theneu pro se et pro dicto patre suo, Gothardo pro se et pro filijs suis Andrea, Kemen, Dominico, Nicolao, Ladizlao et Stephano, ac pro Petro filio dicti Kemen, et paruulo filio Andree annotati; ab altera uero Petro filio Bulchu; idem Leustachius proposuit, quod de consensu et beneplacita voluntate predictorum consanguineorum suorum, et fratris sui Petri antedicti, dedissent et contulissent de terris suis hereditarijs, quas haberet in terris Bagun et Zobolch vocatis, quartam partem cum suis vtilitatibus et pertinencijs sorori sue Elizabeth et sponso suo, marito ipsius Elizabeth, Petro videlicet supradicto sibi ipsorumque heredibus heredumue successoribus iure perpetuo possidendam, per quempiam nullatenus repetendam; ita tamen, quod de eadem quarta Leustachius prefatus donaticia quartam partem pro alia sorore sua reseruauit Petka. Cosmas de Zeud sponsus Magistri Kiliani, ut dixit, pro ipso Magistro Kiliano coram nobis constitutus, qui Magister Kilianus in vna parte commetaneus terre Bagun esse dicitur, huic condonacioni assensum prebuit et consensum. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium predictarum pre-

sentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas, anno Domini M°CC°LXX° sexto. Presentibus tamen Magistro Paulo Lectore, Magistro Andrea Cantore, secundo Paulo Custode, et alijs multis ibidem in Ecclesia Beate Virginis Deo humiliter famulantibus et deuote.

(A váczi káptalannak 1327-ki átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

111.

IV. László király nevezetes adománya Biberstaini Otto számára. 1277.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatoore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire; quod dominus Rodolfus Romanorum Rex Semper Augustus, cognatus et affinis noster karissimus, dominum Ottonem de Byburstevn tanquam fidelem et Corone Regie fideliter famulantem nobis commendauit; petens nos diligenter, ut eundem in nostram recipere dignaremur graciam specialem, et vniuersas possessiones seu uillas, iuxta terminos, metas seu indagines Regni nostri et Regni Polonie ac Ruzye existentes, ob merita seruiciorum suorum, que domino Stephano Serenissimo Regi Hungarie, patri nostro karissimo pie memorie, laudabiliter inpendit et deuote, secundum formam priuilegij eiusdem patris nostri reddere et restituere de benignitate nostre gracie dignaremur. Nos itaque peticionibus et uotis eiusdem domini Rodolfi parere cupientes, ut tenemur, considerantesque et attendentes obsequiosa merita et meritorum obsequia eiusdem domini Ottonis, que predicto patri nostro, et demum nobis inpendit indefesse in diuersis expedicionibus

Regni nostri, propter que idem dominus Ottou maioribus et amplioribus remuneracionum donis dignus haberetur; in aliqualem tamen reconpensacionum seruiciorum suorum predictas possessiones seu uillas, quarum nomina in priuilegio predicti patris nostri dixit taliter contineri; videlicet uilla Razlauth, item uilla Sancte Trinitatis, villa Omnium Sanctorum, villa Kobula, villa Bardfa, Mokurlang, Guebold, Margan, Stemella, et Rodamyn, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs vniuersis eidem domino Ottoni, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo possidendas, donacionem seu collacionem eiusdem patris nostri mediante priuilegio suo factam confirmando. Vnde uolumus, quod nullus Comitum seu nobilium Regni nostri ipsum dominum Ottonem racione ipsarum possessionum ultra formam priuilegij eiusdem patris nostri, et nostri audeat uel presumat inquietare seu in aliquo molestare, dummodo idem dominus Ottou, cum per nos fuerit requisitus, tempore opportuno fideles inpenderit famulatus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Thome Electi Albensis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LXX° septimo, Regni autem nostri anno sexto.

(Eredetie bőrhártyán, a zöld-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

112.

IV. László királynak Bossán helységet tárgyazó adománya Barleus mester számára. 1277.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Cum bene meritos debito fauore prosequimur, et munificencijs Regijs attollimus et Deo placere credimus, et homines ad virtuosa accionis desideria vocamus. Hinc est, quod ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire: quod Magister Barleus filius Ban de Diwek ad nostram accedens presenciam petiuit a nobis instantissime, vt propter seruicia sua fidelia nobis et Regno fideliter exhibita, nec non in concambium siue permutacionem terrarum suarum et fratrum suorum vterinorum ac eciam filiorum Cosme auunculi sui hereditariarum, Sarkwz videlicet et aliarum ad terram Visegrad spectancium in Thuruch constitutarum, quas quidem Dominus Bela Serenissimus Rex Hungarie felicis recordacionis auus noster karissimus ab ipsis et generacione ipsorum receperat adiungendo et applicando ipsas castro suo de Zolum, qui eciam promiserat se eisdem in simili concambio prouisurum, sicut id in litteris ipsius domini Regis aui nostri vidimus contineri, sibi et fratribus suis, ac filiis Cosme predicti auunculi sui in quadam terra Castri nostri Nitriensis Bossan vocata, vacua et habitatoribus destituta, contigua eciam et commetanea terre ipsorum hereditarie similiter Bossan vocate, de benignitate Regia prouidere dignaremur. Sed quia de qualitate et quantitate dicte terre nobis non erat veritas ad plenum manifesta, fidelibus nostris Capitulo Nitriensi dedimus in mandatis, vt vnum ex ipsis transmitterent fidedignum, coram quo Magister Mohor homo noster inspiceret ipsam terram, et si eam vacuam et nostre collacioni inueniret partinentem, statueret et assi-

gnaret filiis Baan et filiis Cosme supradictis, contradictores nihilominus ad nostram presenciam euocando. Quod quidem Capitulum demum rescripsit nobis, ipsam terram esse vacuam et nostre collacioni pertinentem, et quod in eiusdem reambulacione et statucione nullus extitisset contradictor. Nos itaque considerantes fidelia obsequia predicti Magistri Barlai in omnibus expedicionibus et arduis factis Regno fideliter exhibita, attendentes eciam promissionem predicti domini Regis aui nostri ipsis factam, memoratam terram Bossan ipsi Magistro Barleo, nec non Budimero, Jeruslao, Gregorio fratribus suis, ac eciam filiis Cosme auunculi sui supradicti et eorum posteris ac successoribus in concambium sine permutacionem terrarum suarum ipsos in terra Sarkowz et aliis ad Visegrad spectantibus contingencium cum omnibus vtilitatibus ac vniuersis circumstanciis suis dedimus donauimus et contulimus jure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, sub iisdem metis et terminis, quibus ipsum Castrum habuit, tenuit et possedit. Vt igitur huius nostre donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec processu temporum per quempiam valeat in irritum reuocari, presentes iisdem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Thome Electi Albensis aule nostre Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo CC° septuagesimo septimo, Regni autem nostri anno sexto.

(A királyi fiscus és Beszterczebánya város közti egykori jogpernek melléklete.)

113.

IV. László királynak Sap helységet tárgyazó adománya István comes Tekusnak fia számára. 1277.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Comes Stephanus filius Tecus ad nostram accedens presenciam, quandam terram Castri de Borsod Sap uocatam, quam ex collacione nostra se dixit possedisse, confessus est se dedisse Dionisio et Thome filijs Chumzo seruientibus suis pro seruicijs eorundem, petens, ut donacioni huiusmodi consensum et assensum prebere de benignitate Regia dignaremur. Nos igitur peticionem eiusdem Comitis Stephani iustam esse attendentes; potissimum considerantes fidelitatem et seruicia iam dictorum Dionisij et Thome, que ijdem nobis et Corone Regie in diuersis expedicionibus Regni nostri cum summa fidelitate inpenderunt et exhibere poterant (igy) in futurum; premisse donacioni, per eundem Comitem Stephanum de ipsa terra Castri prenotatis Dyonisio et Thome facte, consensum prebuimus Regium pariter et assensum; volentes, vt ijdem Dyonisius et Thomas, ac eorum heredes, heredumque suorum inposterum successores memoratam terram Castri de Borsod cum suis vtilitatibus omnibus et pertinencijs vniuersis sub metis prioribus et antiquis terminorum distinctionibus, non ut per ipsum Comitem Stephanum eis datam, sed tanquam ex donacione nostra perpetuo pacifice possideant et quiete. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Demetrij Prepositi Albensis, domini Pape Capellani et Subdiaconi, aule nostre Vice-Cancel-

larij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC° septuagesimo septimo, Regni autem nostri anno quinto.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsétnek zöld-sárga selyemzsinóron függő töredékével, a budai kir. kamarai levéltárban.)

114.

IV. László királynak Fuldombo nevü földet tárgyazó adománya Szerafin, Kunta fia számára. 1277.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Circumspeccio Regum prouida condignis pecunijs sibi subsequentibus sic debet occurrere, ut alij eorum exemplo prouocati ad fidelitatis studia forcius accendantur. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire: quod Seraphinus filius Kunta dilectus et fidelis seruiens noster ad nostram accedens presenciam, nobis humillime supplicans a nobis instantissime postulauit, vt quandam terram Castri nostri Zulgageuriensis Fuldombo uocatam de benignitate Regia sibi conferre dignaremur. Verum quia nobis non constabat ueritas de eadem, fidelibus nostris Capitulo Posoniensi dedimus in mandatis, ut mitterent unum ex ipsis pro testimonio fidedignum, coram quo Comes Facianus filius Bark homo noster accederet ad terram memoratam, et eandem statueret eidem Seraphino dilecto et fideli seruienti nostro, si non fieret contradictum, contradictores, si qui fierent, ad nostram presenciam euocaret. Qui quidem postmodum nobis rescripserunt, vt idem homo noster presentibus omnibus conuocatis commetaneis et vicinis reambulasset terram supradictam, et statuisset eidem Seraphino sub eisdem certis metis antiquis et erminis, sicut ante predictum Castrum nostrum eandem ter-

ram tenuit et possedit, nemine contradictore existente. Nos itaque fidelibus seruicijs ipsius Seraphini nobis laudabiliter inpensis respondere uolentes Regio cum fauore, memoratam terram Castri nostri Zulgageuriensis Fuldombo nuncupatam, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis uniuersis, contulimus, dedimus, donauimus atque tradidimus prefato Seraphino de nostra certa consciencia, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. Vt igitur donacio nostra huiusmodi de uoluntate Baronum nostrorum legitime et iuste facta perpetuo perseueret, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus uenerabilis uiri Magistri Thome Albensis Ecclesie Electi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri; anno Domini M°CC° septuagesimo septimo, Regni autem nostri anno sexto.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös-zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

115.

IV. László király megerősíti saját Tavarnuk helységet tárgyazó adományát a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1277.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crowacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod frater Petrus de Ordine Fratrum Predicatorum de Insula Beate Virginis ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis patentes litteras nostras sub sigillo anuli nostri confectas; petens cum instancia, ut easdem ratas habere, et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum tenor talis est:

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie stb. (következik IV. László királynak 1277-ki adománylevele, mint alább 118. sz. a.)

Nos igitur peticionem (így) eiusdem fratris Petri liberalitate Regie annuentes, prefatas litteras de uerbo ad uerbum insertas auctoritate presencium duximus confirmandas, dupplicis sigillli nostri munimine roborando. Mete autem ipsius terre, prout in litteris Capituli Budensis, sub quorum testimonio per discretum uirum Magistrum Johannem Prepositum Ecclesie eiusdem memoratam dominam Elisabeth sororem nostram karissimam in corporalem possessionem dicte terre fecimus introduci, contineri uidimus, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte orientali, vbi dicuntur esse tres mete terree et antique, separantes una a terra Neweg, alia a terra Toxun, tercia a terra Tawarnuk; hinc procedendo uersus meridiem ad terram Alberth sunt per ordinem sex mete terree; et ibi perueniendo ad terram Alberth sunt tres mete, quarum una separat a terra Neweg, altera a terra Alberth, tercia a terra Tawarnuk; hinc eundo ad eandem meridionalem partem sunt per ordinem quatuor mete; post hec iuxta unam uiam sunt tres mete, una meta uille Wang, alia terre Ded, tercia terre Tarnuk; hinc inter terram Ded et Tarnuk sunt due mete; hinc tendit uersus occidentem, iuxta unum monticulum Patol sunt tres mete, vna ville Wosyan, alia terre Nicolay, tercia terre Tarnuk; hinc parum procedendo est una meta terre Nicolay et terre Tarnuk; hinc paulisper procedendo sunt tres mete, una terre Nicolay, alia terre Toxun, tercia terre Tarnuk; et ibi terminatur. Vt igitur huiusmodi donacionis et confirmacionis nostre series robur perpetue firmitatis optineat, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Thome in Prepositum Albensem Electi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LXX° septimo, Regni autem nostri anno sexto.

(Eredetie bőrhártyán, a zöld-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

116.

IV. László király megerősíti IV. Béla királynak 1269-ki Kokos földet tárgyazó adományát István, Lothardnak fia számára. 1277.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Çumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Comes Stephanus filius Lothardi ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quoddam priuilegium felicis recordacionis Serenissimi Regis Bele karissimi aui nostri, non abolitum, non cancellatum, non rasum, nec in aliqua sui parte viciatum, petens cum instancia, ut et nos ipsum priuilegium et collacionem iam dudum in ipso priuilegio ei factam, confirmare de benignitate Regia dignaremur. Cuius tenor talis est:

Bela D. gr. Hungarie stb. Rex stb. (következik IV. Béla királynak adománylevele, mint gyűjteményünk VIII., vagyis a második folyam 3. kötetében 232. l.)

Nos igitur peticionibus eiusdem Comitis Stephani inclinati, ne nostra Regalis Excellencia omissa deliberacionis serie donacionem seu confirmacionem huiusmodi collacionis facere propere uideatur, ad maiorem rei certitudinem et cautelam ipsum priuilegium de verbo ad uerbum presentibus inserendo fecimus confirmari. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus discreti viri Magistri Johannis Budensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, Regni autem nostri anno quinto.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét sárga-vörös selyemzsinóron függött, de már lemállott. Mélt. Szalay Ágoston úr gyűjteményében.)

117.

IV. László király a szent Pantaleon monostora feletti kegyuri jogot Gabrián mester fiainak visszaadja. 1277.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum propter cultum Diuini Nominis Monasterium Sancte Pantaleonis, situm in insula Danubij, ad peticionem Sororum Sancte Katherine de valle Sancte Marie, quia vacuum erat et omnibus bonis destitutum, ipsis Sororibus contulissemus; ignorantes de jure et hereditate Dominici, Jacobi et Gabriani filiorum Magistri Gabriani extitisse: quia tamen postmodum per Barones nostros et uniuersos Regni nostri nobiles constitit euidenter, quod ipsum Monasterium cum omnibus possessionibus, populis et suis pertinencijs jure hereditario ad predictos filios Magistri Gabriani pertinebat, fidelitatibus et seruicijs eorundem consideratis, que nobis indefesse, cum Regnum nostrum inopinata calamitate opprimeretur, non tam per bellum intestinum, quam per potenciam Regis Boemorum, qui per astuciam sue peruersitatis municiones seu castra Regni nostri occuparat, inpenderunt, maxime in expugnacione castri Jauriensis, vbi ijdem fuerunt per ictus lapidum et sagittarum letaliter wlnerati; de consilio Baronum et Regni nostri nobilium predictis Dominico, Jacobo et Gabriano, filijs Magistri Gabriani, dictum Monasterium, cum omnibus possessionibus, populis, et alijs pertinencijs restituendum duximus et reddendum, reuocantes collacionem seu donacionem factam per litteras nostras uel priuilegium Sororibus Beate Katherine memoratis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Deme-

trij Prepositi Albensis, domini Pape Capellani et Subdiaconi, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo CC° septuagesimo septimo, Regni autem nostri anno quinto.

(Robert Károly királynak 1330. IX. Kalendas Maii kiadott megerősítő privilegiumából, melyet kért „Magister Gebeu filius Gabriani, Vicecastellanus de Bolonduch"; a budai kir. kamarai levéltárban.)

118.

IV. László királynak Tavarnuk helységet tárgyazó adománya a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1277.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod nos ob deuocionem, quam habemus erga Beatam Virginem, et salutem anime nostre, quandam terram Tawarnuk vocatam, in medio possessionum domine Elizabeth sororis nostre de Insula Beate Virginis adiacentem, quam Thorzok Comano contuleramus, ab eodem penitus reuocando, et suas litteras irritando et reuocando, eidem domine Elizabeth et Ecclesie Beate Virginis dedimus, donauimus et contulimus perpetuo possidendam. Vnde volumus, quod nullus tam de Hungaris quam Comanis eandem sororem nostram vel officiales suos racione ipsius terre audeat vel presumat molestare. Super quo eciam eidem nostrum priuilegium conferemus, cum presentes nobis fuerint reportate. Datum Bude tercio die Beati Francisci Confessoris, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

(IV. László királynak ugyan 1277-ki megerősítő privilegiumából, mint fentebb 115. sz. a.; a budai kir. kamarai levéltárban.)

119.

IV. László király megerősíti IV. Béla királynak 1267-ki, bizonyos udvarhelyiséget tárgyazó adományát, Miklós, a nyúlszigeti apáczazárda tisztje számára. 1277.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie significamus tenore presencium vniuersis, quod Nicolaus Officialis Ecclesie Beate Virginis de Insula exhibuit nobis patentes litteras B. Regis felicis recordacionis karissimi aui nostri in hec uerba:

Nos B. Dei gracia Rex Vngarie stb. (következik IV. Béla király adományozási okmánya, mint gyűjteményünk VIII., vagyis a második folyam III. kötetében 168. l.)

Quarum tenorem de verbo ad uerbum presentibus interseri facientes auctoritate presencium ad peticionem Nicolai Officialis dicte Ecclesie confirmamus. Datum iuxta Racus in quindenis Pentecostes anno Domini M°CC° septuagesimo septimo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

120.

IV. László király a szolgagyőri vár több jobbágyát nemesi rangra emeli. 1277.

— — — — quasdam litteras domini Andree olym Regis Hungarie similiter priuilegiales, nobis presentarat, que quidem videlicet ipsius domini Andree Regis littera priuilegialis, In anno Domini M° CC° nonagesimo nono, pridie kalendas Aprilis emanata, que videlicet tenorem litterarum

domini Ladislai olym similter Regis Hungarie, in anno Domini M° ducentesimo septuagesimo septimo confectarum, de uerbo ad uerbum in se continebat, declarabat; quod cum predictus dominus Ladislaus Rex cum suo magno et valido exercitu contra Othacarum Regem Bohemie, capitalem aduersarium suum, versus Moruam processisset, qui Rex Othacarus, insurgens et veniens contra ipsum vltra ipsam aquam Moruam et iuxta, fine laudabili cum suis jubente Domino victoriam optinuisset, qui eciam Rex Otthacarus miserabiliter in eodem exercitu fuisset interemptus; vbi Paulus filius Chepani, et Bodou filius Vothk frater eiusdem coram oculis eiusdem domini Ladislai Regis sibi et Regno suo atque Corone cum omni gracia seruiendi vsque effusionem suorum sanguinum, in eadem acie seruiuissent; quorum seruicijs respectu et obsequijs fidelitatibus eorum domini, licet eisdem in maiori prouidere debuisset, ipsum Paulum et filios eiusdem, videlicet Alexandrum, Paulum et Petrum; item Bodou, Stephanum et Ladislaum filios Vothk, fratres eiusdem Bodou; Vydus filium Michaelis, et Thomam filium Gabriani, ac alios cognatos eorundem, et per eos heredes heredumque successores cum terris et possessionbus eorum vniuersis Kezeu vocatis super fluuium Mylertou, et iuxta eiusdem fluuium in Vagkuz constitutis, de jobagionatu Castri Zulga-Jaurinensis transtulisset, recepisset et reduxisset, in cetum et numerum seruiencium Regalium et nobilium Regni sui, volens, vt tam ipsi, quam eorum heredes illa eadem libertate et prerogatiua nobilitatis gratularentur, qua alij nobiles Regni sui dignoscerentur gratulari; stb.

(Szepesi Jakab országbirónak egy 1376-ik évi — eredetben tek. Lippics László úrnál levő — itéletleveléből; közölte néhai Ráth Károly.)

121.

Erzsébet királynénak Dubza helységet tárgyazó adománya Jakab mester számára. 1277.

Elysabeth Dei gracia Regina Hungarie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam inspecturis salutem in Domino. In partem Reginalis sollicitudinis accedit metiri merita singulorum, et vnicuique secundum exigenciam meritorum respondere, vt hij quorum opera singulari quodam probitatis titulo commendari merentur, dum remuneracionis beneficio prospiciunt se fecundos, de uirtute crescere studeant in uirtutes; alij quoque eorum exemplo ad operu fidelitatis exercenda prompta semper et parata beniuolencia inuitentur. Proinde ad vniuersitatis vestre noticiam harum serie volumus peruenire; quod cum Magister Jacobus fidelis noster, vir utique nobilis et honestus, domino Ladizlao Illustri Regi Hungarie karissimo filio nostro in prosperis pariter et aduersis, personam suam casibus fortune committere non formidans, gratum in feruore mere fidelitatis inpenderit famulatum: volentes eidem in reconpensacionem seruiciorum suorum, licet ampliori prouisione dignus esset, aliquali remuneracionis stipendio respondere; quasdam villas nostras duas Dubza noncupatas in Comitatu Segusdiensi sibi inuicem contiguas et vicinas, in quarum altera ecclesia Beati Martini est fundata, cum suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis ipsi Magistro Jacobo et suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus perpetuo et pacifice possidendas. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes prefato Magistro Jacobo concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Gregorij aule nostre Cancellarij fidelis nostri anno Domini M°CC° septuagesimo septimo.

(III. Endre királynak 1298-ki megerősítő privilegiumából a budai kir. kamarai levéltárban)

122.

Miklós nádor Peer soproni polgárnak adományát megerősíti a borsmonostrai apátság számára. 1277.

Nos Nicolaus Palatinus, Comes Suprvniensis et Judex Cvmanorum, significamus tenore presencium vniuersis, quod vir venerabilis dominus S. Abbas Montis Sancte Marie et Conuentus nostra in presencia constituti petiuerunt a nobis humiliter et deuote, vt donacionem domini Peer quondam ciuis et Judicis Svprvniensis, videlicet Ecclesiam Sancti Jacobi cum tota sua possessione ibidem, que vocatur vulgo Chlingenpach, partem quoque Stephani Judicis eiusdem loci, et Philippi, quam ipse predicto Peer tradidid (így) plurimum ante tempus, et partem aliorum nobilium, Laurencij de Bik, Altman et Laurencij filiorum Taeke, quas ipse propria ab eis pecunia comparauit, secundum quod in priuilegio ciuium plenius est expressum, nostro dignaremur priuilegio confirmare. Nos itaque viso priuilegio, auditisque ciuibus vniuersis, qui in eodem testamento et tractatu fuerunt vsque ad debitum cause finem, donacionem supradicti Peer, secundum quod ipse prenotatam terram possederat, cum omnibus eius pertinencijs, secundum ciuium priuilegium sigillo nostro ratificamus et in perpetuum roboramus. Datum in Gindes in Circumcisione Domini anno Domini M°CC°LXX°VII°.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hátul oda nyomott pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

123.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Pál mester a királyné jegyzője, testvére Péter megöletése tárgyában a cholnoki népekkel barátságosan egyezkedett. 1277.

Nos Capitulum Ecclesie Strigoniensis damus pro memoria, quod sicut in litteris Hermanni Magistri et Conuentus Cruciferorum Ecclesie Sancti Regis de Strigonio vidimus contineri in causa, quam Magister Paulus aule domine Regine Notarius de Deer, et Comes Martinus Officialis Comitis Dominici Castellani de Wysagrad pro eodem D. Comite domino suo super interfeccione Comitis Petri fratris ipsius Magistri Pauli, qui quidem Petrus fuerat seruiens D. Comitis predicti, ac super interfeccione paruuli et cognati eiusdem, et ablacione rerum suarum, contra populos dominarum sororum de Insula Sancte Marie de villa Cholnuk mouerant, inter partes predictas per arbitrium bonorum virorum extiterat taliter ordinatum: quod predicti populi de villa Cholnuk prefato Magistro Paulo et eius fratribus, scilicet Peturke et Paulo debuerant soluere coram predicto Conuentu sexagita marcas in tribus terminis ad hoc assignatis. Et cum nos ad peticionem dominarum sororum predictarum nostrum eciam hominem ad maiorem cautellam misissemus, cuius testimonio predicta fieret et compleretur solucio, idem homo noster ad nos postmodum rediens nobis retulit: quod in ultimo termino ad soluendum assignato, prefati populi de Cholnuk in predicti Conuentus et ipsius hominis nostri presencia soluerunt prefato Magistro Paulo et Peturke fratri eius, presente Magistro Jacobo Notario Dominici Comitis, decem et octo marcas: residuum uero ipsarum sexaginta marcarum fuerat in prioribus terminis persolutum. Et prefati Magister Paulus, et Peturke, ac Notarius D. Comitis predictos populos de Cholnuk super morte et rebus predictis reliquerunt expeditos; ita quod si qui de cetero

ipsos populus de Cholnuk racione mortis predicte impetere attemptarent, Magister Paulus et fratres eius, ac Comes Dominicus, secundum formam composicionis inter partes habite, et continenciam litterarum Magistri et Conuentus predictorum teneantur eos defendere et expedire suis proprijs laboribus et expensis. Datum in crastino festi Sancti Regis Stephani anno Domini M°CC°LXX°VII°.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

124.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Balsam nevű nő hetven holdnyi birtokot Surki Duruzló mesternek eladott. 1277.

A B C D.

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo notum facimus tenore presencium vniuersis, quod domina Balsam filia Jacobi de Purbuse coram nobis constituta illa septuaginta iugera terrarum sub antiquis metis, que sibi racione quarte vigore priuilegii venerabilis patris O. Episcopi Jauriensis bone memorie prouenerant, simul cum illa terra sua, quam olim pater suus Jacobus a quodam Endury nostro priuilegio compararat, prout tocius negocij series in eodem priuilegio plenius continetur, duxit exponenda uendicioni Magistro Duruzlao filio Duruzlay de Surk pro sexaginta marcis plenarie receptis ab eodem hereditario iure inreuocabiliter possidenda, ipsis priuilegiis eidem Magistro Duruzlao datis et assignatis coram nobis. Cuius quidem uendicioni Gugune et Jacobus filij Georgij pro se et pro Johanne fratre eorum, relicta eisdem Georgij cum Bese filio suo; Paulus filius Pauli; Ivanka et Laurencius filij Ioan pro se et pro Jacobo ac Tyburcio; Benedictus filius Turloud pro se et pro Laurencio fratre suo; Pariz filius Paka pro se et proBogomerio fratre suo; Zere-

chin filius Marcelli pro se et pro Marcello patre suo; Martinus filius Dyda et Ruha filius Puganch de Purbuse; Moys et Nicolaus filij Farcasi pro se et pro Pousa fratre eorum, jobagiones castri de Chakan; Gothardus filius Samka, Romanus filius Ondus, et Jurk filius Adriani de villa Kysfolud, Deudalus filius Chundus, Almus filius Pousa, Stephanus filius Chud pro se et pro Moys fratre suo de villa Jobagfalua, qui se illarum terrarum commetaneneos esse dicebant, consensum prebuerunt et asensum. Quod ut ratum sit, presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum; Magistro Thoma Preposito Ecclesie nostre, Oliuerio Cantore, Custodia vacante, Symone Decano existentibus; anno gracie M°CC° septuagesimo septimo.

(Eredetie a Rumy család levéltárában, másolata a magyar academia kéziratí gyűjteményében.)

125.

A zágrábi káptalannak Gordun comes és Branichi György közti birtokcserét táryyazó bizonyságlevele. 1277.

Nos Capitulum Ecclesie Zagrabiensis significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod Comite Gardun filio Gardun cum Wlkuzlao fratre eiusdem a parte vna, ex altera vero Georgio filio Branich, cum Mark, Fyle, Selk, Ete, Prohan et Pows fratribus suis coram nobis personaliter constitutis, ijdem retulerunt fecisse tale concambium super quibusdam ipsorum possessionibus inter ipsos; videlicet quod dictus Georgius, et fratres sui prenominati, terram ipsorum in capite fluuij Lona existentem, cum castro in eadem terra existenti, et omnibus alijs vtilitatibus et pertinencijs eiusdem terre dedissent et contulissent predictis Comiti Gardun et Wlkuzlao fratri eiusdem, et per eos suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo possidendam, sub eisdem signis et terminis, quibus eam hactenus possederunt. In cuius

terre seu possessionis sue concambium predicti Gardun Comes et Wlkuzlaus frater eiusdem de consensu et assensu proximorum suorum tres villas ipsorum: Vztricha, Prisnicha, Bisicha uocatas similiter cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs ipsarum villarum predictis Georgio et fratribus suis prenotatis dederunt et contulerunt sub eisdem signis et terminis, quibus hactenus predictas villas possederunt in filios filiorum pleno iure in perpetuum possidendas. Verum quia possessio Georgij et fratrum suorum mayoris erat valoris, ijdem Gardun Comes et frater suus antedicti triginta marcas denariorum Banalium predictis Georgio et fratribus eiusdem superaddiderunt, quas confessi sunt singulas cum singulis quinque pensis computatas, ab eisdem plenarie recepisse. Interuenit eciam, quod si aliquam parcium super possessionibus partis alterius processu temporis per quempiam impeti uel molestari contingeret, pars altera expedire tenebitur proprijs laboribus et expensis. Vt ergo huiusmodi concambium robur optineat perpetue firmitatis, presentes ad instanciam parcium concessimus litteras sigilli nostri robore communitas. Datum anno Domini M°CC°LXX° septimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét vörös-violásszinű selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.

126.

A somogyi konventnek bizonyságlevele, hogy János comes Mogoreyban lévő birtokának határaira nézve az ottani várnépekkel barátságosan egyezkedett. 1277.

Conuentus Monasterij Sancti Egidij de Symigio omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Noticie cunctorum declaramus: quod Comes Johannes filius Iseph ab una parte; Zenke filius Bed, Joanka filius Kyren, Nicolaus

filius Tyze, Benke filius Emirici, Petrus filius Pyntek, Nyged filius Marcus castrenses de villa Mogorey, una cum Antaleo filio Wytalus de Maach homine Gregori Bani Comitis Symigiensis, personaliter ex altera coram nobis constituti, idem Comes Johannes dixit, ut haberet terram cum terris castrensium predictorum in dicta villa Mogorey coniunctim et sine diuisione, et nunc uellet separare de eisdem, eo quod propter presentem Regni descensionem et guerram nollet cum ipsis castrensibus possidere seu tenere. Cuius Comitis Johannis dicta prenominati castrenses uera esse communiter afirmarunt, et idem Comes Johannes, et etiam castrenses iam dicti hominem nostrum fidelem pro testimonio postularunt, in cuius presencia mediante Antalo filio Vitalus per Gregorium Banum Comitem Symigiensem dato, ipse Comes Johannes terram suam separaret de castrensibus memoratis, et undique metis distingeret seu signaret. Nos autem fidelem hominem nostrum misimus cum Comite Johanne ad omnia premissa exequenda; qui postmodum cum Comite Johanne memorato, Antalo filio Wytalus, Zenke, et omnibus socijs suprascriptis castrensibus, ad nos reuersus nobis dixit: ut dum terram suam Comes Johannes separare de terris ipsorum castrensium voluisset; ijdem castrenses asseruerunt, se super sua propria terra non posse commorari, si ipse Comes Johannes suam terram separaret ab eisdem; et ibi dicti castrenses rogauerunt Comitem Johannem memoratum, ut ipsorum peticionibus humilibus se inclinaret; et sicut ijdem castrenses in nostra presencia constituti et Comes Johannes pretaxatus dixerunt, ipse Comes Johannes misericordia motus ipsorum peticionem admisisset, ac dictam terram suam similiter sine diuisione possideret cum eisdem, prout actenus tenuit et possedit. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem et instanciam Comitis Johannis filij Iseph, Zenke et sociorum suorum castrensium predictorum presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini M°CC°LXX° septimo, Elya Abbate, Lukach Decano, Petro Custode existentibus.

(IV. László királynak 1279-ki megerősítő privilegiumából, mint alább.)

127.

A keresztesek székes-fehérvári konventjének bizonyságlevele, hogy Chegvei Salamon Egenkuth nevű helyen lévő szőllejét Pál olendrédi papnak eladta. 1277.

Conuentus Domus Hospitalis Jerosolomitani de Alba omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Salomon filius Bek de villa Chegue de populis Monasterij de Mayad pro se et pro ipso Bek patre suo, et pro Chama, et pro Johanne filijs ipsius Bek, fratribus suis, coram nobis constitutus quandam vineam suam emticiam, ut dicebat, in territorio ipsius ville Chegue in loco Egenkuth uocato, iuxta vineam Michaelis, Crestus et Jacobi filiorum Ibus de villa Gyug a parte meridionali super tribus iugeribus terrarum sitam, cum terra duorum iugerum pro plantanda vinea competenti ab oriente eidem vinee annexa Paulo clerico filio Stephani clerici de villa Olendred pro quatuor marcis denariorum perpetuo et pacifice possidendam est confessus uendidisse, et ipsam pecuniam ab eodem Paulo clerico plene recepisse; eo assumpto, quod quicunque predictam vineam uel terram duorum iugerum memoratam ab ipso Paulo clerico uel ab eius heredibus repetere uoluerit in posterum, idem Bek et eius filij superius nominati, ac consequenter heredes ipsorum, semper et vbique expedire tenebuntur labore proprio et expensa. In cuius rei testimonium et memoriam pleniorem ad peticionem iam dicti Salomonis Paulo clerico sepedicto presentes dedimus litteras nostro sigillo communitas; anno Domini M°CC° septuagesimo septimo octauo idus Nouemsris. Fratre Robertho Priore eodemque Custode Ecclesie nostre, et fratre Wgone Preceptore Domus nostre existentibus.

(A keresztesek székes-fehérvári konventjének 1328. „nono idus Julij, fratre Markus Preceptore et fratre Philippo Custode Ecclesie nostre existentibus“ „Johannes filius Mathei proximi quodam Pauli clerici de Inferiori villa Endred“ számára kelt átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban.)

128.

A keresztesek esztergami konventjének bizonysága, hogy a Cholnuki népek Péter comes megöletése tárgyában választott biróság által 58 girányi birságban elitéltettek. 1277.

Nos Hermanus Magister et Conuentus Domus Hospitalis Sancti Stephani Regis de Strigonio damus pro memoria, quod cum Magister Paulus aule Regine Notarius de Deer, et Comes Martinus Officialis Comitis Dominici Castellani de Visagrad pro eodem domino suo super interfeccione Comitis Petri fratris Magistri Pauli, et paruuli cognati eiusdem ac ablacione rerum suarum contra vniuersos populos sororum de Insula Beate Virginis de uilla Cholnuk mouissent questionem, et ipsa causa aliquamdiu fuisset uentilata; tandem post produccionem testium mediantibus uiris ydoneis, Comite videlicet Archyno, Elkyno uillico, et Gerardo, ciuibus Strigoniensibus, item Michaele Comite Camere Regis, Augustino Preposito Chenadiensi, et Comite Mark de genere Rysd arbitros per partes adductos, ad talem pacis et concordie peruenerunt unionem coram nobis, quod ijdem populi de uilla Cholnuk uniuersaliter eidem Magistro Paulo et fratribus suis, Peturka scilicet et Paulo soluerent sexaginta marcas minus duabus marcis in terminis assumptis coram nobis; viginti marcas scilicet soluerent in dominica Judica partim in denarijs dando decem pensas Viennenses pro qualibet marca, aut quinque pensas denariorum Banalium, partim uero in estimacione condigna; item viginti marcas soluerent in octauis Pentecostes modo supradicto; residuas uero decem et octo marcas soluerent in octauis Sancti Laurencij martiris modo superius annotato, ita tamen quod medietatem solucionis denariorum deberent facere in denarijs Banalibus, medietatem uero in Viennensibus, sicut superius est expressum. Tali pena interposita, quod si primum terminum obmiserint in soluendo, incurrent dupli penam; si uero secundum, amittent pecuniam prius persolutam; et si terciam solucionem facere non curauerint, pe-

cunia in prioribus duobus terminis persoluta amittetur eo ipso. Pars autem de arbitrio predictorum uirorum resiliens triginta marcas soluere tenebitur parti composicionem tolleranti. Dicimus eciam, quod solucionem predicte totalis pecunie in ipsis tribus terminis debitam, nec per litteras Regias, nec eciam ingenio aut casu aliquo ijdem populi de Cholnuk differre poterunt ullo modo. Nec hoc pretermittimus, quod Comes Dominicus et Magister Paulus, una cum fratribus suis predictis, populos de uilla Cholnuk super morte predicta ab omnibus eosdem inquietare uolentibus tenebuntur defensare, sicut Martinus Officialis Comitis Dominici pro eodem domino suo assumpsit coram nobis. Partes autem judicem placare tenebuntur in communi. Datum in vigilia Purificacionis Beate Virginis anno Domini M° CC° LXX° septimo.

(Eredetie börhártyán, melyen a pecsétnek töredéke látszik még, a budai kir. kamarai levéltárban.)

129.

A keresztesek esztergami konventjének bizonyságlevele, hogy a Cholnuki népek a rájuk kimondott birságot lefizették. 1277.

Nos Magister Hermanus et fratres Domus Hospitalis Sancti Regis Stephani de Strigonio significamus quibus expedit memorie commendantes; quod cum populi de villa Cholnuk iuxta cursum priorum litterarum nostrarum Magistro Paulo aule domine Regine Notario de Deer pro interfeccione seu morte Comitis Petri fratris Magistri Pauli et paruuli cognati eiusdem, ac ablacione rerum suarum, arbitrantibus viris idoneis, Comite videlicet Archyno, Elkyno Villico, et Gerardo, ciuibus Strigoniensibus, item Mychaele Comite Camere domini Regis, Augustino Preposito Chanadiensi, et Comite Mark de genere Rusd, et fratribus eiusdem Magistri Pauli, Peterke scilicet et Paulo, sexaginta marcas minus

duabus marcas coram nobis partim in denarijs dando decem pensas Viennenses pro qualibet marca, partim in extimacione condigna soluere debuissent tribus terminis, videlicet in dominica Judica, in octauis Pentecostes, et in octauis Sancti Laurencij consequenter successiuis: hijdem populi de villa Cholnuk primo, secundo et tercio terminis Magistro Paulo et suis fratribus memoratis coram nobis soluerunt totam pecuniam per seriem pretaxatam; quos videlicet vniuersos populos de villa Cholnuk, jobagiones sororum de Insula Beate Virginis, Magister Paulus et fratres eiusdem sepedicti reddiderunt ab inpeticione ipsius cause penitus expeditos; asummentes eosdem populos defendere ab omnibus quolibet tempore omni occasione postposita, una cum iuuamine et adiutorio Dominici Comitis de Wysagrad; qui pro se ad asummendum hoc Officialem suum Martinum nomine ad nos miserat, cum ipse Petrus Comes interfectus una cum paruulo suo, ut dictum est, fuerit seruiens Dominici Comitis annotati. Defendent tamen eos, sicut asumserunt, laboribus proprijs et expensis. Datum in octaua Sancti Laurencij anno gracie M°CC° septuagesimo septimo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

130.

A keresztesek uj-udvari konventjének Boborban lévő részbirtoknak határszabályozását tárgyazó bizonyságlevele. 1277.

Nos Conuentus Fratrum Cruciferorum Domus Hospitalis de Noua Curia memorie commendantes notificamus quibus expedit vniuersis: quod litteras domini Regis exhibente Comite Ochuz recepimus continentes, ut hominem nostrum pro testimonio mitteremus, coram quo Zeech de Vruzthun homo eiusdem domini Regis quandam particulam terre Bobor uocate, in eiusdem antiquis metis et terminis, coram Abbate Zaladi-

ensi uel officialibus eiusdem statueret eidem Comiti Ochuz possidendam, metis nouis iuxta ueteres erectis. Nos igitur Regie Celsitudinis mandato reuerenter, ut tenemur, occurrentes, hominem nostrum virum ydoneum cum eodem Zeech homine domini Regis misimus ad ipsum negocium exequendum. Qui ad nos reuersus retulit per nos requisitus: quod in ipsius presencia idem homo domini Regis, presentibus et consencientibus ac permittentibus Abbate Zaladiensi, Buthur officiali eiusdem Monasterij, Johanka, Laurencio et Lorando, ac alijs iobagionibus ipsius Ecclesie statuisset ipsam terram in eisdem antiquis metis et nouis iuxta easdem erectis, predicto Comiti Ochuz iure perpetuo possidendam, nulla penitus contradiccione mediante. Cuius quidem terre metarum distinccio incipit ab occidente in monte a quadam magna arbore ilicis iuxta viam magnam existentis, in qua est meta angularis; inde procedit ad orientem penes virgultum ab aquilone, et peruenit ad duas metas terreas; dehinc descendit directe per terram arabilem ad orientem, et pertransita quadam publica strata uenit ad duas metas terreas in extremitate feneti constitutas; abinde incidit in nemus, quo directe protendito incidit in fluuium Zala, et ibi terminatur. In cuius facti seu statucionis memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, anno Domini M°CC°LXX° septimo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

131.

Sol mester demesi prépost Olkulchar nevü birtokát Edelyni Miklós fiainak elzálogosítja. 1277.

Nos Magister Sol Diuina miseracione Prepositus Dymisiensis vniuersis quibus expedit memorie commendantes significamus: quod inito consilio cum iobagionibus Ecclesie nostre, Pouka scilicet filio Mortunus, Petro filio Myko, et Orachino de Vrs, pro quibusdam necessitatibus Ecclesie subleuandis, et subleuatis, quandam possessionem eiusdem Ecclesie nostre Olkulchar uocatam, uacuam et habitatoribus destitutam, sub suis antiquis metis et terminis coram Conuentu de Alba Comiti Alexandro de Mehus, Symoni et Johanni filijs Nycolai de Edelyn, pro decem marcis denariorum Banalium pro qualibet marca cum sex pensis numeratorum pignori obligauimus a festo Sancti Johannis Baptiste nunc uenturi usque ad reuolucionem quinti anni, eo pacto, quod si reuoluto quarto anno in festo Sancti Johannis Baptiste possessionem predictam cum decem marcis prenominato modo a Comite Alexandro, Symone et Johanne predictis refusis et solutis redimeremus, bene quidem; alioquin penam dupli incurremus. Assumpsimus eciam coram eodem Conuentu, quod dictam possessionem usque ad ipsius quarti anni reuolucionem redimendi non haberemus facultatem a viris memoratis. Et ut hoc certum permaneat usque tempus predictum, cum litteris nostris sigillo nostro obpresso confirmamus. Datum in crastino octauarum Pentecostes anno Domini M°CC° septuagesimo septimo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

132.

A keresztesek fehérvári konventjének ezen elzálogosítást tárgyazó bizonyságlevele. 1277.

Nos Conuentus Domus Hospitalis de Alba damus pro memoria, quod vir discretus Magister Sol Prepositus Ecclesie Dymisiensis coram nobis personaliter constitutus, pro quibusdam necessitatibus predicte Ecclesie subleuandis, quandam possessionem eiusdem Ecclesie Olkulchar uocatam, uacuam et habitatoribus destitutam, ut dicebat, sub suis antiquis metis et terminis Comiti Alexandro de Mehus, Symoni et Johanni filijs Nicolay de Edelyn pro decem marcis denariorum Banalium pro qualibet marca cum sex pensis numeratorum, pignori obligauit a festo Sancti Johannis Baptiste nunc uenturo usque ad reuoalucionem quinti anni; eo pacto, quod si reuoluto quarto anno in festo Sancti Johannis Baptiste idem Magister Sol dictam possessionem cum decem marcis modo prenotato coram nobis refusis et solutis redemerit, bene quidem; alioquin penam dupli incurret; sicut id ultronea assumpsit uoluntate. Dicimus eciam, quod quidam, qui se Poukum filium Mortunus, Petrum filium Myco, et Orachinum de Wrs uocarunt, et iobagiones dicte Ecclesie esse dixerunt, coram nobis comparendo eidem impignoracioni memorate possessionis consensum prebuerunt et assensum. Hoc eciam non pretermittimus, quod usque ad ipsius quarti anni reuolucionem dictam possessionem redimendi non habebit facultatem Prepositus superius nominatus. Datum in crastino octauarum Pentecostes anno Domini M°CC° septuagesimo septimo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

133.

Biter zólyomi főispán királyi parancsból Numsur nevű földnek határait szabályozza. 1277.

Nos Biter Comes dē Zoulum damus pro memoria, quod nos litteras domini Regis nobis preceptiuas recepimus in hunc modum: vt personaliter accederemus ad faciem terre Numsyr vocate, et perambulantes per metas antiquas Mathie filio Andree de Turoch statueremus possidendam. Cuius preceptis nos obtemperantes, accedendo ad faciem dicte terre, perambulauimus in metis antiquis et statuimus possidendam Mathiae supradicto. Cuius terre ordo metarum talis est: Prima meta incipit vulgo in Harmansar tendens ad berk, vbi semita metas in commetaneitate ville Gay distingit; et per medium ipsarum duarum metarum descendit in semita, et vadit ad magnam viam, ubi sunt mete; inde venit uersus occidentem descendendo per eandem viam, uenit ad arbores *tulgfa*, sub quibus sunt terree mete; inde per eam inferius descendendo sunt mete in vtraque parte vie; inde descendens continuantur terre sacerdotis Sancti Michaelis, vbi sunt mete; inde saliens tendit uersus septemtrionem, et venit ad viam, que ducit ad syluam, vbi sunt mete; inde reflectitur versus occidentem, et venit ad arborem pomi, sub qua est meta; inde veniens cadit ad fluuium Surnuncha, vbi sunt mete; inde descendens per ipsum fluuium uersus septemtrionem uenit ad salices, sub quibus sunt mete, vbi exit de flumine antedicto uersus orientem, uenit ad magnam viam, vbi sunt mete; ubi continuantur terre Diwek; inde declinans uersus septemtrionem per eandem viam descendendo in spacio sunt mete; inde extra tendens uersus orientem venit ad fluuium Surnocha, vbi sunt mete; ibi transiens fluuium Surnocha uenit per syluam ad arborem pomi, sub qua est meta, ibi erunt commetanei filij Wydas; inde exit de sylua et venit ad metas terreas, vbi separat de terra Moys et filijs Wydas; inde venit ad viam, et eundo per eam venit ad duas metas; inde venit ad salicem,

sub qua est meta, vbi separat a Janko et Moys; inde tendit versus occidentem, in ipso potok descendendo venit ad salices, sub quibus sunt mete; inde extra tendens versus meridiem per viam eundo venit ad arbores *tulgfa*, sub quibus sunt mete; inde venit et cadit ad fluuium Marza, vbi sunt mete; ibi ascendendo per ipsum fluuium versus orientem venit ad metas, vbi separat a villa Roxa; inde venit ad metas, vbi fluuius Marza binatur; inde ascendit per eundem versus meridiem in paruo saliendo de ipso in via sunt mete; inde tendit per eandem viam versus orientem, venit ad arborem *zylfa*, vbi est meta; et inde venit ad alpes magnas, vbi fons Regius inter petras habetur; et ibi terminatur. Ideo litteras nostras ad premissum factum concessimus et firmitatem, vt domini preceptum valeamus adimplere. Datum in die Sancti Georgij anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

(IV. László királynak 1278-ki megerősitő okmányából, mint alább 144. szám alatt.)

134.

IV. László király megerősiti a nyúlszigeti apáczazárdát a neki Péter, Uza fiától hagyományozott javak birtokában. 1277. körül.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis: quod cum Petrus filius Vza, carens solacio liberorum, vniuersas possessiones suas, hereditarias uidelicet, empticias et aquisitas, ex permissione domini St. clare recordacionis, olim illustris Regis Hungarie patris nostri karissimi, in bona ualetudine in anime sue remedium legasset Ecclesie Beate Virginis de Insula, sicut id in patentibus litteris ipsius patris nostri exinde confectis uidimus contineri; et demum eodem Petro in area duelli per suum aduersarium interempto, predicte possessiones per Comitem Gregorium Vicepalatinum pro suis iudicijs recepte fuissent, tanquam possessiones in male-

ficio reprehensi; tandem nos, quia id quod semel Ecclesie reliquitur, irretractabile esse debet, sepedictas possessiones ipsius Petri sic defuncti, tam hereditarias, quam empticias et aquisitas, sicut premittitur; et specialiter terram Pomaz uocatam, et quandam vineam eiusdem in territorio Budensi existentem, simul cum molendino sito in Calidis Aquis apud Budam, ab ipso Gregorio, et ab alijs quibuslibet, qui in eisdem ius habere se antumant, remouendo reliquimus eidem Ecclesie Beate Virginis perpetuo pacifice possidendas. Datum Bude feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hátára nyomott pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban)

135.

IV. László királynak ugyanarra vonatkozó, a budai káptalannak szólló iktatási parancsa. 1277. körül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Budensi salutem et graciam. Cum nos vniuersas possessiones Petri filij Vza heredum solacio destituti, tam hereditarias, quam empticias et aquisitas, et specialiter terram Pomaz uocatam, secundum quod idem Petrus in bona ualetudine, ex permissione domini St. clare recordacionis olim illustris Regis Hungarie patris nostri karissimi legauit Ecclesie Beate Virginis de Insula, sicut id in eiusdem litteris inspeximus contineri, reliquerimus Ecclesie memorate: volumus et fidelitati uestre mandantes precipimus, quatenus mittatis unum ex uobis virum ydoneum pro testimonio, coram quo Paulus Tauarnicus noster predictas possessiones reambulet presentibus omnibus commetaneis et vicinis, et statuat ipsi Ecclesie possidendas, contradiccione cuiuslibet non obstante;

et post hec quicquid circa hoc actum fuerit, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude in crastino Ramispalmarum.

(Eredetie bőrhártyán, az oldalvast odanyomott sárpecsétnek töredéke megvan, a budai kir. kamarai levéltárban.)

136.

IV. László királynak Székelyhid helyseget tárgyazó adománya Péter comes Doroghnak fia számára. 1278.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Deposcunt merita et fidelitates exigunt Corone Regie deuotorum, ut eorum peticionibus tanto feruencius sui fauoris gracia occurrat Regia Celsitudo, quanto se fidelitate prompciores in Regni negocijs magistra rerum experiencia docuerunt. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire; quod Comes Petrus filius Dorogh vna cum fratribus suis, Laurencio scilicet et Nicolao ad nostram accedentes presenciam a nobis instanter pecijt et deuote, vt quandam terram Zekulhyd vocatam, quam suam et progenitorum suorum esse hereditariam asserebat, ac tempore Tartarorum alienatam, et per Comitem Paulum ac filios eius, Nicolaum scilicet, Vaenadam, Comitem Stephanum et Geregen occupatam potencialiter et detentam, sibi et suis fratribus restituere dignaremur. Nos itaque attendentes fidelia merita et meritoria ipsius Petri et fratrum suorum obsequia, quibus dinoscuntur in diuersis expedicionibus ac varijs Regni nostri negocijs arduis multipliciter claruisse; considerantes maxime, quod idem Petrus in bello, quo Rege Bohemorum interempto felicem fauente Domino sumus victoriam consecuti, in prima acie pro fidelitate nobis debita et Corone fortune uiribus se committens laudabiter cunctis videntibus dimicauit. Recensentes eciam dampnabilem infidelitatis reatum

predictorum filiorum Pauli Comitis, in quem non solum inclite recordacionis domini Stephani patris nostri, Serenissimi Regis Hungarie, verum eciam temporibus nostris se miserabiliter ingesserunt; dum idem Gregen, vt predictorum fratrum suorum Nicolai et Stephani facta attrocia velut notoria, nostre se Maiestati cum suis complicibus opponere ausu temerario non formidans, vastus et incendia per Regnum nostrum velut hostis publicus exercuit incessanter, qui tandem captus, et in nostra redactus vincula, dampnacionem sustinuit mortis per nostre sentencie calculum iuxta suorum exigenciam (de)meritorum. Cum decens sit et conueniens bonis premia elargiri, malis vero supplicia debita irrogari; volentesque prefati Petri peticionibus assurgere grato cum fauore, qui in quadam expedicione predicti gloriosi Regis Stephani patris nostri sub Budum, relacionibus veridicis, fertur letale wlnus dimicando cum hostibus excepisse: dictam terram Zekulhyd cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs eidem Petro et fratribus suis nominatis ac eorum heredibus in premium laudabilium meritorum, ac in recompensacionem dampnorum et destructionum possessionum eorundem, que dictus Gregen eis fecisse et intulisse dicitur, dum ipsi in predicto nostro essent exercitu, dedimus et contulimus, quin pocius restituimus et reddidimus, velut ipsorum, vt dicitur, hereditariam perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine robore communitas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Johannis Doctoris Decretorum, Prepositi Budensis, Electi Ecclesie Albensis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC° septuagesimo octauo, kalendis Septembris, Regni autem nostri anno septimo.

(Robert Károly királynak 1317. tertio idus Decembris kiadott privilegiumából, melyet „Magistri Iwahun et Petrus fillij Magistri Petri filij Dorugh de genere Guthkeled" kinyerték; s mely ugyan Robert Károly királytól 1323. „sexto idus Decembris" ujabb pecsétje alatt, és Zsigmond királytól 1401. „vndecimo kalendas mensis Maii" melyet „Egregius vir Magister Dauid filius Martini de Albeus Comes noster Zolyensis in sua nec non Magistrorum Laurencij fratris sui concarnalis, et Petri filij Mychaelis de Dob personis" kért privilegialis formában; a budai kir. kamarai levéltárban.)

137.

IV. László királynak Thezaar nevű birtokot tárgyazó adománya Jaak nemzetségbeli Jaak számára. 1278.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod consideratis meritorijs obsequijs et obsequiosis meritis Comitis Jaak filij Ebed de genere Jaak, que nobis et karíssimo patri nostro Regi Stephano inclite memorie in omnibus expedicionibus Regni nostri, et specialiter in conflictu, quem contra Regem Boemie habebamus, in quo eodem Rege in area belli interempto, alijs uero suis Baronibus cesis et quibusdam in captiuitatem redactis, idem Comes Jaak intime fidelitatis desiderium exprimens, sub nostro vexillo hostium cuneos non formidans, sed in concepta fidelitate fideliter perseuerans felici triumpho militauit, ac propter alia ipsius seruicia, que tempore persecucionis infidelium nostrorum nostre gracie se submittens, nolensque eisdem adherere, in suis possessionibus et rebus dampna quamplurima est perpessus; pro hijs igitur et huiusmodi seruicijs predicti Jaak occurrere volentes Regio cum fauore, in aliqualem recompensacionem suorum seruiciorum nobis fideliter impensorum, quandam terram castrensium Castri Ferrei Thezaar vocate, terre sue Jaak vocate contiguam et vicinam, a castrensis condicionis hominibus eandem habitantibus destitutam, nostreque collacioni pertinentem, in cuius quidem terre pacificia et quieta possessione dictus Comes Jaak a tempore Regis Bele aui nostri et Regis Stephani patris nostri Illustrium Regum Hungarie felicium recordacionum pacifice et quiete permansisse dinoscitur usque modo, dedimus, donauimus et contulimus eidem Comiti Jaak et suis heredibus heredumque suorum successoribus sub eisdem metis et terminis iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius rei

memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Johannis Prepositi Budensis, Albensis Ecclesie Electi, Aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC°LXX° octauo, tercio kalendas Septembris Regni autem nostri anno septimo.

(Eredetie börhártyán, melyről a zöld-sárga-viola szinü szelyemzsinóron függő pecsét már lehullott, a nemz. museum kézirattárában.)

138.

IV. László királynak Szilvás helységet tárgyazó adománya Zerky-i Jakab és László számára. 1278.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bolgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in uero saluatore. Solet dominos (igy) sibi fideliter famulancium obsequia prospicere oculis pietatis, et unicuique iuxta meritum occurrere largifluis manibus atque donatiuis, ut per hoc alij sibi ad fidelitatis studia inpendenda forcius accendantur. Proinde ad uniuersorum noticiam harum scrie uolumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Jacobus et Ladizlaus de uilla Zerky quandam terram Castri nostri Musuniensis Scilwas nuncupatam, quam dixerunt esse uacuam et habitatoribus carentem, petiuerunt a nobis sibi dari. Verum quia de qualitate et quantitate ipsius terre nobis ueritas ad plenum non constabat, utrum nostre collacioni pertinens esset nec ne; fidelibus nostris Capitulo Jauriensi firmiter dedimus in mandatis, ut eorum darent testimonium uirum ydoneum, qui personaliter accederet ad terram Scylwas memoratam, et uideret ac inspiceret qualitatem et quantitatem eiusdem, et utrum nostre collacioni pertineret, et prout scire posset nobis in suis litteris intimarent. Quod quidem Capitulum nobis postmodum rescripsit in hec uerba:

Excellentissimo Domino suo Ladizlao D. gr. Illustri Regi Hungarie Capitulum Jauriensis Ecclesie stb. (következik a győri káptalannak jelentése, mint alább a 148. sz. a.)

Nos itaque attendentes fidelitates et meritoria obsequia predictorum Jacobi et Ladizlay, que in omnibus expedicionibus Regni, domino Regi Stephano patri nostro karissimo felicis recordacionis, demum et nobis in etate tenera constitutis cum omni feruore fidelitatis laudabiliter exhibuerunt et deuote; et specialiter tunc cum Rex Boemorum capitaneus (így „capitalis" helyett) inimicus Regni nostri collectis uiribus suis, et exercitu suo eleuato sub quoddam castrum nostrum Kobold uocatum in confinio in Comitatu Supruniensi existentem ad expugnandum idem accessisset, prenotati Jacobus et Ladizlaus, qui ipsum castrum nostrum Kobold nobis de nostro mandato conseruabant, ut solita sue fidelitatis opera laudabilius exercerent, de eodem cum omnibus suis exeuntes, cum ipso Rege Boemorum et suo exercitu uiriliter et laudabiliter dimicando, letalia in se uulnera excipientes, quidam frater ipsorum nomine Chenke in eodem conflictu in fidelitate et seruicio nobis et Corone exhibendo extitit interemptus, sicut nobis per ueridicos et fideles Barones nostros constitit, quos tunc pro defensione sepe dicti castri nostri Kobold in auxilium et iuuamen eorundem nobilium duxeramus transmittendos. Vnde nos pro tot et tantis seruicijs eorundem superius expressis, prenominatam terram Scylwas cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis uniuersis, dedimus, donauimus et contulimus sepedictis Jacobo et Ladizlao, et per eos heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et pacifice possidendam. Vt autem hec nostra collacio robur optineat perpetue firmitatis, et ne processu temporum possit uel debeat in irritum reuocari aut aliquatenus retractari, presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis uiri Magistri Thome Albensis Ecclesie Electi aule nostre Vice-Cancellarij Hantensis Prepositi dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LXX° octauo Regni autem nostri anno sexto.

(Eredetie börhártyán, melyről a pecsét zöld selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

139.

IV. László király megerősíti V. Istvánnak Rum nevü tárgyazó 1272-ki adományát Miklós comes és Duruszló mester számára. 1278.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus peruenire, quod nobiles viri Comes Nicolaus filius Theodori et Magister Duruzlaus filius Duruzlai de Comitatu Castri Ferrei ad nostram accedentes presenciam, exhibuerunt nobis priuilegium domini Stephani Incliti Regis Vngarie, patris nostri karissimi, felicis recordacionis super quadam terra eiusdem Castri Ferrei Rwm vocata confectum, quo mediante priuilegiales littere Serenissimi Principis domini Bele Illustris Regis Vngarie fuerant confirmate; petentes a nobis cum instancia, vt ipsorum priuilegium patris nostri ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Stephanus D. gr. Hungarie stb. Rex stb. (következik V. István királynak 1272-ki okmánya, mint gyüjteményünk VIII. vagyis a második folyam III. kötetében, 386. l.)

Nos itaque peticionibus ipsorum Comitis Nicolai et Magistri Duruzlai iustis, legitimis et modestis assensum fauorabilem adhibentes, dictum priuilegium patris nostri karissimi non cancellatum, non interlectum (?), non diminutum, nec in aliqua sui parte viciatum, ratum habentes et acceptum, de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus et auctoritate presencium communiri. In cuis rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus viri discreti Magistri Thome Albensis Ecclesie Electi, aule nostre Vice-Cancellarii,

dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC°LXX° octauo, duodecimo kalendas Augusti Regni autem nostri anno quinto (?).

(Eredetie a Rumy család levéltárában, másolata a magyar academia kézirat-tárában.)

140.

IV. László király megerősíti László szepesi főispánynak több nemes és a verboi népek között azoknak örökbirtokára nézve mondott ítéletét. 1278.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in uero salutari. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod filij Philpus, Abraam videlicet et Ladizlaus, et filij Ehelleu, Detricus et Dominicus et Beth ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis litteras Ladizlai Comitis de Scepus sub pendenti sigillo, petentes, ut easdem acceptare et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum tenor talis est:

Nos Ladizlaus Comes de Scepus stb. (következik László szepesi főispánynak ugyan 1278-ki itélet-levele, mint alább 156. sz. a.)

Nos igitur ad peticionem predictorum hominum inclinati litteras ipsius Ladizlai Comitis de Scepus ratas habentes et acceptas, auctoritate presencium duximus confirmandas dupplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Magistri Nicolai Electi Albensis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC°LXX° octauo, pridie idus Novembris, Regni autem nostri anno septimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király pecsétének jó része vörös-sárga-violaszínű selymzsinóron függ, a nemz. muzeum kézirattárában.)

141.

IV. László király törvénykezési immunitást ad a nyúlszigeti apáczazárdának. 1278.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in Domino sepiternam. Piarum mencium est deuocio amplectenda, qua progenitores sui religiosas dominas in Hungarie partibus existentes familiarite Regia refouerunt. Quorum nos vestigijs adherentes, quamquam religiosis omnibus congrua consideracione prospicere satagamus; illas tamen fauore uolumus prosequi pociori, que oracionum suarum suffragijs apud Deum specialius pre ceteris claruerunt. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod nos ad peticionem et instanciam domine Elyzabeth, karissime sororis nostre, Priorisse de Insula Virginis Gloriose ac aliarum sororum in eodem claustro Deo famulancium, hanc eisdem graciam de benignitate Regia duximus faciendam; quod populi ipsarum sororum de Insula Virginis Gloriose, ubicunque in Regno nostro existentes, nullius iudicis iudicio, videlicet nec Palatini, nec aliorum Parochialium Comitum, preter nostram personam in quocunque casu astare teneantur; sed iudices seu officiales ipsarum omnes causas inter populos earum emergentes, iudicent et decernant; qui si in facienda iusticia negligentes existerent, ijdem populi ad nostram presenciam euocentur, et nos de ipsis cuilibet querulanti iusiticie faciemus complementum; prout premissam libertatem seu graciam eis factam in litteris karissimi patris nostri Stephani illustris Regis Hungarie felicis recordacionis uidimus contineri. Vt igitur huius gracie per nos, et per karissimum patrem nostrum Regem Stephanum facte seu concesse series in perpetuum perseueret, nec possit processu temporum retractari, presentes eisdem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine robora-

tas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Nicolai Electi Ecclesie Albensis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini N°CC°LXX° octauo.

(Lodomér esztergami érseknek 1297-ki törvénykezési intézkedéséből.)

142.

IV. László királynak vámszabálya a gölniczbányai vámszedők számára. 1278.

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus presencium inspectoribus salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire; quod nos tributum fori siue sollempnis seu cottidiani in Gelnic statuimus nobis exigendum. Quamobrem uolentes amputare omnem calumpniam et sopire materiam iurgiorum in tributis exigendis siue persoluendis, taliter duximus ordinandum et taxandum; quod tributarij pro tempore constituti modis et taxacionibus infra annotatis iura tributorum debeant exercere. Inprimis statuimus, quod currus panno honeratus cum ciuitatem intrauerit, tributarij ad hospicium mercatoris accedant, et estiment pannum, et de panno ualente quinque marcas recipiant unum pondus. Item de curru honerato cum frugibus duos denarios. Item de equo honerato unum denarium. Item de centum salibus unum salem. Item de quinquaginta salibus dimidium salem; et de decem salibus unum denarium, et sic ascendendo usque ad quadraginta. Item de curru tumulonis recipiant tres denarios. Item de curru ferro honerato recipiant tres denarios. Item de tunella vini, quod uenditur in foro, duo pondera. Item de tunella vini, quod ponitur in cellario, duo pondera. Item de curru, in quo extra ciuitatem tres tunelle deferuntur, tributarij recipiant dimidium fertonem; infra autem, tria pondera. Item de curru plumbi tria pondera. Item cum currus, qui portat pelles feri-

nas, intrat ciuitatem, tributarij accedant ad hospicium mercatoris, et secundum quod estimantur pelles, de quinque marcis recipiant unum pondus. Similiter statuimus de cera. Currus magni, qui portant pelles bouinas, statuimus, quod soluant dimidium fertonem. Item currus, qui portant tunellam mellis, dimidium fertonem. Item de pecia panni grisei duo denarij exigantur. Item de centum brachijs de pannis lineis duo denarij. Item tempore noue monete, dum celebris est ipsa moneta, de mensura quatuor gerlarum, unum denarium recipiant; cum autem denarij incipient descendere, pro tribus garlis unum denarium. Item de uenditore equi duos denarios, similiter de emptore. Item ab eo qui uendit pecudes, unum denarium; similiter ab eo qui emit. Item de tribus ouibus, qui emit uel uendit, unum denarium. Item de tribus porcis unum denarium; similiter et qui emit. Item de mensura cere non pure, quod wlgo *masa* dicitur, qui uendit duos denarios, similiter et qui emit; de mensura uero pure cere, qui uendit duos denarios, similiter et qui emit; de mensura sepi, quod wlgo *masa* dicitur, qui uendit unum denarium, similiter et qui uendit. Item de mensura plumbi, ferri et aruine supradicto modo tributum censuimus exigendum. Ceterum si mercator non deferens aliquas merces nisi argentum, de quinque marcis debet soluere unum pondus, secundum quod in argento uel moneta habuerit plus uel minus. Si autem habere negauerit se argentum, purgabit se suo et sui hospitis sacramento. Item statuimus, quod omnes qui causa mercandi ad forum uenerint, de mercimonijs suis modo supradicto ad solucionem tributi teneantur. Item de curru magno pisscium, quod vulgo *masa* dicitur, medium fertonem. Item currus feni duos denarios. Item currus herbarum unum denarium. Item quilibet currus lignorum intrans ciuitatem, debet dimittere unum lignum. In cuius rei testimonium presentes litteras concessimus sigilli nostri anulei munimine roboratas. Datum per manus Magistri Luce aule nostre Notarij Secretarij, Lectoris Ecclesie Beati Emerici de Alba et Comitis Capelle nostre, dilecti et fidelis nostri; anno Domini M°CC°L°XX° octauo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsétnek töredéke vörös selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

143.

IV. László királynak a nyúlszigetet tárgyazó adománya az ottani apáczazárda számára. 1278.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Diuini Numinis incomprehensibilis altitudo Regni gubernacula Regibus Catholice fidei eo committit felicius gubernanda; quo ijdem Reges Ecclesias Christi sanguine rubricatas, sue tutele concessas, nituntur ditare in temporalibus vberius, seu dotare; presertim eas, que sancte religionis modulis cultui Diuino deuocius sunt annexe. Proinde ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire; quod nos pia deuocionis consideratione, quam ad gloriosam Dei genitricem, que cuiquam fidelium nouercari non nouit, habemus, benignissime inducti, insulam supra Danubio circa Veterem Budam existentem, que quondam Insula Leporum wlgariter, nunc autem Insula Beate Marie Virginis nuncupatur, exceptis claustris et septis Fratrum Minorum, et Fratrum Ordinis Premonstratensium de Monasterio Beati Michaelis, ac castro Cruciferorum Domus Hospitalis, et castro, turri ac domibus Archiepiscopatus Strigoniensis in eadem insula constitutis, cum muris, terris et alij utilitatibus, dedimus, donauimus et concessimus domine Elisabeth karissime sorori nostre, ac omnibus dominabus sororibus, videlicet Monasterij Beate Virginis in eadem insula iugiter Deo famulantibus sumpmo desiderio et affectu; volentes et concedentes, quod a modo tam ipsum Monasterium Virginis Intemerate, quam vniuerse sorores in eodem feliciter degentes, collacione huius insule per nos regaliter facta, secure et illibate gaudeant et fruantur; non obstantibus litteris seu alijs instrumentis, si que tam predecessorum nostrorum illustrium Regum

Hungarie, quam nostris temporibus quomodolibet processerunt uel imposterum emanarent, quas et que auctoritate presencium, ne premisse collacioni nostre preiudicium generent uel gravamen, reuocamus, cassamus, et pariter irritamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri robore communitas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Thome Albensis Ecclesie Electi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, Regni autem nostri anno sexto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétjének töredéke vörös-zöld selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

144.

IV. László királynak Numsir földét tárgyazó adománya Mátyás, Endrének fia számára. 1278.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Matthias filius Andree ad nostram accedens presenciam humiliter a nobis supplicando postulauit, ut in concambium terre sue Cermula vocate, inter fluuios Ceremle et Inkle in Lyptow existentis, quam ab ipso abstulimus, quia in ipsa terra aurifodina est reperta, quandam terram Numsyr vocatam in Turoch existentem de nostra Maiestate Regia sibi conferre dignaremur, et per Bitter Comitem in corporalem possessionem dicte terre faceremus eundem introduci. Considerantes itaque peticiones ipsius Matthie fore iustas, dicto Comiti Biter tunc Comiti de Zoulum dedimus in preceptis, vt ipsam terram Numsyr eidem Matthie statueret et assignaret possidendam pro concambio terre sue memorate. Quam per ipsum Comitem Biter

statutam esse uidimus, prout series suarum declarabat litterarum; quarum quidem tenor talis est:

Nos Biter Comes de Zoulum stb. (következik Biter zólyomi főispány 1277-ki okmánya, mint fentebb 133. sz. a.)

Nos itaque, quem equitas admonet, et sublimitatis nostre vocabulum exhortatur, pijs, honestis et modestis peticionibus occurrere, ne Regia Maiestas vni suorum subditorum videatur deesse; dictam terram Numsyr sub eisdem metis et terminis, sub quibus Biter Comes statuit et assignauit, Matthie memorato, item Matthie filio Andree, et suis heredibus heredumque suorum successoribus pro concambio terre sue Ceremle memorate dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Johannis Electi Albensis Prepositi Budensis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, quinto decimo kalendas Augusti, Regni autem nostri anno septimo.

(III. Endre király 1290-ki megerősítő okmányából, Körmöczbánya város levéltárában.)

145.

Erzsébet királyné megerősíti az esztergami káptalannak Nyir föld iktatására vonatkozó 1268-ki bizonyságlevelét Péter esztergami polgár számára. 1278.

Elysabeth Dei gracia Regina Vngarie vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire; quod Petrus filius Johannis ciuis Strigoniensis ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium Capituli Strigoniensis fidelium

nostrorum, super facto cuiusdam terre Nyr uocate confectum, petens humiliter supplicando, ut ipsum priuilegium ratum habere, et nostro priuilegio dignaremur confirmare. Cuius tenor talis est:

Gregorius Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis stb. (következik az esztergami káptalannak 1268-ki okmánya, mint gyüjteményünk VIII., vagyis a második folyam III. kötetében 214. l.)

Nos itaque precibus eiusdem fauorabiliter inclinate, cognoscentes fore iustas et admissioni condignas, dictum priuilegium de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes, auctoritate presencium duximus confirmandum, dupplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Magistri Ladyzlay Prepositi Wachiensis, aule nostre Cancellarij fidelis nostri, anno Domini M°CC° septuagesimo octauo.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 384. l.)

146.

Gyula országbirónak Aravicha helység örökvallását tárgyazó bizonyságlevele. 1278.

Fassio Comitis Mathiae et Ratholdi filiorum condam Rolandi Bani, fratris Comitis Giula Judicis Curiae Regiae super possessione Aravicha in Comitatu Posegensi pro matre sua, relicta videlicet annotati condam Rolandi, coram praefato Judice Curie celebrata 1278. Sub authentica.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből, az okmány eredeti példánya Zágrábba vitetett.)

147.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Chu-i Lendének fiai rétüket Godyno comes esztergami polgárnak eladták. 1278.

A B C

Capitulum Ecclesie Strigoniensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Dyonisius et Andreas filij quondam Lende de Chu coram nobis personaliter constituti confessi sunt, quod quia ipsi compulsi et artati fuerant ordine iudicario ad soluendam dotem relicte Ladizlai filij Luger cognati ipsorum, et ipsam dotem non poterant alias commode soluere, ut dixerunt, fenetum suum de Cholnuk, quod in magno prato se habuisse, quod eciam hereditarium suum fuisse asseruerunt, uendiderunt et alienauerunt totaliter Comiti Godyno ciui Strigoniensi, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus pro duabus marcis finiti argenti iure perpetuo possidendum; et ipsas duas marcas finiti argenti confessi sunt ab eodem Godyno Comite se plenarie recepisse, et in dotem predictam persoluisse. Preterea domina mater ipsorum Dyonisij et Andree, relicta Lende, et frater eorundem iunior Demenk nomine, coram homine nostro, quem ad eosdem miseramus, confessi sunt eciam predictum fenetum de Cholnuk ob premissam causam dotis Comiti Godyno et ipsius heredibus uenditum fuisse de eorum uoluntate et consensu. In cuius rei testimonium et memoriam ad peticionem parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Sixti Ecclesie nostre Lectoris anno Domini millesimo CC° LXX° VIII° in idibus Julij.

(Eredetie börhártyán, melyről a pecsét vörös-sárga-zöld-violaszinü selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

148.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy a nyúlszigeti premontrék apátja az ottani domokosrendieket a római széknél bepanaszolta. 1278.

Nos Capitulum Budensis Ecclesie damus pro memoria, quod vir religiosus frater Martinus dictus Abbas de Ordine Premonstratensium in Ecclesia Sancti Michaelis Archangeli de Insula Leporum commorans, una cum quibusdam fratribus suis ad nostram personaliter accedendo presenciam, nomine suo et fratrum suorum protestatus est, quod cum nuper a grauaminibus et iniurijs illatis et inferendis per Predicatores, qui sunt procuratores sanctarum monealium de eadem insula, appellasset ad Sedem Apostolicam solempniter et in scriptis nomine suo et Conuentus sui, ponendo se, et Conuentum suum, ac omnia sua sub proteccione Sedis Apostolice, pupplicando appellacionem suam tam apud Strigoniensem ecclesiam, quam apud alias ecclesias, ipsi Predicatores in contemptum et irreuerenciam Apostolice Sedis feria quarta proxima post Resurreccionem Domini missis famulis suis, potencialiter seruitores, siue seruicia dicti Abbatis et Conuentus sui exercentes, fecerunt crvdeliter et atrociter in contumeliam ipsorum uerberari, uestimentis et rebus alijs spoliantes eosdem, quendam eciam ex eis letaliter uulnerantes. In crastino autem eiusdem diei, hoc est quinta feria proxima ijdem famuli dictorum Predicatorum, assumptis pluribus complicibus, de mandato dominorum suorum cum gladijs, et fustibus, ac lanceis irruerunt super portam ipsorum, et eandem portam confringere conantes, attemptantes extrahere seruitores Abbatis et Conuentus de claustro, et peiora prioribus in personis ipsorum facere conabuntur. Super quibus, quum ad peticionem ipsius Abbatis et fratrum suorum duas personas, videlicet presbiteros chori nostri misissemus ad videndum; ijdem presbiteri redientes ad nos retulerunt, quod dicti Predicatores de rebus

seruientum dictorum fratrum Ordinis Premonstratensis, quasdam reddiderunt coram ipsis, alias uero res eorum ablatas, quia famuli eorum presentes non erant, restatuere assumpserunt. Item dixerunt vidisse ijdem presbiteri ex seruientis (így) eorundem fratrum Premonstratensis Ordinis unum uulneratum grauiter, habentem tria uulnera in capite et unum in manu. Datum feria secunda proxima post Pasce, anno Domini M°CC°LXX° octauo.

(Eredetie börhártyán, a függő pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

149.

A győri káptalannak jelentése IV. László királyhoz Szilvás nevű birtoknak eladományozhatása iránt. 1278.

Excellentissimo domino suo Ladizlao Dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Jauriensis Ecclesie oraciones in Domino debitas ac deuotas. Litteras Uestre Excellencie debito cum honore recepimus in hec uerba:

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Jauriensi salutem et graciam. Jacobus et Ladizlaus de Zerky petunt a nobis quandam terram Castri nostri Musuniensis Scylwas uocatam, dicendo eandem esse uacuam et habitatoribus destitutam. Quare fidelitati uestre precipiendo mandamus, quatenus mittatis unum ex uobis pro testimonio, qui sciat, utrum predicta terra sit uacua, sicut fertur, et ad nostram pertinens collacionem sine preiudicio iuris alieni; et prout uobis per hominem uestrum constiterit, nobis fideliter rescribatis. Datum in castro Budensi in octauis Barnabe Apostoli.

Nos uero receptis litteris Uestre Excellencie, uestris preceptis et mandatis obedire cupientes, ut tenemur, misimus vnum ex nobis pro testimonio super faciem predicte terre

Scylwas uocate, qui ad nos rediens retulit requisitus, quod eadem terra esset desolata et habitatoribus destituta; et comparuisset super ipsam terram coram iobagionibus Castri Musuniensis, ex quibus nominatim coram Erk; qui in nullo contradicentes dixissent coram eodem nostro homine, ipsam terram olim fuisse eorundem Jacobi et Ladizlay, et ab ipsis ad Castrum Musuniense deuolutam; et sicut eciam scire potuisset ab alijs uicinis, pertineret collacioni Uestre Maiestatis sine preiudicio iuris aliorum; terra autem illa, prout uisu discernere potuerunt, est sufficiens ad triginta duos mansus, ad quemlibet mansum uiginti jugeribus terre arabilis pertinentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

150.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Puki Miklós fiai Boloni birtokukat Sándor comesnek Farkas fiának eladták. 1278.

A B C D

Capitulum Ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Paulus et Nicolaus filij Nicolai de Puk pro se et pro omnibus quorum interest coram nobis personaliter constituti, quandam terram suam, tam iure hereditario ipsos contingentem, quam empticiam, quam a Petro filio Paulus titulo emtionis sibi comparauerat, existentem in Bolon cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs in eisdem metis et terminis, quibus ipsi predictam terram se possedisse dicebant, vendiderunt Comiti Alexandro (filio Fa)rcasij cognato suo, consen-

cientibus commetaneis et vicinis, pro decem marcis in filios filiorumque successores perpetuo et inreuocabiliter possidendam; quas quidem decem marcas ijdem per nos requisiti plenius confessi sunt recepisse ab eodem. Hoc adiecto, quod quicunque cognatorum seu proximorum dictorum Pauli et Nicolai, seu domina mater eorundem, predictum Comitem Alexandrum racione dicte terre vllo unquam tempore molestarent, vel dictam terram impeteret, dicti Paulus et Nicolaus contra quemlibet dictum Comitem Alexandrum et suos heredes tenebuntur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem litteras nostras concessimus robore nostri sigilli confirmatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo; Abraam Cantore, Ectore Lectore, Mykou Custode Ecclesie nostre existentibus.

(Eredetie a Rumy család levéltárában, másolata a magyar academia kézirat-tárában.)

151.

A szepesi káptalannak bizonyságlevele, hogy Anthaleus Isipnek fia Regyoulch nevü birtokát eladta Jakab mesternek, a szepesi káptalan olvasó-kanonokának. 1278.

Nos Magister M. Diuina miseracione Prepositus de Zepus memorie commendantes significamus vniuersis presencium per tenorem, quod constituti in nostri presencia Anthaleus filius Ysyp cum filio suo Stephano ex parte vna, ex altera vero Magister Jacobus, Lector Ecclesie Sancti Martini et plebanus de Villa Latina, vna cum fratribus suis, idem Anthaleus retulit nobis, quod villam suam Regyoulch vocatam cum omnibus vtilitatibus suis, quam idem Anthaleus et sui heredes heredumque successores ex donacione domini B. Regis

inclite memorie iure hereditario possidere dinoscebantur, vendidit plebano supradicto ac fratribus suis pro sexaginta marcis minus tribus marcis; quam quidem solucionem dictus plebanus et fratres eiusdem coram nobis antedicto Anthaleo plene et integre persoluerunt. Assumpsit eciam idem Anthaleus et filius eiusdem, quod priuilegium domini B. Regis et omnia instrumenta, nec non et munimenta, que supradicta villa habere dinoscebatur, ad manus sepedicti plebani et fratrum suorum statuerent. Si qua vero non statuerent, de cetero nullius essent vigoris et momenti. Obligarunt eciam se ijdem Anthaleus et filius eiusdem, ut quicunque inpulsaret eundem plebanum ac fratres eiusdem super dicta hereditate, expedire tenerentur secundum Regni consuetudinem approbatam. Et vt facti series robur optineat, dictus Anthaleus et filius eiusdem obligarunt se coram nobis, prenominato plebano et fratribus eiusdem cum priuilegio domini Regis hereditatem supradictam confirmare. Datum anno Domini M°CC° septuagesimo octauo.

(IV. László királynak 1281-ki megerősítő okmányából, mint alább.)

152.

A szepesi káptalannak ugyanazon eladást tárgyazó más kiadványa. 1278.

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Martini de Scepus memorie commendantes significamus vniuersis presencium per tenorem, quod consituti in nostri presencia Anthaleus filius Ysyp vnacum filio suo Stephano ex parte una, ex altera uero Magister Jacobus Lector Ecclesie Sancti Martini et Plebanus de Villa Latina unacum fratribus suis; idem Anthaleus retulit nobis, quod villam suam Rogolch uocatam cum omnibus utilitatibus suis, quam idem Anthaleus et sui heredes here-

dumque successores ex donacione domini Bele (Regis) inclite memorie iure hereditario possidere dinoscebantur, vendidit Plebano supradicto ac fratribus eiusdem pro sexaginta marcis minus tribus marcis, quam quidem solucionem dictus Plebanus et fratres eiusdem coram nobis antedicto Anthaleo plene et integre persoluerunt; assumpsit eciam ydem Anthaleus et filius eiusdem, quod priuilegium domini Regis Bele et omnia instrumenta, nec non et munimenta, que super dicta villa habere dinoscebantur, ad manus sepedicti Plebani et fratrum suorum statuerent; si qua uero non statuerent de cetero nullius essent uigoris uel momenti. Obligarunt eciam se ijdem Anthaleus et filius eiusdem, vt quicunque inpulsaret eundem Plebanum ac fratres eiusdem super dicta hereditate, expedire tenerentur secundum Regni consuetudinem approbatam. Et ut facti series robur obtineat, dictus Anthaleus et filius eiusdem obligauerunt se coram nobis, prenominato Plebano et fratribus eiusdem cum priuilegio domini Ladizlai Regis — — — confirmare. Datum anno Domini M°CC° septuagesimo octauo.

(A szepesi káptalannak 1301. „in crastino festiuitatis Beate Lucie virginis" kelt átiratából, a Bárczay család levéltárában; közölte Radvánszky Béla.)

153.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Hermani Balduin és Márton a szalóki vár helyét Rubin alvajdának eladták. 1278.

A B C D

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo notum facimus tenore presencium uniuersis, quod Balduinus et Martinus filij Bartholomei de Herman coram nobis constituti locum castri situm in terra Zalak cum fossatibus

(igy) et indaginibus antiquis, prout iacent usque magnam portam sitam iuxta magnam viam, uendiderunt pro decem marcis Rubino Uiceuoyuada filio Comitis Hermani iure herditario possidendum heredum in heredes. Quod ut ratum sit presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Magistro Thoma Preposito Ecclesie nostre, Magistro Eguke Cantore, Andrea Custode, Cosma Decano existentibus. Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo.

Kívül: Carta Rubini super empcione loci castri Zalak.

(Az eredeti után Rómer Flóris, Győri Történelmi és Régészeti Füzetek, II. köt. 305. l.)

154.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Eykai Gund, Nempty-i Madeynak özvegye hozományára és hitbérére nézve kielégíttetett. 1278.

Nos Capitulum Vesprimiensis Ecclesie damus pro memoria, quod domina Gund filia Petri de Eyka, relicta Madey de Nemty, vxor vero Fabyani de Ech cum eodem Fabiano marito suo constituta personaliter coram nobis, confessa extitit, se a Petro filio Madye prenotati mariti sui iam defuncti, et a Comite Gylyano genero eiusdem Petri, vndecim marcas pro expedicione dotis et rerum suarum parafarnalium iuxta formam composicionis habitam inter ipsos recepisse, sibique super premissis dote et rebus secum delatis fore plenarie satisfactum. Vnde eadem domina Petrum et Comitem Gylyanum prenotatos in causa predicta reddidit expeditos et penitus absolutos, petens cum instancia, quod filio Madye sepedicto nostras priuilegiales dare litteras super premissa expedicione dignaremur. Quod nos facturos promisimus, si presentes nobis in hoc anno reportentur. Datum anno Domini M°CC° septuagesimo octauo.

Kívül: Contra dominam Gund super expedicione dotis sue pro Petro filio Madye.

(Eredetie bőrhártyán, a kívül oldalvast oda nyomott zárpecsét már eltünt,)

155.

A veszprémi káptalannak az aykai nemesek közti birtokrendezést tárgyazó bizonyságlevele. 1278.

Nos Capitulum Vesprimiensis Ecclesie damus pro memoria, quod Comite Paulo filio Marcelli pro se et pro Mathe fratre suo ex vna parte; et Stephanus pro se similiter et Nycolao fratre suo; item Boltha filio Pauli pro se et pro Paulo fratre suo ex altera, nobilibus de villa Ayka in nostri presencia constitutis; idem Comes Paulus proposuit, quod porcionem in terra hereditaria ipsum et premoratum fratrem suum contingentem, terciam videlicet partem eiusdem terre, que habita inter ipsos diuisione inter terram Gyliani ac fratris sui et terram Boltha sev fratrum suorum eis fuerat assignata, iuxta nostrorum priuilegiorum continenciam, vt dixerunt, pro bono pacis et concordie, ac speciali dileccione predictorum suorum cognatorum, eisdem Gyliano et Boltha et ipsorum fratribus dedissent et assignassent, cum omnibus suis utilitatibus perpetuo possidendam; et ab ipsis in concambium eiusdem porcionis tantundem terre ex parte finis ex ipsorum hereditaria porcione ex parte prati, quod Bagarethe appellatur, cum omnibus similiter suis utilitatibus habendam perempniter recepissent. Que terra a terris predictorum Gyliani et Boltha ac fratrum suorum taliter distingitur, sicut partes retulerunt: Incipit enim ante fores ecclesie Beati Remigij de eadem villa Ayka, et procedens supra molendino Georgij transit fluuium Tornua, et cotingit duas metas iuxta eundem fluuium collocatas; de quibus procedens viam attingit publicam et terram

Damsa, iuxta quam uergens uersus occidens, et in eadem via procedens contingit metas terre ville Berend, et hoc ex vna parte; ex parte vero altera incipit iuxta capanile (így) predicte ecclesie, et procedens transit fluuium Tornua antedictum infra molendinum Boltha, et contingit quandam viam per quam itur ad domum Hunth, et in eadem via procedens contingit duas metas iuxta eandem viam collocatas ex opposito molendini ecclesie; de quibus procedens uersus occidens contingit arbores fructiferas Zomboth, ubi in quadam pyro ab aquilone existenti sunt due mete, in qulbus terminatur. Gylianus autem et Boltha sepedicti predictum concambium ratum habentes, assumpserunt ipsum Comitem Paulum super duodecim iugeribus terre filijs Pousa et Lucach assignandis atque dandis de ipsorum porcionibus expedire. Adiecerunt eciam ipse partes, quod si que ipsarum hanc ordinacionem successu temporum retractare conaretur, ante litis ingressum tres marcas parti alteri soluere teneretur, ipsam ordinacionem sustinenti. Petiuerunt preterea cum instancia, quod nostro priuilegio presens factum munire dignaremur; quod nos facturos promisimus, si presentes nobis reportentur. Datum anno Domini M°CC°LXX° octauo, in festo Beati Panthaleonis martiris.

(Eredetie bőrhártyán, a hátára nyomott pecsét elveszett; közli Thaly Kálmán.)

156.

A keresztesek budai konventje átirja IV. Béla királynak 1245-ki adománylevelét a premontrék nyúlszigeti prépostsága számára.
1278.

Nos frater Bernaldus Prior et Conuentus Ecclesie Sancte Trinitatis de Calidis Aquis omnibus, quibus presentes exhibentur, salutem in Domino sempiternam. Vniuersitati uestre significamus, quod frater Martinus Abbas et alij fratres Ordinis Premonstratensium, in Monasterio Sancti Michaelis de Insula Leporum circa Budam ad presenciam nostram accedentes, nobis dixerunt, quod priuilegium domini Bele felicis memorie Illustris Regis Hungarie super facto Insule Leporum et alis posesionibus (így) confectum ab antico in presenciam, ubi necesse esset, propter discordiam et uiarum discrimina deferre et exhibere non auderent; petentes, ut tenorem dicti priuilegij, quod est nec cancellatum, nec uiciatum in aliqua parte sui, presentibus inscribi faceremus. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Bela D. gr. Hungarie stb. Rex stb. (következik IV. Béla királynak 1245-ki adománylevele, mint gyüjteményünk VII., vagyis a második folyam II. kötetében 196. l.)

Nos igitur peticionem dicti fratris Martini Abbatis iustam esse et legitimam attendentes, predictum priuilegium Bele Regis non rasum, non cancellatum, non interlectum, nec in aliqua sui parte uiciatum, presentibus nostris litteris de uerbo ad uerbum inseri fecimus, sigilli nostri munimine roborando. Datum anno Domini M°CC°LXX° octauo, septimo kalendas Junij.

(Eredetie bőrhártya, a hártyazsinegen függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

157.

László szepesi főispán IV. László király parancsának folytán több nemes és a verboi népek közt azoknak örökbirtokára nézve itéletet mond. 1278.

Nos Ladizlaus Comes de Scepus damus pro memoria, quod filij Philpus, Abraam uidelicet et frater eiusdem Ladizlaus, et filij Ehelleu Detricus et Dominicus et Bech conquesti sunt domino Regi Ladizlao, quod unam particulam terre ipsorum, quam ab antea parentes et auunculi ipsorum possederunt, populi de Vrbo indebite eosdem molestarent pro eadem terra. Ipse uero dominus Rex precepit nobis in litteris suis, quod accedemus super dictam terram, et inter eos plenam iusticiam ordinaremus. Nos vero ex precepto domini nostri Regis, et sicut eciam in litteris eiusdem domini Regis uidimus contineri, accessimus ad predictam terram una cum vicinis et commetaneis dicte terre, et cum tota prouincia; aduenientibus uero populis de Vrbo nobis non contradixerunt. Nos uero ponentes metas super supradictam terram circa ueteres metas; cuius terre prima meta incipit a parte orientali circa unum fluuium, et in angulo ereximus metam, et circa eundem fluuium est secunda meta; et inde ascendit ad caput fluuii, transit uiam Leucha ad Bicere; nullo nobis contradicente ereximus metas, et ipsam terram statuimus filiis Philippi, Abraam et Ladizlao, et filijs Elleu, Detrico, Dominico et Bech perpetuo possidendam; et sic litteras presentes sigillo nostro sigillauimus. Datum anno Domini M°CC° septuagesimo octauo.

(László király 1278-ki megerősítő okmányából, mint fentebb 140. sz. a.)

158.

A János comes Isipnek fia és Ochuz comes közt Chuana birtokra vonatkozó egyenetlenségben eljáró választott birák jelentése Péter nádorhoz. 1278. körül.

Viro nobili et honesto Petro Palatino Comiti Symigiensi et Judici Cumanorum Comes Gregorius filius Iharus, Comes Cosmas de Koasna, et Vgra filius Ipoliti pro fratrę suo Nycholao inclinacionem cum reuerencia. Ad noticiam uestram tenore presencium deferimus, quod cum feria sexta proxima post festum medij kadragesimc coram nobis Segusdini per litteras et per peticionem Dyonisij quondam Palatini iure persone eiusdem pro arbitratoribus inter Comitem Johannem filium Isep, actorem uidelicet, et Comitem Ochuz ex altera deputatis, idem Comes Johannes litteras domine Regine senioris et litteras domini Regis Ladislai, nec non alia instrumenta, si qua habet, contra eundem Comitem Ochuz exhibere ex arbitrio dicti Dyonisij Palatini debuisset, super eo uidelicet, ut terram Chuana uocatam ipse Comes Ochuz detinere non debeat; predicto Comite Johanne litteras patentes St(ephani) Regis pie memorie, et priuilegium domini Ladislai Regis, nec non priuilegium domine Regine senioris in supradictis loco et anno coram nobis super dicta terra Chuana exhibente, prefatus Comes Ochuz non personaliter, nec per hominem ad arbitrium nostrum uoluit conparere. Item nos nobiles supradicti, et Endre filius Mortunus pro parte Comitis Johannis, et Forcasius filius Decimus pro parte Comitis Ochuz inquisiciones super destruccione, quam Comes Johannes super terra sua Eur uocata per Comitem Ochuz dicebat esse factam, noticie uestre in fide Deo debita intimamus: quod inquisita omnimoda ueritate sciuimus pro certo, quod dictus Comes Ochuz terram prefati Comitis Johannis, et populos eius in eadem terra Eur residentes destruxit, et rebus omnibus spoliauit. Vnde licet per pridem Dyonisium tunc

temporis Palatinum simus ad predictas duas causas inquisitores et arbitratores deputati, tamen quia exingentibus (így) fidelitatis uestre meritis de gracia Regia per totum Regnum estis Palatinus, ex parte nostra, sicut debemus, scripsimus seriatim. Datum Segusdini in sexta feria supradicta.

Kívül egykoru kéz: Petro Palatino et Comiti Symigiensi.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hátára nyomott pecsét lemállott, a nemz. muzeum kézirat-tárában.)

159.

IV. László királynak Daag birtokát tárgyazó adománya Osl nemzetségbeli Dénes mester számára. 1279.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crowacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris tam presentibus quam futuris salutem in Domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum Petrus quondam Castellanus Supruniensis nobis et Regno nostro in prodicione castri nostri Regi Boemie facta in tenera adhuc etate constitutis infidelitatem commisisset, et eo non contentus scelus sceleri adiciens, quosdam de fidelibus ciuibus Castri nostri Supruniensis, Stephanum uidelicet pelliparium, Petrum et Suerchel fratres suos, pro fidelitate nobis obseruanda idem Petrus Parcrauius occidisset, ac demum idem pro huiusmodi suis excessibus manifestis et notorijs ordine iudicario conuictus per sentenciam Mathei Palatini Comitis Supruniensis, Symigiensis, et Judicis Cumanorum dilecti et fidelis nostri fuisset interemptus, et possessiones sue ad manus nostras Regias iuxta Regni nostri consuetudinem aprobatam extitissent deuolute; nos de possessionibus eius, tanquam ad officium nostri regiminis pertinet seruicia et fidelitates metiri singulorum, quandam possessio-

nem eiusdem Petri Parcrauij Daag vocatam, tam empticiam quam acquisitam, seu alio quocunque titulo legitime optentam, in Comitatu Supruniensi existentem, propter multiplicia obsequia et fideles famulatus Magistri Dionisij filij Petri de genere Osl, que nobis in diuersis Regni nostri expedicionibus laudabiliter inpendit, et specialiter in exercitu nostro, quem contra Regem Boemie pridie moueramus, in quo quidem conflictu idem Rex Boemie extitit miserabiliter interemptus, gloriosum exhibuit famulatum; in eo uidelicet, quod Matheum Palatinum predictum dominum suum, principem tunc ipsius milicie nostre, de equo suo eiectum ab acie opposita, non sine sui cruoris efusione defensauit; eidem Magistro Dyonisio, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, appendicijs et austancijs vniuersis, prout per pridem Petrum Parcrauium est possessa ab antiquo, dedimus, contulimus et tradidimus iure irreuocabili perpetuo possidendam. Cuius quidem terre mete, prout in litteris fidelium nostrorum contineri uidimus, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit cum tribus metis iuxta uiam crucis a parte septemtrionali, que distingunt terram Cruciferorum de Suprunio et terram ipsius Petri empticiam et acquisitam Daag uocatam, et ibi facta est noua meta tercia, que nunc dicitur esse Magistri Dionisij antedicti, cum diuisionibus terrarum Daag nuncupatarum et Cruciferorum de Suprunio; deinde procedit per eandem uiam ad meridiem, et desendit in bona quantitate, tendit usque ad duas metas angulares, que separant terram eorundem Cruciferorum a terris Daag memoratis, ibique est tercia meta noua; et posthac per metas descendit iuxta uiam magnam ad partem orientalem usque uiam Supruniensem, ubi sunt due mete, que distingunt terram ipsorum Cruciferorum a terris Daag; deinde uadit ad septemtrionem ad unum monticulum, uersus ecclesiam Sancti Martini, ubi sunt tres mete, que separant et terminant terram Cruciferorum et Daag antedictam a terris Mathei filij Jule; et posthec descendit iuxta terras eiusdem Mathei de Sullan ad orientem usque ad duas metas angulares, que distingunt terram eiusdem Mathei et generacionum suarum, et ibi fecere nouam metam; procedensque exinde in meridie usque ad tres metas angulares, que distingunt ter-

ras ciuium de Suprunio et sagitariorum, ibique terra Mathei terminatur, et ibi est noua meta; deinde ascendit directe ad occidentem per metas usque uiam Supruniensem, ibi sunt due mete, que separant terras ciuium et sagitariorum predictorum a terris Daag; deinde iterato tendit ad occidentem usque metas angulares, que separant ipsas tres terras statim supradictas; posthec uadit ad meridiem usque ecclesiam Sancti Georgij, et ibi ultra viam sunt due mete angulares, que distingunt ipsas tres terras; deinde tendit ad meridiem ad unum riuum, ubi per tres metas mete predicte terre Supruniensis et sagitariorum terminantur a terris Daag nuncupatis, ibique terminatur. Siluas autem et montes, prout in litteris dicti Capituli contineri uidimus, metis reliquissent non distictas. Vt igitur huius nostre collacionis series robur optineat perpetue firmitatis, nec possit vllo unquam tempore in irritum retractari, presentes eidem Magistro Dionisio concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus venerabilis viri Magistri Nicolai aule nostre Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Regni autem nostri anno octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a sárga-zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

160.

IV. László király a sz. Egyed somogyi konventje előtt János ispán és a somogyvári jobbágyok között Mogorey falu iránt kelt egyességet átirja. 1279.

Ladyzlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crowacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Comes Johannes filius Iseph ab una parte,

Zenke filius Beed, Iuanka filius Kerew, Nycolaus filius Tyze, Benke filius Emerici, Petrus filius Pentek, Neged filius Marcus, castrenses Castri Symigiensis de villa Mogorey, una cum Antaleo filio Vytalis iobagione Castri eiusdem de Maach ex altera coram nobis personaliter constituti, ijdem castrenses humiliter suplicando a nobis instantissime postularunt, vt litteras priuilegiales Conuentus Monasterij Sancti Egidij de Symigio, que inter ipsum Comitem Johannem et predictos castrenses de uoluntate et communi consensu eorundem pacifice et amicabiliter propter utilitatem partis utriusque emanarunt, ratas habere, et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum quidem priuilegialium litterarum tenor talis est:

Conuentus Monasterij Sancti Egidij stb. (következik a somogyi konventnek 1277-ki bizonyságlevele, mint fentebb a 126. sz. a., 184. l.)

Ceterum Zenke cum suis socijs ac cognatis castrensibus videlicet prenotatis precauentes, ne per ipsum Comitem Johannem aut eius heredes heredumue successores in qualitate et quantitate suarum terrarum et eiusdem utilitatum ibidem in Mogorey existencium cursu temporis possint vel debeant grauamen aut preiudicium tolerare; dixerunt conquerendo, quod in ipsa terra Mogorey simul cum omnibus utilitatibus suis tantam haberent, quantam predictus Comes Johannes in ipsa terra habere dinoscitur porcionem. In cuius rei memoriam et perpetuamque firmitatem ad peticionem tam ipsius Comitis Johannis, quam castrensium predictorum presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Nicolai aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M°CC°LXX° nono, Regni autem nostri anno septimo.

(Eredetie bőrhártyán; Horvát István kézirataiból közli Érdi János.)

161.

IV. László király megerősíti a budai káptalannak azon javakat tárgyazó határjárását, melyeket Moys a királyné tárnokmestere a nyúlszigeti apáczazárdának adományozott. 1279.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cursus metarum possessionum Sororum de Insula Virginis Gloriose Igol, Posony, et alia villa Posony, Ozlar, Burhud, Racusy et Belth vocatarum in Comitatu Symigiensi existencium; et ville Kosuk in Comitatu de Tolna existentis; ac ville Ethe, per Moys virum nobilem Magistrum Tauarnicorum domine Regine karissime consortis nostre eisdem Sororibus collatarum, sicut in priuilegijs Capituli Budensis fidelium nostrorum per Marcellum et Petrum Comites, officiales dictarum Sororum nobis exhibitis vidimus, hoc ordine distinguntur: Prima meta terre Posony incipit a parte occidentali iuxta magnam viam, que venit de Symigio, vbi sunt tres mete terree angulares sub ligno piri agrestis, quarum vna separat Comiti Johanni filio Pouce, alia Lourando Bano ad villam Lapsa vocatam, tercia Magistro Moys ad villam Posony nuncupatam; abhinc tendens per eandem viam parum ad partem orientalem, vbi est meta antiqua et alia noua; dehinc iuxta eandem viam ex parte septemtrionaly eundo parum sunt due mete antique et tercia noua; deinde per quandam viam eundo ad partem septemtrionalem sunt octo mete veteres et vna noua; abinde tendens ad partem septemtrionalem perueniet ad quinque metas antiquas, vbi est vna meta noua; dehinc per eandem viam ad quatuor metas antiquas, vbi vna meta est noua; abhinc procedens per viam predictam in magna silua vadit ad partem septemtrionalem per multas et continuas metas antiquas et

nouas, et peruenit ad sex metas antiquas, vbi septima est noua in magna arbore ilicis; et per eum declinans de ipsa magna via cruce signata vadit per viam graminosam, vbi sunt sex mete antique et septima noua; deinde satis in magno spacio eundo per magnam siluam perueniet ad sex metas veteres, in quarum tribus sunt tres arbores ilicis, et septima noua; que quidem mete separant ad villam Lapsa ex parte occidentali, et ad villam Posony ex parte orientali; ac abhinc eundo per magnum spacium iuxta viam antiquam, per eandem magnam siluam perueniet ad sex metas antiquas, vbi septima est noua in arbore kerkus; deinde perueniet ad tres metas angulares, quarum vna separat ex parte occidentali ad villam Lapsa prenotatam, vbi mete ipsius terre finaliter terminantur, parte vero septemtrionali distingit terram ville Apaty, a parte vero orientaly separat terram populorum de Ozlar, iuxta quas tres metas antiquas vna est noua; exinde prosiliens in magnam viam parum eundo peruenit ad quatuor arbores ilicis, sub quibus sunt quatuor mete antique et quinta noua, et ibi similiter separat terram populorum de villa Apaty, et iungitur metis terre populorum Capituli Albensis de villa Buna; abhinc vergitur ad partem orientalem, vbi est meta terrea antiqua et alia noua; deinde tendit ad partem orientalem ad duas arbores ilicis, vbi sunt mete antique et vna noua; abinde vadit ad magnam viam, vbi sunt due mete antique et tercia noua; abhinc parum eundo vadit ad duas metas antiquas, in quarum vna est arbor ilicis, iuxta quas est tercia meta noua, que separant finaliter de terra populorm Capituli Albensis predictorum, et iunguntur metis terre populorum Capituli Wesprimiensis de villa Ozlar; deinde iuxta quandam viam iungit ad orientem ad vnam metam antiquam, in qua est arbor magna, et iuxta eandem similiter sub magna arbore est meta noua, que distingunt inter terram populorum Capituli Wesprimiensis et terram populorum Magistri Moys Ozlar vocatas; item per eandem viam vadit inferius ad partem meridionalem ad vnam arborem, sub qua est meta antiqua et alia noua; abhinc eundo inferius per eandem viam ad partem meridionalem perueniet ad arborem piri, sub qua est meta antiqua et alia noua; inde procedens inferius perueniet ad vnam metam terream angularem, vbi est

alia noua, que distingit inter terras populorum Magistri Moys, Capitulorum Wesprimiensis et Budensis de villis Ozlar; deinde tendit ad partem occidentalem ad magnam viam ád vnam metam terream antiquam, iuxta quam est noua, que distingit inter Magistrum Moys et Capitulum Budense; abhinc vergit per eandem viam versus meridiem ad vnam arborem, sub qua est vna meta antiqua et alia noua; deinde procedit similiter ad partem meridionalem, et vadit ad arborem ilicis, sub qua sunt mete antiqua et noua; inde vadit inferius ad orientem ad finem ville Ozlar, vbi sub arbore piri est meta noua; et abinde vadit inferius similiter ad orientem ad vallem Borbath, vbi meta terrea est antiqua et alia noua, que separant populis Capitulorum Budensis et Wèsprimiensis, et Magistri Moys, vbi mete populorum Capituli Budensis predicti finaliter terminantur; exinde vadit inferius in medio villarum Ozlar vocatarum, et prope ad arbores nucum est noua meta terrea; item vadit ad partem orientalem, et retro villam Ozlar, que est villa Capituli Wesprimiensis, sunt due mete antique et tercia noua; abhinc modicum pergendo similiter ad partem orientalem trasit siccam vallem, et iuxta viam, per quam de villa Bunna itur ad villam Igal, est meta antiqua sub arbore ilicis et alia noua, que separant terram populorum Capituli Wesprimiensis de villa Ozlar, et terram populorum Magistri Moys de villa Burhud; abhinc superius eundo per eandem viam ad partem septemtrionalem in magna arbore ilicis est meta antiqua et alia noua; deinde ascendit super ad siluam magnam per eandem viam ad partem septemtrionalem, vbi sunt tres mete veteres et quarta noua; abhinc ascendit ad partem septemtrionalem ad tres metas angulares, vbi est quarta meta noua, et sic terminantur mete terre populorum Capituli Wesprimiensis de villa Ozlar, et iungitur metis terre populorum Capituli Albensis de villa Buna iterato in magno fossato, et in magna silua, que wlgariter *liget* nuncupatur; per quod fossatum vadit ad duas veteres metas vbi tercia est noua; inde in eadem magna silua per fossatum eundo vadit directe ad orientem, et iuxta fossatum est meta antiqua et alia noua; abhinc procedit similiter ad orientem, et vadit ad magnam arborem ilicis, vbi est meta antiqua et alia noua, et mete populorum

ville Burhud a metis populorum de villa Buna finaliter terminantur; deinde procedit ad duas arbores cruce signatas, vbi est meta terrea antiqua et alia noua, vbi mete terre populorum Magistri Moys de villa Igol iunguntur metis terre populorum Capituli Albensis de villa Bun prenotata; abhinc tendit ad partem meredionalem inferius per siluam magnam ad duas metas terreas, vbi tercia est noua, et ibi mete terre populorum Capituli Albensis de Buna finaliter terminantur, et iunguntur metis terre populorum Capituli Wesprimiensis; item procedens per siluam ad partem orientalem peruenit ad vnam metam terream iuxta viam, vbi alia est noua; abhinc per eandem viam vergit ad partem meridionalem ad metam terream, vbi alia est noua; deinde tendit ad quatuor metas antiquas, vbi quinta est noua; abhinc progreditur similiter ad partem meridionalem vbi sunt tres mete veteres et quarta noua; exinde tendit iuxta eandem viam ad partem meridionalem ad tres metas antiquas, vbi quarta est noua; abinde diuertit ad partem orientalem similiter ad duas metas antiquas, vbi tercia est noua; abhinc procedendo versus partem orientalem peruenit ad duas metas antiquas, vbi tercia est noua; deinde tendit ad orientem ad magnam viam per siluam ad quinque metas veteres, vbi sexta est noua; item eundo per viam ad meridiem peruenit ad tres metas antiquas, vbi quarta est noua; dehinc similiter ad meridiem eundo peruenit ad metam antiquam, iuxta quam est noua; abinde similiter ad meridiem eundo peruenit iuxta magnam viam ad metam antiquam, iuxta quam est noua; demum per uiam magnam vadit ad meridionalem partem, et peruenit ad viam cruce signatam, vbi est meta magna et antiqua, et mete populorum Capituli Wesprimiensis finaliter terminantur, iuxta quam est meta noua, et mete terre populorum de Igol iunguntur metis terre populorum Egidij de Rada; et abhinc per publicam stratam descendit inferius ad partem meridionalem, vbi in spacio terre trium aratrorum nobiles Belyud, videlicet Seruus Dei, et Preceptor de Dada contradictores extiterunt, et quia veteres mete non poterant inueniri, noue non sunt erecte; sed postmodum iuxta eandem magnam viam descendens de silua ad partem meridionalem, in planicie tendit ad duas metas antiquas, vbi tercia est noua, et est commeta-

neus Egidius prenotatus; abhinc per candem viam vadit inferius ad partem meridionalem, vbi due mete sunt noue erecte de parcium voluntate; et abhinc vadit ad paruam vallem ad arborem piri agrestis, vbi sunt due mete noue; deinde vadit ad quandam arborem nucis, vbi sunt due mete noue; abinde vadit ad terram arabilem ad duas metas nouas; exinde tendit similiter per terram arabilem versus meridiem ad arborem nucum, vbi sunt due mete noue; inde uadit ad duas metas veteres, vbi tercia est noua; deinde procedit inferius versus partem meridionalem, vbi sunt due mete angulares veteres et tercia noua, vbi separantur finaliter terre et mete Egidij prenotati et Cruciferorum de Dada, et iunguntur metis Comitis Laurencij de predicta villa Dada; inde iuxta viam quandam diuertendo ad partem occidentalem peruenit ad duas metas antiquas et tercia est noua; deinde uadit ad magnam arborem piri, sub qua est meta antiqua et alia noua; de qua arbore piri procedit directe versus occidentem per medium virgulti ad paludem Vegsar vocatam, vbi sunt due mete antique et tercia noua, et sic mete terre populorum de Igol terminantur; exinde transiens paludem versus partem occidentalem uadit inferius iuxta locum feneti, et iungitur metis populorum de Rakusy, vbi inter duas paludes in angulo est noua meta; deinde iuxta locum feneti ad occidentem parum eundo in dumo salicis in medio prati iuxta veterem metam est noua, et sic mete Comitis Laurencij a metis terre populorum de Rakusy terminantur et iunguntur metis populorum Abbatis Monasterij Sancti Jacobi de Zelyz de villa Tathum, vbi per medium feneti vadit ad partem septemtrionalem, et in arbore salicis est meta; abinde procedens versus partem septemtrionalem iuxta paludem est meta antiqua et alia noua; abhinc progrediens versus aquilonem sunt due mete antique et tercia noua; deinde tendens ad partem occidentalem in magno spacio sunt due mete antique et tercia noua; abhinc de puteo Somkut diuertit versus partem orientalem, vbi sunt due mete antique et tercia noua: exinde vergens similiter versus meridionalem sunt quinque mete et sexta noua; abinde tendens ad partem occidentalem sunt quatuor mete quinta noua; deinde procedens ad partem meridionalem iuxta uiam graminosam sunt quatuor mete et

quinta noua; inde progrediens similiter ad partem meridionalem peruenit ad tres metas antiquas, vbi quarta est noua; inde tendens similiter ad occidentalem perueniet ad tres metas antiquas, vbi quarta est noua; abinde eundo ad occidentem perueniet ad tres metas antiquas, vbi quarta est noua; exinde progrediens ad partem meridionalem perueniet ad quinque metas veteres, vbi sexta est noua; inde procedens versus partem occidentalem perueniet ad tres metas antiquas, vbi quarta est noua, et finiuntur mete populorum Monasterij Sancti Jacobi de villa Tatum, et iungitur metis populorum de villa Achad; inde parum eundo vadit ad duas metas antiquas, vbi mete populorum de Achad terminantur, et iungitur metis populorum Comitis Johannis filij Pouce, vbi in angulo silue iuxta uiam sunt due mete antique et tercia noua; item tendendo ad orientem iuxta viam in angulo silue sunt tres mete antique et quarta noua; inde parum eundo ad partem septemtrionalem sub arbore pomi sunt due mete antique et tercia noua; abhinc parum eundo in uia cruce signata est meta antiqua et alia noua; item procedens ad aquilonem sunt due mete veteres et tercia noua; abhinc tendendo ad partem septemtrionalem perueniet ad quatuor metas antiquas, vbi quinta est noua; dehinc procedens versus partem occidentalem sunt tres mete antique et quarta noua; abhinc parum eundo ad aquilonem sunt due mete antique et tercia noua; abinde parum eundo sub arbore nucum sunt due mete antique et tercia noua; deinde vergens ad aquilonem peruenit ad quatuor metas antiquas, vbi quinta est noua; abinde diuertens ad partem occidentalem perueniet ad duas metas antiquas, vbi tercia est noua; et sic mete populorum de Rakusy terminantur, et incipit tenere metas ville Posony cum metis Comitis Johannis prenotati; abinde prosiliens viam tendendo ad aquilonem perueniet ad duas metas antiquas, vbi tercia est noua; abhinc parum eundo sunt due mete veteres et tercia noua; exinde eundo ad monticulum ad occidentem sunt quatuor mete antique et quinta noua; abhinc diuertens ad partem septemtrionalem perueniet ad duas metas antiquas et terciam nouam; inde parum eundo sunt due mete antique et tercia noua; deinde ad occidentem, vbi quatuor mete sunt antique et quinta noua; abinde eundo ad aquilonem perueniet

ad tres metas angulares, vbi mete quinque possessionum, Igol videlicet, duarum villarum villarum Posony vocatarum, Burhud et Rakusy finaliter terminantur. Prima meta possessionis Belch vocate incipit a parte orientali in palude Vegsar apud pontem, et vadit ad viam magnam directe ad occidentem, vbi sunt due mete noue, et incipit tenere metas cum populis Reginalibus; abhinc ascendens ad monticulum ad occidentem perueniet ad duas metas antiquas et duas nouas; deinde exiens de uia parum eundo sunt tres mete veteres et due noue; abhinc procedens modicum iuxta eandem magnam viam in latitudine vnius iugeris sunt due mete antique et due noue, separantes a populis Reginalibus; deinde parum procedens iuxta eandem magnam uiam versus occidentem sunt due mete terree antique et due noue; abhinc procedit ad partem meridionalem iuxta quandam viam, et sub arbore ilicis sunt due mete veteres et tercia noua; deinde vergens versus occidentem in angulo virgulti sunt due mete antique et tercia noua; abhinc tendit versus meridiem, et in loco fenili in dumo, quod wlgariter *rekethya* nuncupatur est antiqua meta, et alia noua separans a populis Reginalibus; hinc tendit ad ecclesiam Sancti Martini, et ascendit ad ecclesiam ad magnam uiam, et ibi sunt due mete; et in magna via vadit ad partem occidentalem; et inde vadit vsque ad viam, que tendit ad aquilonem, et ibi sunt due mete, et uadit vsque ad terram eiusdem Ecclesie, ibi sunt due mete; et descendit in medium prati ad occidentalem; et inde descendit in medio prati ad partem meridionalem vsque ad magnam uiam; et exit de prato et descendit ad metam pomi arboris, et ibi sunt due mete; et inde circuit vnum nemus, quod wlgo vocatur Kocos a meridiano vsque ad metam Guth; deinde procedens versus occidentem iuxta virgultum est antiqua meta et alia noua, que separans modo supradicto; abhinc tendens ad meridiem in angulo virgulti sunt due mete antique et vna noua; inde procedens versus occidentem sunt due mete antique et tercia noua; vbi mete populorum Reginalium exercituancium finiuntur, et incipit tenere metas cum populis Custodis Albensis; deinde procedens versus occidentem sub arbore piri iuxta fossatum sunt due mete antique et tercia noua, vbi mete populorum custodialium finiuntur, et iunguntur metis

populorum Reginalium iterato; abhinc vadit versus partem septemtrionalem, vbi sunt quatuor mete veteres et quinta noua, ubi mete terre populorum de Guth finiuntur, et iunguntur metis populorum Reginalium de villa Iris; abhinc procedens versus partem septemtrionalem sunt quatuor mete veteres et quinta noua; deinde vadit ad occidentem per continuas metas antiquas et nouas perueniet ad locum feneti, et in medio eiusdem feneti in arbore salicis est meta; inde parum ascendens ad monticulum sunt mete noue et antique; abhinc diuertens ad partem septemtrionalem sunt mete noue et antique, vbi mete populorum exercituancium Reginalium finiuntur; abhinc tendens ad magnam viam, iuxta quam in dumo salicis sunt mete antique et noue, vbi iungitur metis populorum de Pothlon; et per eandem magnam viam eundo ad partem orientalem per metas veteres et nouas continuas perueniet ad quatuor metas antiquas, vbi quinta est noua; et transiens ipsam viam vergit ad aquilonem, vbi sunt mete antique et noue; abhinc diuertit ad orientem, et iuxta viam sunt tres mete antique et vna noua; deinde procedens ad partem septemtrionalem sunt tres mete veteres et vna noua, et sic mete populorum de Pothlon terminantur, et iunguntur metis terre populorum de Achad; inde procedens ad partem septemtrionalem perueniet ad duas metas veteres, vbi vna est noua sub tribus arboribus ilicis; tendendo ad aquilonem perueniet ad uiam, vbi sunt mete antique et noua; et eundo per uiam ad orientem perueniet ad quatuor metas antiquas, vbi quinta est noua, et mete populorum de Achad finiuntur, et tangit metas populorum de Thatim; et prope uiam eundo ad orientem sunt mete antique et noua, vbi mete populorum de Thatim finiuntur; demum ascendens per uiam ad montem, vbi sunt tres mete, per quas iungitur metis populorum preconum Reginalium; abhinc procedens inferius per uiam ad orientem sunt tres mete veteres et quarta noua; deinde eundo ad aquilonem sunt mete antique et noua, vbi mete preconum finiuntur, et incipit tenere metas cum populis Cruciferorum Hospitaliorum de Dada, vbi est meta magna; et eundo ad orientem perueniet ad arborem piri cruce signatam, vbi est meta antiqua et noua; abhinc veniet inferius per nemus ad arborem ilicis cruce signatam, vbi meta est noua prope palu-

dem Vegsar; et eundo supra ad aquilonem iuxta pratum est meta terrea noua, vbi mete populorum de Belch finaliter terminantur, et incipiunt mete populorum de Kosuk; et transiens paludem ad orientem in terra arabili in monte iuxta viam sub arbore ilicis sunt mete antique et noua; deinde descendit inferius, et iuxta viam est meta noua; abhinc eundo per uiam inter nemus ad aquilonem perueniet ad locum feneti; abinde eundo similiter ad aquilonem perueniet ad duas metas veteres, vbi vna est noua, et finiuntur mete Cruciferorum de Dada, et iunguntur metis populorum de Dada; abhinc vadit ad orientem, sub arbore piri sunt mete antique et noua; dehinc vergit similiter ad orientem, et trasit locum feneti, et vadit in uia parum, quam transiens ascendit ad monticulum ad orientem, vbi sunt mete antique et noua; abhinc parum eundo iuxta viam sunt mete antiqua et noua, vbi mete populorum de Dada finiuntur, et iungitur metis Cruciferorum iterato; abhinc accedit versus orientem, vbi sunt mete antique et noua; et sic mete Cruciferorum finiuntur, et incipit tenere metas cum terra Belyud; et eundo versus meridiem sunt mete antique et noua; abhinc eundo ad occidentem sunt vie antiqua et noua; dehinc eundo ad meridiem per uiam sunt mete antiqua et noua; abhinc declinat ad orientem, vbi sunt mete antiqua et noua; inde procedens versus meridiem sunt mete antiqua et noua, et sic mete terre Belyud finiuntur, et incipit tenere metas cum Preposito de Bukensumlio (Bakonsomlyó); abhinc vergit versus meridiem per continuas metas antiquas et nouas, et peruenit ad metas angulares, vbi est meta noua, et sic mete Prepositi de Bukensumlou finiuntur et iunguntur metis nobilium de Vzd; abhinc procedens ad meridiem iuxta paludem sunt mete antiqua et noua; deinde veniet ad occidentem ad quinque metas antiquas et vnam nouam; abhinc parum eundo sunt mete antiqua et noua; deinde procedit versus meridiem, vbi sunt mete antique et noua; demum tendens versus occidentem, vbi sunt mete antiqua et noua; et inde procedit versus meridiem in via ad magnum fossatum, vbi mete nobilium de Vzd finiuntur, et iunguntur metis terre Capituli Albensis, vbi sunt tres mete veteres et vna noua; dehinc per fossatum eundo ad occidentem sunt due mete veteres et vna noua; et sic cadendo ad uiam vadit

ad meridiem ad puteum, et transit ad paludem, et in iunctura duarum aquarum, que vadit de Kosuk et de Vegsar vocata, est meta antiqua et noua, vbi mete Capituli Albensis finiuntur, que quidem aque, videlicet Vegsar per medium diuiditur in prato inter populos de Kosuk, et populos Reginales de Busu, et sic mete populorum de Besse finiuntur; abhinc procedens ad aquilonem et per medium aque Vegsar perueniet ad capitalem metam de Bele, et sic mete ipsarum duarum villarum inclusiue terminantur. He sunt mete populorum de Kosuk Chakan vocate: Prima incipit a parte orientali de palude Vegsar a loco molendini Cruciferorum de Dada; inde vadit ad occidentem, vbi iuxta uiam est meta noua, et sic mete ipsius Cruciferi finiuntur, et incipit tenere metas cum populis Monasterij de Zelyz de villa Tatun; inde versus aquilonem procedens per metas continuas antiquas et nouas perueniet ad angulum silue, et sunt due veteres mete et vna noua, vbi mete populorum Monasterij predicti finiuntur, et iunguntur metis Comitis Laurencij de Dada; vnde procedens in via per medium nemoris cadit ad paludem Vegsar, et sic veniendo per mediam paludem cadit ad metam priorem in loco molendini, et ibi terminatur. Item cursus metarum predicte terre Eche hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte meridionali in magna via, que procedit per pontem iacentem in fluuio Kopus, tendit vsque uiam, que vocatur Beseneuuta, que relinquitur; exinde super eandem viam magnam progrediens ad partem meridionalem directe ad duas metas, que erecte sunt iuxta ipsam viam circa arbores Rusci, scilicet *gyurtyamfa* ex vtraque parte in terra Custodis Ecclesie Albensis a parte orientali, ex alia in ipsa terra Eche a parte occidentali; deinde vadit super eandem viam ad duas metas ad montem ascendendo directe, que erecte sunt similiter circa duas arbores fagy in terra Custodis, et tylie in terra Eche; vnde progreditur ad duas metas directe supra eandem viam, que sunt erecte in exitu silue circa arborem fagy magnam in terra Custodis predicti, et arboris Rusi in terra Eche: vnde super predictam viam descendit ad quendam fluuium, (iuxta) quem fluuium, vt dictum est, stat arbor que vocatur *gyumulchenfa,* vbi distingitur ipsa terra Eche de terra Stephani filij Lydork, que est meta capitalis; inde

directe vadit ad duas metas ad partem occidentalem, quantum iactus cambuce potest augere, que erecte sunt in medio prati, et separant terram Eche a terra Ecclesie Sancti Jacobi; exinde reuertitur directe ad aquilonem in riuulo paruulo, et ascendit ad montem, vbi terminatur ipse riuulus; vnde progreditur alcius ad montem ad partem aquilonem ad altam arborem piri; inde descendit ad profundum riuulum ad quandam vallem, iuxta quam declinat ad partem occidentalem ad fluuium qui vocatur Gerenche, qui fluuius uadit ad Kopus directe ad partem occidentalem circumeundo ipsam terram Eche, in quo fluuio tria sunt molendina, et in medio eiusdem terre vna vinea; per quem fluuium Gerenche transit ad fluuium per Kopus, qui vocatur Lapsa, in medio cuius fluuij vadit ad partem occidentalem vsque terram Castri Symigiensis, de qno reuertitur ad partem orientalem in longitudine vnius iugeris ad quandam viam, vbi erecte due sunt mete, que separant ipsam terram Eche a terra Castri Symigiensis; item vadit directe ad quandam siluam ad partem orientalem, quam siluam circuit a parte superiori, et vadit ad tres metas, que disgregant ipsam terram Eche de terra Castri Symigiensis, et de terra Ecclesie Sancti Nicolai de Alba, que est terra capitalis; inde circa eandem siluam descendit per quandam uiam ad partem meridionalem ad duas metas, que erecte sunt circa arbores piri duas, distingendo terram Eche de terra Ecclesie Sancti Nicolai; vnde directe descendit ad fluuium Kopus sepe dictum, in quo eciam tria sunt molendina; et sic mete predicte Eche terminantur. Nos itaque ipsorum Petri et Marcelli Comitum iustis peticionibus inclinati, cursus metarum possessionum predictarum in litteris dicti Capituli Budensis contentos auctoritate presencium confirmamus, dupplicis sigilli nostri munimine roborantes. Datum per manus venerabilis viri Magistri Nicolai, Electi Ecclesie Albensis, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Regni autem nostri anno octauo.

(I. Lajos királynak 1367. „Bude feria quarta proxima ante Dominicam Oculi“ kiadott megerősítő okmányából, melyet kért „Comes Nicolaus de

Kuzwk officialis et procurator religiosarum dominarum sanctimonialium Claustri Beate Virginis de Insula Leporum, vice et nomine earundem dominarum suarum"; a budai kir. kamarai levéltárban.)

162.

IV. László király több tornovai várjobbágyot nemesi állásra emel. 1279.

(L)Adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Regie benignitatis inmensitas, licet alta contempletur summo consilio prouidendo, humilia tamen prospicit a suis honeribus misericorditer subleuando; utilitati quippe reipublice eo decencius consulitur, quo nobilium numerus et bellatorum acies ex superadditis et adiunctis crescit continuis incrementis. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire: quod cum Michael filius Fyoch, et Turna filius Zepus de villa Heygmuguy, de jobagionibus Castri nostri de Tornova oriundi, primum domino Bele auo nostro, et domino Stephano patri nostro karissimis, Illustribus Regibus Hungarie piarum recordacionum, et demum nobis fideles et laudabiles impendissent famulatus, pro quibus ijdem Regia remuneracione decorari merito debuissent: Nos quibus incumbit metiri merita singulorum, et dignis pro meritis respondere; commendabilem fidelitatem et meritoria obsequia ipsorum Michaelis et Turna in memoriam reuocantes, ut alij eo viso ad fidelitatis opera ardencius inuitentur; eosdem Michaelem et Turna, ac ipsorum heredes heredumque suorum successores, a jobagionatu dicti Castri cum terra ipsorum Hygmuguy vocata eosdem iure hereditario contingenti, eximendo, in numerum, cetum et collegium Regalium seruiencium duximus transferendos. In cuius rei memoriam perpetuamque fir-

mitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Nicolai aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri; anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono; Regni autem nostri anno octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a nemzeti muzeum kézirattárában.)

163.

IV. László királynak Percel nevü földet, és bizonyos a Bálványos viz melletti erdőt tárgyazó adománya, Herbold comes Oslnak fia számára. 1279.

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Comes Herbordus filius Osl de genere Osl ad nostram accedens presenciam a nobis instantissime supplicando postulauit, vt quandam terram castri nostri Supruniensis Percel (így) uocatam, vacuam, sicut dixit, et quandam siluam nostram Regalem circa castrum ipsius Comitis Herbordy adiacentem, quod habet prope aquam Balamus, et quoddam fenile similiter ad castrum Supruniense pertinens in terra Kezel existens Kuzepkerek nuncupatum, eidem de benignitate Regia dare et conferre dignaremur. Nos igitur consideratis seruicijs et fidelitatibus prefati Comitis Herbordy, qui primum domino Bele auo nostro, et Stephano patri nostro karissimis, Illustribus Regibus Hungarie felicium recordacionum, et demum nobis in omnibus expedicionibus Regni nostri fideliter impendit et deuote, prefatam terram Percel (így) in eisdem metis et terminis, in quibus dictum castrum tenuit et possedit, et ipsam siluam

Regalem, ac predictum fenile, si Regie pertinent Maiestati, eidem Comiti Herbordo, ac Magistro Herbordo filio eiusdem, dedimus, donauimus, contulimus atque tradidimus iure perpetuo et in heredum heredes possidenda. Distinccio eciam predicte silue seu longitudo incipit a terra Johannis et fratrum suorum, filiorum Comitis Andree, et tendit usque terram castri Kezel nuncupatam; latitudo uero eiusdem ab Vzturo inquoatur et uadit usque vallem, secundum quod idem Comes Herbordus nobis oraculo uiue uocis retulit. Vt igitur huius nostre donacionis series robur optineat perpetue firmitatis, nec processu temporum valeat uel possit retractari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Achonus aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LXX° nono, Regni autem nostri anno octauo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a vörös selyemzsinóron függő pecsét már lehullott; a nemzeti muzeum kézirat-tárában)

164.

IV. László király Endre és Jákó mestereknek, Jákó comes fiainak, visszaadja Jeszenő nevű örökbirtokukat. 1279.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Magister Andreas et Magister Jako, filii Comitis Jakou ad nostram accedentes presenciam nobis dixerunt conquerendo, quod quedam terra ipsorum hereditaria Jesenev vocata, in Comitatu de Vng existens, indebite de eisdem esset alienata; quam a nostra Majestate sibi reddi et restitui instantissime postulabat. Verum quia de facto dicte terre nobis ad plenum non constabat, fidelibus

nostris Preposito et Conuentui de Lelez nostris dedimus litteris in mandatis, vt cum Gregorio filio Zelemen homine nostro testimonium ipsorūm mitterent idoneum, coram quo idem homo noster prefatam terram presentibus omnibus commetaneis et vicinis reambularet et eisdem restitueret, si non fieret contradictum. Qui quidem postmodum nobis rescripserunt, quod prefatam terram presentibus omnibus commetaneis et vicinis reambulasset, et eidem Andree et Jacou magistris restituisset nullo contradictore apparente. Nos igitur, quia vnicuique in sua justicia deesse non debemus, considerantesque seruicia et fidelitates eorundem, que vbique locorum nobis cum feruore sumpme fidelitatis impendere curauerunt, et specialiter in exercitu nostro generali, in quo Rege Bohemie inimico nostro capitali interempto Diuina permittente gracia feliciter victoriam sumus consecúti, impenderunt; prefatam terram cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, quibus per eosdem prius rite seu legitime possessa fuerat, restituimus et reddidimus eisdem et suis heredibus heredumque suorum successoribus jure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Nicolai Albensis Ecclesie Electi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC°LXX° nono, Regni autem nostri anno septimo.

(XVI. századbeli hiteles másolat után. Az okmány kivonatát lásd Fejérnél Cod. Dipl. V. k. 2. r. 563. l.)

165.

IV. László király megerősíti a nyúlszigeti apáczákat a budai vár plebániájának kegyuri joga birtokában. 1279.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex vniuersis presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Ad perpetuam rei memoriam presenti insinuacione duximus declarandum, nos recepisse et inspexisse litteras priuilegiales karissimi aui nostri Bele Dei gracia condam illustris Regis Hungarie in prima et uera figura non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte abolitas, sub uero et autentico ipsius sigillo formam et tenorem huiusmdi continentes:

Bela Dei gracia Hungarie stb. Rex stb. (következik IV. Béla királynak 1255-ki privilégiuma, mint Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 2. r. 320. l.)

Cum igitur pie desiderium voluntatis, et laudande diffinicionis intencio Regalibus sit subsidijs adiuuanda, et cura sit sollicitudini merito adhibenda, ut ea que pro quiete religiose conuersacionis sunt diffinita et ordinata, nullatenus negligantur, sed pocius Regijs subsidijs roborentur; nos premissam ordinacionem, concessionem, donacionem et collacionem, quas ex instinctu quodam Diuino non est dubium processisse, approbamus, ratificamus, et gratas habentes, presentis nostri priuilegij patrocinio communimus, eo affectuosius omnia premissa et singula intendentes conseruare, quo cercius in eis Diuinam placari firmiter credimus Maiestatem. Vt igitur premissa ordinacio, donacio, collacio seu disposicio rate et firme in posterum perseueret, premissas priuilegiales litteras aui nostri predicti de verbo ad verbum insertas presentibus, dupplicis sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum et actum anno Domini millesimo CC°LXX° nono, Regni autem nostri anno sexto.

(Zsigmond királynak octáuás átiratából, mely „Demetrius litteratus de Vetere Buda procurator religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula Leporum" kérésére kelt „Bude feria quarta proxima post Dominicam Reminiscere" 1411., a budai kir. kamarai levéltárban.)

166.

IV. László királynak rendelete, hogy a veszprémi káptalannak Fehérmegyében a tized az esztergami káptalannál szokásos mértékkel adassék ki. 1279.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis uniuersis quibus expedit et presentes ostenduntur de Comitatu Albensi salutem et graciam. Fideles nostri Prepositus et Capitulum Ecclesie Wesprimiensis sua nobis conquestione efficaciter demonstrarunt, quod uos Dei timore postposito et Sancte Matris Ecclesie reuerencia pretermissa, decimas uestras in vino et in frugibus eisdem prouenientes cum mensura iusta et legitima non daretis; pecieruntque ijdem a nobis humiliter et instanter, vt ad exigendas predictas decimas mensuram iustam et congruentem, sicut expedit, formaremus. Igitur eorum peticionem pie et iuste admittendam pensantes Regio cum fauore; mensuram, qua Strigoniensi Capitulo solui decime huiusmodi consueuerunt, eidem Wesprimiensi Capitulo duximus concedendam, Baronum et nobilium Regni nostri, qui aderant, huic ordinacioni nostre accedentibus consilio et consensu. Ordinantes siquidem et irreuocabiliter statuentes, vt eidem Capitulo Wesprimiensi de qualibet capecia frumentorum cum cubulo quatuor palmorum et duorum digittorum pollicibus appositis cubulus persoluatur; de singulis autem capecijs siliginis, ordei et auene duo cubuli erogentur; presertim decime vini cum cubulo trium palmorum, adiunctis pollice et duobus digittis ab omnibus exigantur; sicut in nostro priuilegio exinde confecto plenius continetur. Et vt presens nostra concessio et ordinacio firma perpetuo perseue-

ret; eam presentibus, et nostro sigillo fecimus pariter communiri. Datum Bude anno Domini M°CC°LXX° nono in vigilia Beati Johannis Baptiste.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 889. l.)

167.

IV. László király megerősíti Liupoldot Truzlef fiát Semptey vármegye főispánságában. 1279.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem: quod Comes Lyuppoldus filius (így) Truslephy fidelis noster exhibuit nobis patentes litteras domini Bele aui nostri karissimi, Serenissimi Regis Hungarie felicissimi recordacionis, petens nos cum instancia, ut ipsas ratas habere, et nostris dignaremur patentibus litteris confirmare. Quarum quidem litterarum tenor talis est:

Nos Bela stb. quod sicut fideli nostro Trusleph Comitatum de Semptey contuleramus, sic eciam post mortem eiusdem Trusleph, aduertendo fidelitatem suam, et eciam seruicia fidelia, que frater suus Lyuppoldus, vna cum fratre suo predicto nostre Maiestati exhibuerunt indefesse stb. (következik IV. Béla király okmánya, mint gyüjteményünk első folyamának III. kötetében 1. l.)

Nos itaque peticionem ipsius Comitis Lyuppoldi fauorabiliter admittentes, presentibus de uerbo ad uerbum inseri faciendo auctoritate presencium (duximus) confirmandam. Datum in Insula Beate Virginis quarto die Assumpcionis Virginis Gloriose, anno Domini millesimo ducentesimo LXX° nono.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsétnek maradványa még meg van, a nemz. muzeum kézirat-tárában.)

168.

IV. László király László esztergami prépostnak megengedi, hogy Gyerki birtokáról szabadon rendelkezhessék. 1279.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus quibus expedit presencium per tenorem : quod Magister Ladizlaus Prepositus Strigoniensis, domini Pape Capellanus, dilectus et fidelis noster, in lecto egritudinis in nostra curia constitutus, pecijt a nobis humiliter et deuote, ut de possessione sua Gereky uocata, in Comitatu Huntensi existente, liberam potestatem donandi inter vivos et testamento relinquendi concedere de benignitate Regia dignaremur; tam ea parte, que est empticia, quam de ea, que gracia Bele Regis aui nostri karissimi et nostra aquisita. Nos itaque meritoria et multiplicia seruicia ipsius attendentes, que prefato auo nostro, karissimo patri nostro, nobisque exhibuit indefesse; ipsius precibus iustis Regaliter inclinati, concessimus annuendo, ut de ipsa terra possit ordinare et disponere, tam inter uiuos, quam in morte, donando eam, legando consanquineis et nominatim suis sororibus (mari)tisque earundem et Ecclesijs, ita quod nullus ordinacionem, quam de predicta possessione fecerit, impedire ualeat, uel ei ausu (temerario contraire). Et si quis hoc attemptauerit; non solum indignacionis Regie, verum eciam false sue attemptacionis senciat vlcionem — — — — — magna parte sit empticia ipsius et in magna parte a domino Bela illustri Rege Hungarie, auo nostro, et nobis a — — — — — sicut in pluribus litteris, exinde confectis, dicitur contineri. Vt igitur hec nostra salubris concessio rata et firma in posterum perseueret, presentes eidem concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M°CC°LXX° nono.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 459. l.)

169.

Fülöp fermoi püspök és pápai követnek bizonyságlevele, hogy Chak nemzetségbeli Ugrin királyi tárnokmester Esztergamban lévő palotáját az esztergami káptalannak eladta. 1278.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis ad perpetuam rei memoriam. Philippus Dei gracia Firmanus Episcopus, Apostolice Sedis Legatus, vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Contractus sumentes inicium ab origine equitatis, presertim qui in causam accedunt seu ueniunt iudicati, auctoritatis et ratihabicionis debent munere ac munimimine solidari de gracia presidentis: cum ecclesiastice moderacioni omnino conveniens dinoscatur, ut que racionabiliter ordinata sunt et solempniter diffinata, nulla imposterum refragacione possint, uel debeant perturbari; sed sicut ea, que juris racio exigebat, utiliter oportuit stabiliri, ita inposterum, que juste diffinata sunt, nequeant per recidiue questionis scrupulum uiolari. Sane in nostra curia presencialiter et personaliter constitutis nobili uiro Vgrino filio Pous Comitis de genere Chak, Magistro Tauarnicorum domini Ladizlai Illustris Regis Vngarie ex una parte; et discretis uiris Magistris Ladizlao Strigoniensis et Reynaldo Sancti Thome in Promontorio Strigoniensi Prepositis, procuratoribus Ecclesie Strigoniensis ex altera; idem Magister Vgrinus libera et propria uoluntate, sciens se ad infrascripta non teneri, sed ex certa sciencia sua, sponte uendidit, tradidit, et concessit, dedit, cessit atque mandauit, seu in solutum dedit predictis Prepositis, procuratorio nomine ipsius Strigoniensis Ecclesie recipientibus et stipulantibus pro Capitulo eiusdem Strigoniensis Ecclesie quoddam palacium, quod idem Vgrinus habebat in ciuitate Strigoniensi super locum fori, cum omnibus domibus, curijs ac casamentis, fundis et areis; cui a parte septemtrionali quidam strictus vicus coheret, per quem descenditur usque ad flumen

parui Danubij, et postmodum iuxta eundem Danubium paruum protenduntur termini usque ad domum Laurencij sutoris, sitam in area Monasterij de Moyk Premonstratensis Ordinis; et sic reuertuntur termini et limitaciones usque ad magnam plateam fori; et sic reuertuntuntur iterum ad strictum vicum, de quo superius est premissum; cum omnibus iuribus, accionibus, ingressibus, egressibus, utilitatibus, commodis, accessibus et pertinencijs suis, usque in uias et plateas publicas seu communes, ad habendum, tenendum, possidendum, uendendum, permutandum, locandum, fruendum, alienandum, usufructuandum et quicquid ipsi Capitulo placuerit, perpetuo et temporaliter faciendum, pro precio et solucione ducentarum marcarum fini argenti, quas ducentas marcas discretus vir Magister Nycolaus filius quondam Ladizlai Bani, clericus, dare et soluere debebat et tenebatur nominate Strigoniensis Ecclesie Capitulo, secundum nostram diffinitiuam sentenciam, nulla appellacione uel supplicacione suspensam, pro satisfaccione et interesse iniuriarum factarum et illatarum per ipsum Magistrum Nicolaum Canonicis et Capitulo Ecclesie antedicte, estimatarum de communi concordia et uoluntate parcium ad quantitatem quingentarum marcarum puri argenti; pro quibus ducentis marcis nominatus Vgrinus dedit et concessit ac tradidit antedictum palacium cum suis pertinencijs et finibus in solutum seu uendicionis titulo, ut est dictum. De quibus ducentis marcis fecit per se et suos heredes, eis recipientibus et stipulantibus, pro Capitulo Ecclesie antedicte finem et refutacionem, absolucionem et liberacionem perpetuam, et expressum pactum de ulterius non petendo; renuncians excepcioni non uenditi et traditi, concessi seu cessi, siue in solutum dati dicti palacij non debite dicte quantitatis ducentarum marcarum ab ipso Magistro Nicolao Capitulo memorato, doli mali, sine causa, et ob causam et sine justa causa, decepcionis ultra dimidium iusti precii, et lesionis enormis, et omni alij excepcioni, accioni, defensioni et rei generali et speciali, reali et personali, et cuilibet alij iuris, consuetudinis, constitucionis et statuti, facti et faciendi auxilio, appellacioni, supplicacioni, et imploracioni restitucionis in integrum, militari et ex clausula generali, si qua iusta causa uidebitur, et omni beneficio et auxilio Juris Cano-

nici et Ciuilis, sibi uel alteri pro eo competenti et competituro in perpetuum. Promittens sollempniter, quod non opponet per se uel alium, seu alios, quod huic contractui in totum uel in partem nocere, uel obesse possit, seu per quod effectus uendicionis siue in solutum dacionis huiusmodi impediri ualeat, uel infringi, seu quomodolibet retardari, uel eciam retractari. Quod palacium cum suis pertinencijs et finibus constituit se per se et suos heredes precario nomine dicti Capituli possidere, donec corporalem possessionem inde acceperint et habuerint cum effectu; quam intrandi, accipiendi, utendi et retinendi auctoritate propria per se uel alium seu alios eidem Capitulo dedit et concessit liberam potestatem. Promittens quod de dicto palacio et suis iuribus et pertinencijs nemini ius dedit aliquod uel cessit, quod presenti contractui posset esse nociuum; quod si datum vel concescessum apparuerit, promisit per se et suos heredes stipulacione solempni prefatis Prepositis recipientibus pro Capitulo antedicto, illud reaquirere suis pignoribus, sumptibus, laboribus et expensis, et ipsum palacium cum omnibus suis rebus et iuribus ac pertinencijs exobligare, et ipsum liberum et expeditum, et a nemine occupatum dare et tradere, et ipsum ab omni persona, vniuersitate seu collegio defendere, auctoritare et disbrigare, et in perpetuum indempne ipsum Capiiulum ab omnibus conseruare. Et predicta et infrascripta omnia et singula promisit et per stipulacionem solempnem, per se et suos heredes attendere et obseruare et adimplere cum effectu, sub obligacione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presencium et eciam futurorum, sub pena dupli dictarum ducentarum marcarum; que pena tociens committatur et exigi possit et debeat cum effectu, quociens in aliquibus seu aliquo de predictis fuerit contrafactum. Quam penam prelibatus Vgrinus per se et heredes suos eidem Capitulo dare et soluere, ut dictum est, si in aliquo contrafecerit per se uel per alium, uel omnia et singula non seruaret, solempni stipulacione promisit; et pena soluta uel non, contractus iste firmus et illibatus permaneat omni tempore in totum et qualibet parte sui. Et insuper predictus Vgrinus tactis corporaliter sacrosanctis euangelijs iureiurando promisit et firmauit solempniter omnia et singula supradicta per se et suos here-

des firma et illibata seruare, et in nullo alicuius rei pretextu, cauillacione, malicia, seu ingenio contrafacere uel uenire. Vt igitur premissarum uendicionis, in solutum dacionis, ratihabicionis et approbacionis nostrarum, stipulacionumque super diuersis articulis contractarum et expressarum superius series, firmitasque iuramenti per ipsum Vgrinum corporaliter prestiti, successiuorum lapsu temporum nequeant in ambiguitatis seu dubij scrupulum reuocari: omnia premissa et singula premissorum clare et expresse approbamus, ratificamus, et ex certa sciencia harum serie confirmamus, cum canonum regula paternorum decisa salubriter et solempniter diffinita; quibus presertim iurisiurandi religio accessit, nec uiolari paciatur, nec aliqualiter uacillare. Actum in castro Budensi anno Domini millesimo CC° LXX° nono, indiccione VII., Pontificatus domini Nicolai Pape tercij anno secundo, IV. kalendas Aprilis. Presentibus venerabili patre Lodomerio Dei gracia Episcopo Waradiensi, Magistro Johanne Electo, Benedicto Preposito, et Nicolao Canonico Colocensibus; Nicolao Preposito Sancti Yrenei, Magistro Gyroldo Archidiacono de Dobycha in Ecclesia Zagabriensi; nobilibus uiris laycis Demetrio filio Demetrij, Stephano et Pousa filijs Johannis, Georgio filio Symonis, et multis alijs testibus ad hec uocatis specialiter et rogatis.

Ad premissorum itaque perpetuam memoriam presentes nostro et predictorum venerabilis patris Lodomerij Waradiensis Episcopi, et Magistri Johannis Colocensis Electi sigillis fecimus communiri.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 384. l.)

170.

Máté nádor megerősíti a delegált biztosoknak Bárd helységet tárgyazó határjárását. 1279.

(M)atheus Palatinus Comes Supruniensis et Judex Cumanorum omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, ad quos presentes littere peruenerint, salutem in Domino sempiternam. Solent scripti patrocinio communiri, ne acta temporalia simul cum tempore a memoria dilabantur. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Vgra, Nicolaus et Valentinus Comites filij Comitis Ipoliti, exhibuerunt nobis patentes litteras Comitis Pauli filij Menzeu, Barch et Clementis Comitis vduornicorum de Symigio, sigillis eorundem cousignatas, petentes cum instancia, ut nos ipsas litteras nostro priuilegio faceremus confirmari. Quarum quidem litterarum tenor is est:

Nos Comes Paulus filius Comitis Menzeu stb. (következik a IV. László királytól és a nádortól Somogymegyébe határrendezes végett kiküldött biztosoknak ugyan 1279-ki levele, mely olvasható az Árpádkori Új Okmánytár IV. kötetében a 213. lapon.)

Nos igitur iustis peticionibus eorundem filiorum Ipoliti acquiescentes predictas litteras de uerbo ad uerbum presentibus inseri faciendo nostro priuilegio fecimus communiri. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum circa Thetin in festo Beati Jacobi Apostoli anno Domini M° CC° LXX° nono.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a nádor pecséte vörös-sárga selyemzsinóron függött, de már lemállott, a nemz. muzeum kézirat-tárában.)

171.

Henrik királyi fölovászmester és mosonyi főispán a mosonmegyei molnárok elleni panaszokat elintézi. 1279.

Nos H. Magister Agasorum domini Regis et Comes Musuniensis significamus vniuersis quibus expedit; quod Comes Chorrardus cum tota prouincia coram nobis proponentes contra molendinarios in fluuio Saar supra Musunium existentes, quod de ipsis molendinarijs tam populi sui quam tota prouincia magnum dampnum passi fuissent in illicito tributo recipiendo de frugibus ipsorum seu in farina, quod wlgo *podlyst* dicitur; vnde pari uoluntate nostro arbitrio exposuerant componendam, scilicet causam supradictam. Composuimus et instituimus in hunc modum; quod cum metreta Musuniensi, tum iusta metreta, decimam metretam dare teneantur; et pro farina quod wlgo *podlyst* dicitur de quolibet curru duos narios. Hoc adiecto, qui dictam institucionem excesserit, iudicio Regali condempnetur. Anno Domini M° CC° LXX° nono.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a mélt. b. Révay család levéltárban.)

172.

Péter királyi tálnokmester és pozsonyi főispán Plumnon nevü földet tárgyazó adománya Péter pozsonyi biró számára. 1279

Petrus Magister Dapiferorum domini Regis Comes Posoniensis et Musuniensis vniuersis quibus presentes ostenduntur, salutem in salutis largitore. Quia temporis fluxibilitas rebus sub se generatis instabilitatem imprimit et occasum: non

immerito in tesaurario memoriali deposita processu ipsius temporis elabuntur. Idcirco racionabiliter litterarum perpetuitate perhempnantur res, que per humanam industriam actitantur. Igitur ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire: quod cum Jacobus Villicus Posoniensis quamdam terram Plumnou uocatam, uacuam et habitatoribus destitutam, a nobis sibi dari postulasset; nos eiusdem seruicijs meritorijs recensitis et cognitis, que in cunctis negocijs domini nostri Regis et nostris, et specialiter contra Johannem filium Petri Curialem Comitem nostrum, qui titulo seu labe infidelitatis contra ipsum dominum nostrum Illustrissimum Regem Hungarie et nos vehebatur, fideliter et deuote inpendit, dictam terram Plumnou vocatam, cum suis vtilitatibus, pertinencijs et attinencijs vniuersis, sub metis et terminis quibus antiquitus dinoscitur fuisse gubernata, exceptam penitus et exclusam a jurisdiccione et potestate Comitatus de Vztupan, cui prius attinebat, dedimus donauimus et contulimus ipsi Jacobo Villico, heredibus suis, heredumque successoribus, perpetuo et irreuocabiliter possidendam; promittendo eidem securitatem et munimen donacionis nostre huiusmodi a domino nostro Rege diligenter, ut expedit, inpetrare. Ut igitur donacio nostra presens robur perpetue firmitatis obtineat, presentes ipsi Jacobo sigilli nostri munimine contulimus roboratas. Anno Domini M° CC° LXX° nono.

(A bőrhártyán függő pecsét alatt kiadott eredeti után készült másolat Czech János hátrahagyott kéziratai közt.)

173.

János spalatoi érseknek elismervénye, hogy az ottani káptalan és monostorok a pápai követ által kivetett pénzösszegeket lefizették. 1279.

Nos Johannes Dei gracia Archiepiscopus Spalatensis ad vniuersorum noticiam volumus peruenire: quod pecuniam taxatam per venerabilem patrem dominum Philippum Firmensem Episcopum et Sacrosancte Sedis Apostolice Legatum a Capitulo et a Monasterijs de Spalato de mandatis ipsius domini Legati recepimus, et illam in nos plenarie habemus; scilicet a Capitulo triginta libras denariorum paruorum; a Monasterio Sancti Stephani duodecim libras; a Monasterio Sancti Benedicti duodecim libras; a Monasterio Sancte Marie de Insula Solte duodecim libras denariorum paruorum pro qualibet marca argenti. Quam pecuniam totaliter et plenarie promittimus et obligamur ipsi domino Legato, vel cui ipse preceperit dare; absoluentes Capitulum et predicta Monasteria, racione ipsius Legati, a quo mandatum recepimus recipiendi predictam pecuniam ab omni impeticione pecunie memorate. In cuius rei testimonium et noticiam pleniorem presentes litteras nostri sigilli munimine fecimus roborari. Actum Spaleti anno Domini millesimo CC° LXX° VIIII° die X. intrantis Junij.

(Hiteles másolata a bécsi cs. titkos levéltárban.)

174.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Epeli Péntekkel szöllöt cserélt. 1279.

Gregorius Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod cum Pentuk filius Wasard de Epel vineam suam paruulam, quam a libero homine emptam habuit in Epel inter vineas nostras in monte, qui Zylod uocatur, nobis reliquerit et assignauerit; nos vineam nostram, similiter in Epel in alio monte Laz uocato supra vineam, que quondam Doncus fuerat, existentem, que a parte orientali vineam nostram, quam quondam Marcellus habuerat, tangens, descendit versus terram Vrsey, inter vineam Petri de Kalezna ab una parte, et vineam Nicolai ab altera, dedimus et assignauimus dicto Pentuk in predicte vinee sue concambium perpetuo possidendam. In cuius rei memoriam, ad peticionem prefati Pentuk, presentes nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M°CC°LXX° nono.

A B C

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 461. l.)

175.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy Péter comes Tibor comesnek fia Pomászban birt földeit a nyúlszigeti apáczazárnak eladta. 1279.

A B C

Capitulum Budensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nobilis uir Petrus Comes filius Thyburcij Comitis ab una parte, Petrus et Nicolaus Comites officiales sororum Beate Marie de Insula pro eadem Ecclesia ex altera coram nobis personaliter constituti; prefatus Comes Petrus dixit et confessus est, porcionem suam quam habet in Pomaz centum sexaginta et quatuor iugerum contingencium, cum feneto uidelicet, terris arabilibus, duabus vineis, et uno loco vinee, ac omnibus alijs pertinencijs et attinencijs ipsius porcionis vniuersis, sub eisdem metis, signis et terminis, quibus hactenus idem Comes Petrus habuit et possedit, vendidisse et tradidisse dictis sororibus et Ecclesie Sancte Marie de Insula pro viginti marcis fini argenti perpetuo et irreuocabiliter possidendam; Tyburcio fratre eiusdem Comitis Petri, Iwan filio Kenez, et Benedicto filio Thome, cognatis suis personaliter astantibus, et huiusmodi vendicioni et empcioni consensum prebentibus et assensum; obligando se et suos heredes idem Comes Petrus, expedituros dictas sorores ab omni, que racione dicte porcionis processu temporis moueri contingeret questione suis proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes ad instanciam partis utriusque concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Ambrosij Lectoris Budensis anno Domini M° CC° LXX° nono. Magistro Johanne

Cantore, Laurencio Custode, Pangracio Decano, Zele et Johanne sacerdotibus, ceterisque Canonicis existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, sárga-vörös selyemzsinóron függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

176.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy Péter comesen kívül Iván, Kenéznek fia is Pomázban fekvő birtokát a nyúlszigeti apáczazárdának eladta. 1279.

A B C

Capitulum Budensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nobiles uiri Petrus Comes filius Tyburcij Comitis, et Iwan filius Kenez ab vna parte; Petrus et Nicolaus Comites, officiales sororum de Insula Virginis Gloriose pro eisdem sororibus ex altera coram nobis personaliter constituti, prefatus Comes Petrus filius Tyburcij Comitis porcionem suam, quam habet in terra Pomaz, centum sexaginta et quatuor iugerum cum feneto, uidelicet terris arabilibus, duabus uineis et vno loco vinee, ac alijs apendicijs ipsius porcionis vniuersis, terris Jacobi et Comitis Marcelli, Salamonis dicti Tumpa, item terris filiorum Petri de Nemty, Ladizlai de eadem, item terris Andree filij Samel de Symche et Peterke conterminalem et uicinam; item Iwan filius Kenez quadruginta iugera terrarum de terra sua, quam habet in Pomaz, cum feneto decem falcastra sufficiencia (így) duobus locis uinearum, tribus fundis a parte orientis iuxta Tumpa Salamonem existentes, sub eisdem metis, signis et terminis, quibus hactenus ijdem possederunt, sicut homo noster ad hoc specialiter destinatus nobis dixit, confessi sunt vendidisse, tradidisse et assignasse dictis

sororibus et Ecclesie Sancte Marie de Insula; memoratus uidelicet Comes Petrus filius Tyburcij suam porcionem pro uiginti marcis finiti argenti; item Iwan filius Kenez suam terram siue porcionem pro quinque marcis puri argenti iure perpetuo pacifice possidendam; quam pecuniam ijdem venditores a Petro et Nicolao Comitibus nomine predictarum sororum soluentibus asseruerunt plenarie habuisse. Assumpserunt nichilominus ijdem Comes Petrus et Iwan, et se ac suos heredes ad hoc firmiter obligarunt, ut si aliqua litis species tam per extraneos, quam eciam per suos cognatos moueri racione predictarum porcionum aliquo unquam tempore contingeret, ipsi et sui heredes dictas sorores et Ecclesiam antedictam expedirent suis proprijs sumptibus et labore. Astiterunt insuper Tyburcius frater eiusdem Comitis Petri, Benedictus filius Thome, qui ac alij commetanei prenotati suum consensum prebuerunt. In cuius rei memoriam ad instanciam parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Ambrosij Lectoris Budensis, anno Domini M° CC° LXX° nono, Magistro Johanne Cantore, Laurencio Custode, Pangracio Decano, Bedew et Johanne sacerdotibus, Stephano ac Elya Magistris, ceterisque Canonicis existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét vörös selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.

177.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Aladár a királyné főtálnokmestere a Kychi nemesekkel Mikó testvérük megöletéseért barátságosan egyezkedett. 1279.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire: quod Aladario filio Chethe

Magistro Dapiferorum domine Regine ab vna parte, ab altera uero Dythbor, Symoun et Herborth filijs Detrici de Kych pro se et pro Dythk ac Langueus fratribus suis coram nobis personaliter constitutis, per Dythbor et fratres suos predictos propositum extitit, quod ipse Magister Aladarius super morte Mykou fratris eorundem, ipsis et fratribus suis supradictis plenam satisfaccionem exhibuisset, quadraginta marcas pro ipsa morte eisdem persoluendo; et terram ipsius Magistri Aladarij Fay uocatam, quam racione ipsius mortis pro quindecim marcis acceperant ab eodem, propter bonum pacis, eidem pleno iure reddidissent et remisissent possidendam et habendam. Dicimus eciam quod Dythbor, Symoun et Herborth supradicti obligauerunt se et fratres suos ac heredes eorundem, ipsum Magistrum Aladarium et heredes eiusdem ab omnibus racione premisse mortis inpetere nitentibus defendere et expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rey testimonium ad instanciam parcium presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Presentibus tamen Magistro Bartholomeo Preposito, Anthonio Cantore, Saulo Lectore, Miko Custode; Marco de Patha, Ladizlao de Zemlen, Paulo de Kemey, Johanne de Sumbun Archidiaconis et alijs multis; anno Domini M° CC° LXX° nono. Regnante Ladizlao illustri Rege Hungarie, Strigoniense Sede uacante, Johanne Colocensi Electo; et domino nostro venerabili patre Andrea Episcopo Agriensi existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a függő pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

178.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Miskei János Miskében lévő bizonyos földet Imre, Pouka fiának eladott. 1279.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire; quod Petrus filius Johannis de Myske vna cum Gregorio filio suo, et Emericus filius Pouka consanguineus eiusdem de eadem, ut dicebant, ad nostram personaliter accedentes presenciam, proposuerunt viuauoce, quod quandam particulam terre de terra ipsorum hereditaria Myske vocata ad vsum vnius aratri sufficientem, a parte septemtrionali iacentem, metis vndique limitatam et distinctam, Zaheus filio Cherne de eadem Myske, sicut dixit, genero suo, coram nobis personaliter constituto, propter vnionem proximitatis, duabus marcis receptis ab eodem, dedissent et contulissent sibi et suis heredibus heredumque successoribus perpetuo iure possidendam; obligantes se et suos heredes, ab omnibus ipsum Zaheus ac heredes eiusdem racione predicte particule terre molestare nittentibus, defendere et expedire proprijs laboribus et expensis. Et Gnebe filius Zathmar consanguineus ipsorum, commetaneus eiusdem terre, ut dixit, pro se et pro Opoy ac Michaele fratribus suis coram nobis astans, huic collacioni consensum prebuit et assensum. Cuius eciam particule terre, sicut ijdem coram nobis recitarunt, mete taliter distinguntur: Egreditur a plaga orientali iuxta quendam fluuium Gungus vocatum sub quadam salice, et per directam lineam a parte septemtrionali iuxta ecclesiam Sancti Benedicti transit vsque ad Bodunteluky, et ibi terminatur. In cuius rei testimonium ad instanciam predictorum pesentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Presentibus tamen Magistro Anthonio Cantore, Mikou Custode, et alijs multis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono. Regnante Ladizlao Illustri Rege Hunga-

rie, Strigoniensi et Colocensi Sedibus vacantibus; et domino venerabili patre Andrea Episcopo Agriensi existente.

(Az egri káptalannak 1384-ki átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

179.

A győri káptalan újból kiadja a Puki Ferencz fiai közt történt birtokosztályt tárgyazó bizonyságlevelét. 1279.

Magister Karachinus Prepositus et Capitulum Jauriensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod vir nobilis Magister Alexander filius Comitis Farkasij de Puk ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis litteras nostras sub sigillo Ecclesie nostre, quo sigillo antequam Teutonici ecclesiam nostram in puerilibus annis domini nostri Ladizlai Regis, Dei gracia Illustris Regis Hungarie, hostiliter in guerra Regis Bohemye inuasissent, detinuissent, vtebamur, litteras diuisionales super possessiones eorum, petens a nobis humiliter, vt easdem litteras dignaremur renouare, et munimine nostri noui sigilli roborare. Quarum tenor talis est:

Capitulum Ecclesie Geuryensis stb. (következik a győri káptalannak 1269-ki kiadványa, mint gyűjteményünk VIII., vagyis a második folyam III. kötetében 247. l., 168. sz. a.)

Predictas litteras nostras de verbo ad verbum rescribi faciendo presentibus inseri fecimus, et patrocinio nostri noui sigilli communiri. Datum anno Domini M° CC° LXX° IX° Abraam Cantore, Hectore Lectore, Mykou Custode Ecclesie nostre existentibus.

(Zsigmond királynak 1392. „Bude in vigilia festi Concepcionis Beate Virginis" „vir Magnificus dominus Nicolaus filius Johannis de Kanysa Magister Tauernicorum nostrorum" kérésére kiadott átiratából; a buda kir. kamarai levéltárban.)

180.

A posegai káptalannak Borsod nevü birtok eladását tárgyazó bizonyságlevele. 1279.

Fassio perennalis Ladislai filii Pasca, et Nicolai filii Emchud, terram suam Borsod in Comitatu Volkoiensi habitam, una cum donacionalibus Belae Regis superinde obtentis, Daciano et Christophoro filiis Joannis, consobrinis praefati Pasca; in et pro 42 marcis vendentium, coram Capitulo Beati Petri de Pesega celebrata. 1279. Sub authentico.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből; az okmány eredeti példánya Zágrábba vittetett.)

181.

A posegai káptalannak bizonyos György rodinai apát és Zaydai Gergely közt történt birtokcserét tárgyazó bizonyságlevele. 1279.

A B C

Capitulum Ecclesie Sancti Petri de Posaga omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in filio virginis gloriose. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Georgio Abbate de Rodyna ab vna parte, Gregorio filio Zayda ab altera coram nobis constitutis, tale inter se concambium ex voluntate Chelk, Borich et filiorum Odula cognatorum ipsius Gregorij, et ex consensu Johannis et Petri filiorum Ocholini ac Romani patronorum Ecclesie de Rodyna confessi sunt ordinasse, quod predictus Abbas quandam terram Ecclesie Lyphyne vocatam Gregorio filio Zawyda in commutacionem

cuiusdam terre, que Vlchyak vocatur, dedisset et assignasset perpetuo possidendam; ratam et firmam ipsam commutacionem vtrisque partibus habentibus coram nobis. Mete autem terre Lyphine, que cessit Gregorio, sunt hec: Prima meta incipit a terminis Lorandi Bani et ibi iuxta viam est meta terrea, et per ipsam viam in berch tendit versus meridiem per metas terreas, et peruenit ad quendam monticulum, qui dicitur Zaykfeu; et de inde descendit in Puthnak potaka, et per ipsum potok cadit in fluuium Lyphyne, et per eundem fluuium tendit superius versus septemtrionem usque dum Bachybou potoka iungitur ad ipsam Lyphinam et per ipsum Bachybou potoka tendit sursum, et in quodam transitu exit de via, et per eandem viam ascendit ad berch versus orientem, et per ipsum berch reuertitur ad metam priorem, ibique terminatur. Mete uero terre Vlchyak, que cessit Abbati sunt hee: Prima meta incipit iuxta monticulum, qui dicitur Zalauchfeu a meta terrea iuxta viam et per eandem viam peruenit ad pirum, que est pro meta; deinde per byrch versus meridiem ad quasdam arbores, que dicuntur malagaya; inde descendit ad Malapataka, et per cursum eiusdem potak descendit, donec per quendam fontem exit ad caput eiusdem fontis; et de ipso fonte ascendit ad byrch usque metas Abbatis supradicti. In cuius rey memoriam firmitatemque perpetuam presentes vtrisque partibus concessimus litteras sigilli nostri munimine roborando. Actum anno ab Incarnacione Domini M° CC° LXX° nono.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét zöld-fehér-violaszínű selyemzsinóron függött, de lehullott, a nemz. muzeum kézirat-tárában.)

182.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Jaak nemzetségbeli Chepan Jaakon, Dobropatakon és Sikén fekvő birtokrészeit Márton, Artuna fia megöletése fejében özvegyének Florisnak és fiának Jánosnak átengedte. 1279.

A B C D

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo notum facimus tenore presencium uniuersis, quod Chepanus filius Pousa de genere Jaak coram nobis constitutus, omnes porciones suas, quas habebat in Jaak iuxta Rabam, et in Dobrpatak cum molendinis simul cum illa terra, quam habuit in porcione Sike, statuit Johanni filio Martini filij Artuna, et domine Floris relicte eiusdem Martini, Stephano et Jacobo fratribus ipsius Johannis, pro quibus Johannes cum domina matre sua comparebat pro morte prescripti Martini, iure perpetuo pacifice et quiete irreuocabiliter possidendas heredum in heredes. Vt igitur hoc ratum sit et firmum, presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Prepositura uacante, Magistro Eguse Cantore, Andrea Custode, Cosma Decano Ecclesie nostre existentibus. Anno Domini millesimo ducentesimo LXX° nono.

(Eredetie bőrhártyán, melyről börzsinegen a káptalan pecsétje függ, a nemz. muzeum kézirat-tárában.)

183.

IV. László király végintézkedési jogot ád Morián comesnek. 1279. körül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie fidelibus suis Abbati et Conuentui Waradiensi salutem et graciam. Cum nos Comiti Moriano filio Moriani non habenti heredes, sicut dixit, de possessionibus suis, cuicumque voluerit, liberam dederimus conferendi facultatem; fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus quicquid idem de possessionibus suis ordinauerit coram uobis, uestras eidem ad hoc priuilegiales litteras concedere debeatis. Datum in Surlo in festo Beati Andree Apostoli.

(A budai káptalannak 186. sz. a. átiratából.)

184.

Morián comesnek végrendelete, melylyel többek közt a nyúlszigeti apáczazárdának is birtokot hagyományoz. 1279. körül

Excellentissimo domino suo Ladizlao Dei gracia illustri Regi Vngarie Conuentus Monasterij Waradiensis oraciones in Domino tam debitas quam deuotas. Litteras Vestre reuerentur, ut tenemur, recepimus sub hac forma:

Ladizlaus D. gr. Rex Vngarie stb. (következik IV. László királynak 183. sz. a. engedélye.

Nouerit igitur Uestre Dominacionis Magnitudo, quod ad eundem Comitem Morianum in lecto egritudinis sue accubantem, ad peticionem ipsius per suum nuncium delatam, misimus unum ex nobis virum ydoneum, coram quo idem Comes Morianus suum conderet testamentum. Qui postmodum ad nos

rediens retulit, quod coram ipso et in presencia duorum Fratrum Predicatorum, qui ambo Petrus et Petrus uocabantur, idem Comes Morianus, eger quidem corpore, sed mentis sue compos, inter cetera testamenti disposita seu ordinata, de possessionibus suis tale testamentum condidisset; si tamen ipsum sine heredum solacio decedere contingeret; quod possessiones suas, quas habet in Comitatu de Barana, Jeneu et Naney uocatas, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis, reliquisset consorti sue pro dote sua, rebus secum ablatis, quas ab ipso per spoliaciones receptas esse recitasset. Item filie sue reliquisset possessiones suas in Comitatu de Wolkou existentes, Zorwos, Warad et Touth uocatas, cum vtilitatibus suis et ad se pertinentibus. Item possessionem suam, quam in Eng habere dinoscitur, reliquisset filie sororis sue cum suis pertinencijs vniuersis; item Claustro Sororum de Ordine Fratrum Predicatorum de Insula Sancte Marie Uirginis, in quo loco sepulturam sibi fieri elegit, reliquisset possessionem suam Anias vocatam, quam habet iuxta Tisciam cum omnibus utilitatibus suis, piscinis videlicet, et pertinencijs suis vniuersis. Item reliquisset eidem Ecclesie possessionem suam, quam habet ultra Tisciam nomine Ykurholm cum omnibus pertinencijs suis. Item quandam terram suam iuxta Tisciam Koxol vocatam reliquisset Claustro Sororum supradicto. Alia autem, que de seruis et ancillis suis ordinauit, continentur in litteris testamenti sui in camera Ecclesie nostre; quas litteras idem Comes Morianus sub suo et dictorum Fratrum Predicatorum sigillis nobis curauit destinare. Datum tercio die medij XL-me.

(A budai káptalannak 186. sz. a. átiratából.)

185.

IV. László király helyben hagyja Morian comesnek hagyományát a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1279. körül.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod domina Elyzabeth karissima soror nostra per Comitem Petrum officialem suum destinauit nobis patentes litteras Monasterij Conuentus Varadiensis super ordinacione et legato quarumdam possessionum et cuiusdam terre Comitis Moryani filij Moriani, Anias videlicet, Ykurholm et Koxol vocatarum confectas, petens a nobis cum instancia, ut ipsas ratas habere, et nostris patentibus litteris dignaremur confirmare. Quarum quidem patencium litterarum tenor talis est:

Excellentissimo domino suo Ladizlao stb. (következik a váradi konventnek Morián comes hagyományát tárgyazó 184. sz. a. okmánya.)

Nos itaque peticionibus ipsius domine Elyzabet karissime sororis nostre inclinati dictas patentes litteras de uerbo ad uerbum presentibus inseri faciendo ratas habentes et acceptas auctoritate presencium confirmamus. Datum in Sceyksou anno Domini M° CC° octuagesimo.

(A budai káptalannak 186. sz. a. átiratából.)

186.

A budai káptalan átirja IV. László királynak Morian comes hagyományát megerősítő okmányát. 1279. körül.

Nos Capitulum Budensis Ecclesie significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod religiosus uir frater Paulus Conuersus de Ordine Fratrum Predicatorum de

Insula Beate Virginis Marie pro vniuersis sororibus de eadem ad nostram personaliter accedens presenciam, quoddam (így) patentes litteras Ladizlai illustris Regis Vngarie non abrasas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte uiciatas nobis ostendit, rogans et petens instantissime vice et nomine sororum predictarum, ut easdem litteras rescribi, et nostris annecti litteris faceremus. Quarum patencium litterarum tenor talis est:

Nos Ladizlaus D. gr. Rex Vngarie stb. (következik IV. László királynak 185. sz. a. okmánya.)

Nos igitur predicti fratris Pauli iustis peticionibus condescendere cupientes predictas litteras de uerbo ad uerbum, quas dicebat propter metum aduersariorum Ecclesie Beate Virginis antedicte, et maxime propter presentis temporis guerram et uiarum discrimina inseri fecimus et rescribi.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban. V. ö. Fejér Cod. Dipl. V. k. 3. r. 57. l.)

187.

Máté nádornak bizonyságlevele, hogy Osl nemzetségbeli Móricz comest az általa pénzen szerzett Tóthtelek birtokban statuálta. 1279. körül.

Nos Matheus Palatinus, Comes Symigiensis, Supruniensis et Judex Cumanorum significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod cum dominus noster Rex in suis litteris nobis dederit in mandatis, vt nos terram Touthteluk uocatam, quam Comes Mauricius de genere Osl a nobilibus de Kereky, prout in litteris eiusdem domini nostri Regis uidimus contineri, precio comparauerat, eidem statueremus coram commetaneis et vicinis possidendam, si non fuerit contradictum. Vnde nos ipsam terram Tothteluk vocatam coram commetaneis et vicinis nullo contradictore apparente sub metis et terminis antiquis statuimus predicto Comiti

Mauricio sine iuris preiudicio alieni possidendam. Datum in Kamarun quarto die Sancti Nicolai confessoris.

Eredetie bőrhártyán, melynek hátára nyomott pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

188.

A kapornoki konventnek bizonyságlevele, hogy Farkas mester Henriknek fia és Dénes mester Istvánnak fia egyenetlenségüket barátságosan elintézték. 1279. körül.

Nos frater J. Abbas et Conuentus de Copurnuk damus pro memoria, quod Magister Farcasius filius Henrici ab una parte, Magister Dyonisius filius St. ex altera, coram nobis personaliter constituti confessi sunt super duello, quod idem Magister Farcasius iuxta continenciam litterarum Magistri Johannis filij H. Bani in octauis Beati Jacobi Apostoli proxime venturis habebat contra Dyonisium antedictum, mediantibus probis viris, reuocato ipso duello, taliter concordasse; quod feria sexta proxima post quindenas Beate Margarete virginis idem Dyonisius debet dare et soluere eidem Magistro Farcasio unam peciam panni de dorni(c) coram nobis; et ipsam solucionem non cum litteris Regis, nec Regine aut Baronum poterit prorogare, ut assumsit. Insuper taliter se obligando, quod si pannum predictum ipso die non curauerit dare, aut soluere, tamquam in duello succumbens habeatur penitus pro conuicto; iudicem autem partes placabunt in communi. Datum sexta feria proxima ante festum Beate virginis Margarete.

Kívül: Pro Dyonisio filio St. contra Magistrum Farcasium ad sextam feriam proximam post festum Beate virginis Margarete.

(Eredetie bőrhártyán, a Kisfaludy család levéltárában.)

189.

IV. László király Finta nádor, s Benedek Jánosnak és Marczel Chypannak fia közti bizonyos birtokcserét hágy helyben. 1280.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Regali Excellencie conueniens est ac expedit Maiestati, vt ea que sunt vtilia et expedire videntur voluntati (?), si a suis subditis ablata, et in suos vsus translata cernat, ac litteris alijs auferenda duxerat, tali recompensacione prouideat, vt permutacionis contractus possessoribus concambium celebrantibus ex munificencia Regie largitatis meliori sorti efficaciter prospici videatur, non iacturam. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire: quod dilecto et fideli nostro Finta Palatino, Comite Supruniensi et Simigiensi, Judice Cumanorum ab vna parte, Benedicto filio Johannis et Marcello filio Chypan coram nobis constitutis ex altera; idem Finta Palatinus a nobis instantissime supplicando postulauit, vt quandam terram Belese vocatam, quam ipsis Benedicto et Marcello mediante nostro priuilegio pro multiplicibus seruicijs et fidelitatibus suis nobis inpensis contuleramus, eisdem Benedicto et Marcello in permutacionis seu concambij contractum consencientibus, sibi de gracia speciali conferamus, et in soncambium seu permutacionem ipsius terre Belese, prefatis Benedicto et Marcello quandam terram Castri nostri de Vngh Velicha Palagia vocatam, quam iam olim Finta Palatino contuleramus, ex Regia libertate dare eis dignaremur. Nos igitur permutacionis seu concambij contractum superius notatum ratum et firmum habentes, tanquam legitime approbatum Regij consensus et approbacionis munimine roboramus; imo ad maiorem certitudinem rei et efficaciam, prefatam terram Velicha Palagia nominatam, a memorato Castro exceptam penitus et exemptam, prefatis Benedicto et Marcello, et eorum fratribus, et per eosdem suis heredibus

heredumque suorum successoribus, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, sub metis antiquis et terminis, quibus dictum Castrum eam dignoscitur possedisse, Regia authoritate dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo possidendam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo.

(A leleszi konventnek 1643-ki átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

190.

IV. László király Timar helységben lakó több tárnokát nemesi állásra emeli. 1280.

Ladizlaus Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Munitur gubernaculum, ampliatur regimen, cum bellatorum numerus continuis crescit incrementis. Proinde ad uniuersorum tam presencium quam futurorum (noticiam) harum serie uolumus peruenire; quod Comes Mathey fidelis et familiaris tauarnicus noster ad nostram accedens presenciam de nostra Maiestate Regia humiliter supplicando postulauit, ut ipsum ob merita seruiciorum suorum nobis inpensorum, et per eum Zumbot fratrem suum, Farcasium et Bacsz filios Bene, Gyroult (et) Augustinum filios Gregorij, Helys et Kemyn cognatos suos de uilla Tymar, de populis tauarnicorum nostrorum oriundos, ab honere ipsius tauarnicatus eximere cum terra ipsorum in uilla Tymar existenti, et in cetum ac collegium Regalium seruiencium nostrorum transferre dignaremur. Nos itaque, quem Regia inducit benignitas pro meritis fidelium respondere, consideratis seruicijs ipsius Comitis Mathey, que ab adolescencie sue temporibus, primo domino Stephano Regi patri nostro karissimo inclite recordacionis inpendit, et demum cum nos dicto Rege Stephano

patre nostro ingresso viam carnis vniuerse, Regni gubernaculum et Regis solium adepti fuissemus iure et ordine geniture; quia dictus Comes Mathey in domo nostra iugiter famulando ex diuersis actibus suis, et conspicuorum seruiciorum suorum generibus multipliciter coram oculis nostre Maiestatis meruit commendari, et ob fidelitatem Corone Regie debitam se diuersis fortune casibus submittere nunquam formidauit, uoluntatem et preceptum nostrum sagaciter in omnibus loco et temporibus oportunis efectui mancipando, eo eciam tempore, cum Regnum nostrum per bellum intestinum et extrinsecum puericie nostre temporibus fere ad exinanicionem uirtutis extreme deuenerat, idem Comes Mathey in legacionibus nostris multiplicibus insudando, in omnibus et per omnia pro commodo Regni nostri inuigilando nostram efecit voluntatem; in recompensacionem ipsius Comitis Mathey seruiciorum nobis cum diligencia summe fidelitatis inpensorum, ut superius est expressum, et que nobis inpendere poterit in futurum: ipsum Comitem Mathey, et per eum Zumbot fratrem suum vterinum, Farcasium, Bocsz, Gyroult, Augustinum, Heylus et Kemyn cognatos suos antedictos, de condicione tauarnicorum nostrorum cum terris ipsorum in uilla Tymar existentibus, duximus ex liberalitate Regia exhimendos tam pure et simpliciter, ut de cetero idem Comes Mathey, frater, et cognati sui memorati, et eorum heredes, heredumque suorum successores super terris ipsorum in uilla Tymar existentibus illa et eadem gaudeant libertate, qua ceteri nobiles Regni nostri perfruuntur sub uexillo Regio militantes. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine robortas. Datum per manus discreti viri Magistri Bartholomei aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M° CC° LXXX°, XV° kalendas Septembris, indiccione octaua, Regni autem nostri anno octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös-zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

191.

IV. László királynak Igriczi helységet tárgyazó adománya Péter vajda és testvérei számára. 1280.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crowacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex — — — — in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Petrus Voiauoda filius Dominici — — — — nostram accedentes presenciam humiliter postularunt, ut quandam possessionem Alexandri de Ech decedentis sine herede Igrici vocatam — — — — et nostra idem Alexander possederat, eis dare et conferre dignaremur. Sed quia nobis ueritas non constabat, vtrum dicta terra absque con— — — — Gregorio et fratribus eorum conferri et statui possit, fidelibus nostris Capitulo Agriensi dederamus in mandatis — — — — homo noster Petro Woiauoda ac Gregorio et fratribus ipsorum coram eorum testimonio statueret et assignaret, si non fieret contradictum — — — — caret. Verum quia per litteras dicti Capituli nobis omnimoda constitit ueritas, sepedictam terram Igrici statutam fuisse Petro Voy— — — —te; nos considerantes seruicia dicti Petri Voyauode, Gregorij et fratrum suorum filiorum Comitis Pauli, que in omnibus et diuersis — — — — — —runt, se et sua diuersis casibus fortune submittendo: dictam terram Igrici ex benignitate Regia ipsis Petro Voyauoda, Gregorio — — — — —acionem et recompensacionem seruiciorum eorundem, licet maiora mererentur, dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et — — — — antiquis, quibus dicta terra per Alexandrum de Ech limitata dignoscitur et possessa. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam — — — — munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri A(cho)nis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis — — — Regni autem nostri anno octauo.

(Eredetie bőrhártyán, igen megrongált állapotban, a violaszinű selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

192.

IV. László királynak Chery nevü földet tárgyazó adománya Demeter barsi főispán számára. 1280.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crowacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui Regibus eternam dat salutem. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Demetrius filius Hunth Comes Borsiensis fidelis noster, quandam terram condicionariorum nostrorum Chery uocatam in Comitatu Huntensi existentem, petiuit a nobis sibi dari, dicendo eandem uacuam et habitatoribus destitutam. Verum quia de qualitate ipsius terre, utrvm uacua sit nec ne, aut ad nostram pertineat collacionem, nobis ueritas non constabat; fidelibus nostris Preposito et Conuentui de Saag nostris litteris dederamus in mandatis, ut mitterent hominem ipsorum fidedignum pro testimonio cum Ananya homine nostro, coram quo idem homo noster predictam terram, conuocatis commetaneis omnibus et uicinis iuxta ueteres metas reambulando statueret ipsi Demetrio Comiti possidendam, si non fieret contradictum; contradictores uero, si qui fierent, ad nostram citaret presenciam ad terminum competentem, et posthec terminum assignatum, nomina citatorum, et tocius facti seriem dicti Prepositus et Conuentus nostre fideliter rescriberent Mayestati. Qui demum nobis rescripserunt in hec uerba:

Excellentissimo Domino suo Ladizlao stb. (következik a sághi konventnek jelentése, mint alább a 206. sz. a.)

Nos igitur consideratis fidelitatibus et seruicijs dicti Demetrij Comitis, que et quas idem nobis in diuersis expedicionibus Regni nostri exhibuit laudabiliter et deuote, et exhibere poterit in futurum; prenominatam terram Chery uocatam cum omnibus utilitatibus suis sub antiquis metis et terminis, quibus eadem per priores suos possessores limitata

fuerat et possessa, dedimus, donauimus, contulimus atque tradidimus prenominato Demetrio Comiti, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Achonis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M° CC° octuagesimo, VIII. kalendas Aprilis, Regni autem nostri anno octauo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek alsó része a függő pecséttel együtt ki van vágva, a m. b. Nyáry család bagonyai levéltárában. Közölte velünk m. b. Nyáry Albert úr.)

193.

IV. László királynak Kend nevü földet tárgyazó adománya Ludan nemzetségbeli Péter, Zubuszló fia számára. 1280.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Licet Regia pietas manuum (így) munificam porrigere debeat vniuersis; illos tamen, quorum probitas experta et laudata est in prosperis et in aduersis, principaliori munere debet prosequi et fauore, ut alij eorum exemplo inuitati ad fidelitatis opera forcius accendantur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Petrus filius Zubuzlay de genere Ludan fidelis noster, quandam terram Castri Nitriensis Kend vocatam, uacuam et habitatoribus destitutam, iuxta fluuium Radusna existentem, a nobis sibi dari postulauit. Verum quia nobis ueritas non constabat, utrum ipsa terra uacua sit, et nostre collacioni pertineat, nec ne; fidelibus nostris Capitulo Nitriensi nostris dedimus litteris in

mandatis, ut unum ex ipsis uirum ydoneum pro testimonio transmitterent, coram quo venerabilis pater Episcopus Nitriensis homo noster reambularet ipsam terram presentibus commetaneis et vicinis, et statueret eidem Petro sub antiquis metis, si non fieret contradictum, contradictores autem si qui fierent, ad nostram presenciam euocaret. Quod quidem Capitulum nobis rescripsit in hec uerba:

Excellentissimo domino suo Ladizlao stb. (következik a nyitrai káptalannak jelentése, mint alább 202. sz. a.)

Nos itaque consideratis fidelitatibus et seruicijs meritorijs eiusdem Petri filij Zubuzlai, que idem in diuersis expedicionibus Regni nostri fideliter inpendit et indefesse, et specialiter in exercitu nostro generali, quem contra Regem Boemorum inimicum nostrum capitalem habebamus; vbi eodem Rege Boemorum interempto felicem uictoriam, Domino annuente, sumus consecuti, idem sub nostro uexillo, letale uulnus sustulit, in conspectu nostre Maiestatis viriliter dimicando. In recompensacionem tot et tantorum seruiciorum predicti Petri nobis fideliter inpensorum, quamuis maiora mereretur, prefatam terram Castri nostri Nitriensis Kend vocatam, dicto Petro filio Zubuzlai, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, ut nostre collacionis series per labencia temporum spacia apud posteros inuiolabiliter perseueret, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Achonis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo, kalendis Augusti, indiccione octaua, Regni autem nostri anno octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

194.

IV. László királynak Osl, Scechun és Kechenek helységeket tárgyazó adománya Miklós galgóczi főispán számára. 1280.

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod consideratis fidelitatibus, et meritoris ac multiplicibus seruicijs Nicolai Comitis de Golgouch dilecti et fidelis nostri, que per omnia propter suam prolixitatem longum esset enarrare per singula seriatim, quedam tamen in memoriam posterorum presentibus duximus annotanda. Primum cum Rex Boemie tempore nostre etatis puerilis Regnum nostrum deuastare non desinens, castrum Jauriense occupasset, et nos ad ipsum castrum expugnari faciendum iuissemus, Sebastianus frater dicti Comitis Nicolai in expugnacione ipsius castri extitit interemptus, Comes uero Nicolaus uulnus validum subportando; demum cum propter reddendam uindictam contra eundem Regem Boemie cum nostro exercitu iuissemus, ubi Domino concedente sumus consecuti uictoriam laudabilem, cum idem Rex per nostram extitit miliciam interemptus, predictus Comes Nicolai in ipso prelio uiriliter dimicans, per lanceam in pede est transfossus, duos milites nichilominus Teutonicos nobis duxit captiuatos. Ceterum cum quidam infideles nostri se ad castrum Zelench recepissent, nobis ipsum castrum facientibus expugnari, idem Comes Nicolaus propter fidelitatem Corone Regie debitam personam suam expugnacioni illius castri exponere non formidans, recepit uulnus letale in facie per balistam. Ad hec cum Cumani nostri infidelitate ducti iniquum contra personam nostram inijssent consilium, quasdam partes Regni nostri commissis incendijs deuastando, nos propter conterendam

infidelitatis ipsorum rabiem cum nostro exercitu iuimus, in quo idem Comes Nicolaus laudabilia seruiciorum exhibuit opera in ipso prelio uiriliter dimicando. Et quamquam pro huiusmodi seruiciorum suorum meritis maiori remuneracione ex Regia munificencia fuisset confouendus: in aliqualem tamen recompensacionem quasdam tres terras Castri nostri Supruniensis, vnam videlicet Osl vocatam populosam, et alias duas vltra Raba existentes, Scechun et Kechenek nuncupatas, a iure et iurisdiccione ipsius Castri de cetero exceptam penitus et exemptam, prenotato Comiti Nicolao, et per eum Michaeli, Benedicto et Eymirico fratribus suis, ac eorum heredibus perpetuo, irreuocabiliter et pacifice duximus conferendas sub eisdem metis et terminis, quibus ad ipsum Castrum cum omnibus suis vtilitatibus dinosscebatur primitus pertinere. Datum per manus discreti viri Magistri Bartholomei aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M° CC° octogesimo, tercio idus Maij Indiccione vndecima Regni autem nostri anno vndecimo.

(III. Endre királynak 1297-ki megerősítő privilegiumából.)

195.

IV. László király megerősíti IV. Béla azon szabadalmát, melylyel a nagyszombati apáczazárda embereit minden városi adózás alól felmentette. 1280.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod Priorissa et sorores de Tyrna sub regula Beati Francisci Deo iugiter famulantes, ad nostram accedentes presenciam, nobis patentes litteras Regis Bele aui nostri karissimi felicissime recordationis (exhibuerunt), petentes cum instancia, ut easdem acceptare ac nostris patentbus litteris confirmare dignaremur; quarum quidem tenor talis est:

B. Dei gracia Rex Hungarie stb. (következik IV. Béla királynak 1264-ki szabadalma, mint gyüjteményünk VIII., vagyis a második folyam III. kötetében 93. l.)

Nos itaque precibus et peticionibus predictarum monialium fauorabiliter inclinati querimoniam earundem Regio admisimus cum fauore, et predictas patentes litteras de uerbo ad uerbum presentibus insertas patrocinio et munimine patencium litterarum nostrarum duximus confirmandas. Datum Bude in Dominica Letare anno Domini M° CC° octogesimo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

196.

IV. László királynak Dobouch földet tárgyazó adománya Chak nemzetségbeli Péternek fiai számára. 1280.

Donationales Regis Ladislai IV. super terra Dobouch in Comitatu Posegano per defectum Cheh filij Pocina, qui eandem a Maria Regina in concambium castri et possessionis Labor impetraverat, silva item Zawaberke, et aliis eiusdem appertinentiis pro Nicolao, Stephano et Petro filiis condam Dominici filii Petri de genere Chak, ipsorumque heredibus et heredum successoribus, cum insertione metarum sub dupplici sigillo elargitae. Sub authentica.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből; az okmány eredeti példánya Zágrábba vitetett.)

197.

Erzsébet ifjabb királyné néhány emberét a nyúlszigeti apáczazárda szolgálatába felajánlja. 1280.

Nos E. Dei gracia Regina Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per thenorem; quod ad instanciam et peticionem karissime matris nostre domine Elisabeth de Insula Beate Virginis Gloriose, Columbanum filium Donati, lwan filium Poula, Katam filium Chule, Petrum filium Luduing, et Petrum filium Farcasij de Ueteri Buda, qui quydem tempore Regis Bele felicissime recordacionis proaui nostri in terra Nemus uocata residebant in Comitatu Pestiensi ad Ducatum pertinentes, aplicauimus ad Ecclesiam Beate Uirginis de Insula, illa eadem libertate qua ad Ducatum pertinebant in filios filiorum seruituros; volentes, ut cum presentes ad nos reportate fuerint, nostrum priuilegium super hoc dari faciemus. Datum Bude in vigilia Mathei Apostoli anno Domini M° CC° octuagesimo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

198.

Péter comes országbirónak Tárnok nevü földet tárgyazó itélete Sándor és Jobagh s a nyúlszigeti apáczazárda közt. 1280.

Nos Comes Petrus Judex Curie domini Regis memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis; quod Alexander filius Nicolai, et Jobagh filius Borlouch personaliter astantes, iuxta quos Petrus filius Elye de Touth astitit nomine proteccionis (?) per dominum Regem Ladizlaum de-

putati; dominas sorores de Insula Beate Virginis, pro quibus Comes Paulus filius Leoncij officialis earundem comparuit, traxerant in causam coram nobis proponentes in figura Judicij contra ipsas, quod ipse sorores dicti Monarterij Beate Virginis terram eorum hereditariam Taarnuk vocatam indebite per populos suos occupatam detinerent. E conuerso predictus Comes Paulus pro eisdem sororibus respondit; quod ipsam terram Taarnuk uocatam, que modo premisso requiritur, dominus Rex Ladizlaus domine Elysabeth karissime sorori sue et Monasterio Beate Virginis de predicta Insula, ob deuocionem quam habet erga Beatam Virginem, et salutem anime sue contulisset perpetuo possidendam; statuendo, quod nullus tam de Ungaris, quam de Cumanis, eandem sororem suam uel sorores dicti Monasterij, aut officiales earundem racione ipsius terre auderet vel presumeret molestare; exhibendo ad hoc idem Comes Paulus priuilegium eiusdem domini Ladizlai Regis, assercionem, quam dixit, et metas predicte terre ad plenum continentes. Cui scilicet priuilegio ijdem Alexander filius Nicolai, et Jobagh filius Borlouch, ac Petrus filius Elye astans nomine proteccionis per nos semel, secundario et tercio requisiti non contradixerunt. Nos igitur, quia per Alexandrum, Jobagh et Petrum predictos eidem priuilegio contradictum non extitit, nec aliquam racionem euidentem iuxta questionem seu assercionem ipsorum contra predictas sorores super facto ipsius terre pretendere potuerunt; predictam terram Taarnuk vocatam in metis et terminis in ipso priuilegio Ladizlai Regis contentis, domine Elysabeth et sororibus dicti Monasterij Beate Virginis de Insula secundum continenciam dicti priuilegij domini Ladizlai Regis reliquimus perpetuo possidendam. Datum Bude tercio die festi Natiuitatis Beate Virginis, anno Domini M° CC° octagesimo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

199.

Ugrin királyi tárnokmesternek Pethen helységet tárgyazó adománya Erdew comes számára. 1280.

Nos Magister Wgrinus filius Pows Comitis omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in uero saluatore. Juri consonum et eciam consentaneum (est) racioni, ut pro societatibus et seruicijs loco et tempore laudabiliter exhibitis discrecio appetit dominorum, ut per ipsos hereditaria conferantur; et que in temporibus fuerant, ne cum tempore dilabantur, scripture patrocinium renouet futurorum memorie replicando. Proinde ad uniuersorum noticiam tam presencium quam eciam futurorum harum serie uolumus peruenire: quod cum respectis nos societatibus et seruicijs Erdew Comitis dilecti nostri, articulo necessitatis nostre nobis diligenter et studiose peractis, quasdam uillas nostras Pethen uocatas, simul cum ceteris pertinencijs suis iuxta possessionem dicti Erdew Comitis dedimus et contulimus ipsi Erdew Comiti et suis heredibus heredumque suorum succcessoribus racione mille marcarum perpetuo et irreuocabiliter habendas, tenendas seu eciam possidendas. Ita eciam, quod nullus successorum nostrorum uel cognatorum prefatum Comitem Erdew, et per ipsum suos successores ob dictas uillas possent in causam protrahere uel aliqualiter agrauare. Si quis cognatorum uel successorum nostrorum post decessum nostrum uellet ipsas uillas reuocare, non alia de causa ualeat reuocare, nisi prius ipsam summam pecunie predicto Erdew Comiti et suis successoribus plenarie refundant et persoluant. Et si qui ultra nostram constitucionem peragrarent, uel ipsas reuocarent ab Erdew Comite, Diuinam sibi malediccionem possent perpetrare. Vt autem presentes donaciones robur optineat firmitatis, ne aliquo curriculo temporum per aliquos in irritum ualeat reuocari, presentes concessimus litteras sigilli

nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° octogesimo, kalendis Maij.

(A budai káptalannak 1280-ki bizonyságleveléből, mint a 200. sz. a.; a budai kir. kamarai levéltárban)

200.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy Erdew comes ezen adománynak következtében Pethen birtokába beiktattatott.

A B C

Capitulum Budensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus quibus presentes ostenduntur salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod ad nostram accedens presenciam nobilis vir Comes Erdew filius Comitis Sybrydy unacum Otowch filio Comitis Detrici homine Wgrini Magistri Tauarnicorum domini Regis exhibuit nobis litteras ipsius Magistri Wgrini hunc tenorem continentes:

Viris discretis, amicis suis Reuerendis Capitulo Budensi Wgrinus Magister inclinacionem et amicicie constanciam. Cum nos respectis societatibus et amicicijs Erdew Comitis quasdam uillas nostras Pethen uocatas eidem contulerimus perpetuo possidendas, amiciciam uestram requirimus confidenter; quatenus homini nostro Ocowch nomine detis testimonium, coram quo idem homo noster vadat et reambulet terras ad ipsas uillas pertinentes, et erectis metis juxta antiquas, et statuat Erdew prenotato. Petimus eciam, quod uestro priuilegio ipsas debeatis confirmare, prout in nostro uidebitis contineri.

Nos igitur ipsius iustis peticionibus inclinati, cum dicto Otowch homine suo misimus unum ex nobis ydoneum et discretum, Magistrum Gregorium karissismum socium et con-

canonicum nostrum, qui simul ad nos redeuntes dixerunt: quod idem Otowch homo Magistri Wgrini prenotati presente ipso nostro testimonio dictas terras ad uillas Pethen pertinentes conuocatis commetaneis et vicinis per ueteres metas iuxta easdem nouas erigendo reambulassent et statuissent Comiti Erdew cum omnibus utilitatibus et pertinencijs easdem, nullo contradictore ex predictis commetaneis et uicinis existente. Tenor autem priuilegij super condonacione et confirmacione dictarum terrarum emanati talis est:

Nos Magister Wgrinus stb. (következik Ugrin királyi tárnokmesternek adománylevele, mint 199. sz. a.)

In cuius rei testimonium presentes ad peticionem sepedicti Magistri Wgrini concessimus et contulimus Magistro Erdew prescripto sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Ambrosij Lectoris Budensis anno Domini M° CC° octogesimo. Magistris Laurencio Custode, Pangracio Decano, Bedew et Johanne sacerdotibus, Stephano ac Elya Magistris, ceterisque canonicis existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a zöld-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

201.

A csaszmai káptalannak bizonyságlevele azon birtokcseréről, melynél fogva Miklós Miske comesnak fia, Viz helységben lévő birtokát Chorgo nevü föld fejében a királynak átengedte, ki azt a nyúlszigesi apáczazárdának adományozta. 1280.

Nos Capitulum Chasmensis Ecclesie memoria commendamus, quod Nicolaus filius Comitis Miske ad nostram personaliter accedens presenciam totam terram seu possessionem suam existentem in Viz in Districtu Symigiensi (quam ipse et pater) suus tenuit et possedit, cum omnibus pertinencijs

et adiacencijs, vineis uidelicet, siluis, fenilibus, domibus, et edificijs, ac alijs utilitatibus suis, confessus (est se con)tulisse et assignasse domino nostro Regi pro concambio seu commutacione terre Chorog (?) — — — — dandam et conferendam per ipsum dominum Regem sororibus de Insula Beate Virginis, pro quibus (frater Augustinus, et Petrus) socius eiusdem, nomine procuratorio earundem coram nobis personaliter constituti, eiusdem Nicolay protestacionem super premisso concambio factam affirmantes assumpserunt, vt super facto premissi concambij domini Regis, Budensis et Albensis Capitulorum et nostra priuilegia faciant emanare; quibus priuilegijs idem Nicolaus super confirmacione prefati concambij habitis et optentis priuilegia seu instrumenta, quorum auctoritate dictam terram ipse et pater suus tenuisse dinoscitur, in manus predictorum fratrum assignare tenebitur coram nobis, ut assumpsit; predictam autem terram idem Nicolaus procuratoribus predictarum sororum auctoritate presencium assignauit. Datum quinta feria post festum Beati Egidij anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

202.

A nyitrai káptalannak bizonyságlevele, hogy Kend nevü föld Péter, Zubuszló fiának statuáltatott. 1280.

Excellentissimo domino suo Ladizlao Dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Nitriensis Ecclesie oraciones debitas et denotas. Litteris uestris honorabiliter receptis, ut tenemur, misimus ex nobis uirum ydoneum et fidelem; coram quo venerabilis pater dominus noster Vyncencius Dei gracia Episcopus Nitriensis homo uester per hominem suum, virum

nobilem et prouidum, quandam terram Castri vestri Nitriensis Kend vocatam vacuam et habitatoribus destitutam, iuxta fluuium Radysna existentem, sub metis antiquis, quibus Castrum tenuit et possedit, Petro filio Zubuzlai, iuxta vestrum mandatum et preceptum statuit possidendam, nullo contradictore penitus existente. Datum in festo Beati Luce Ewangeliste.

(IV. László király adománylevelěből mint fentebb 193. sz. a.)

203.

A posegai káptalannak bizonyságlevele, hogy Rocold, Roland bánnak fia, Pechnében lévö birtokát Zoboo fiainak eladta. 1280.

Capitulum Ecclesie Beati Petri de Posaga omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire quod Rocoldus filius Rolandi Bani ab vna parte, et Ladizlaus, Arnoldus, Gula ac Blasius filij Zoboo ab altera coram nobis personalites sunt constituti; et idem Rocoldus confessus est viua voce, quandam particulam terre sue empticie Pechne vocate, que Jelsewek dicitur, supradictis Ladizlao, Arnoldo, Gyule ac Blasio pro triginta marcis denariorum plene receptis vendidisse perpetuo possidendam; ita tamen, quod si frater suus, uel quicunque de cognatis suis et alijs, ipsam particulam terre de supradictis filijs Zoboo processu temporum impeteret, idem Rocoldus tenebitur expedire. Prima meta ipsius terre, sicut ijdem retulerunt, incipit a parte septemtrionali, iuxta quoddam kalista, que est juxta viam in monte Mocheych, tendens ad meridiem, et descendit inferius ad Jelsewechpotoka, et per ipsum potok descendendo exit ad arborem piri; inde vadit per siluas ad arborem fyz; inde per quamdam planiciem peruenit ad arborem harasth, que est

iuxta quoddam fuk, quod dicitur gradinin, quod eciam currit de fluuio Morchuna, inde ad fluuium Zaua iuxta terminos filiorum Benedicti, et per ipsam aquam Zaua tendit superius ad occidentem, et exit iterum ad aquilonem; et semper uenit in silua in quantitate et spacio terre exterius continentis, et peruenit ad fluuium Murzuna, transitoque ipso fluuio Murzuna uadit directe uersus eandem plagam, et exit in quandam vallem, in qua est Gramachnykpotoka, et per ipsum potok peruenit ad caput eiusdem; inde descendit ad berch et cadit in quandam viam, et per ipsam viam peruenit ad kalista supradtctum ibique terminatur. In cuius rey memoriam firmitatemque perpetuam presentes sepedictis filijs Zoboo concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie millesimo CC° LXXX°.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét már lehullott, a nemz. muzeum kézirattárában.)

204.

A chornai konventnek bizonyságlevele, hogy Vadosfalvai Pál Vodos nevü földjét Endre, Moysa fiának eladta. 1280.

Andreas miseracione Diuina Prepositus et Conuentus Ecclesie de Chorna omnibus in Christo credentibus, ad quos presentes deuenerint salutem in eo, qui omnibus dat salutem. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Paulus filius Buben de villa Vadosfolua ab una parte; Andreas filius Moysa ex altera coram nobis personaliter constituti; idem Paulus quandam possessionem suam in eadem terra Vodos existentem, de qua possessione viginti jugera terrarum arabilium, que prefato Andree et cognatis suis iuxta continenciam litterarum domini Stephani predecessoris nostri Prepositi uendiderat, sicut in eisdem plenius exprimuntur (igy)

de consensu et beneplacito cognatorum, suorum, scilicet Rolandy et Ladyzlay, Nycolay et Lau(rencij) filiorum Bank, Peterke ac Endre fratris predicti Andree, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs, cum terris arabilibus, locis sessionalibus, campis, pascualibus et alijs quibuscunque suis vsibus, plenius vsitatis confessus est vendidisse predicto Andree, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus pro quinque marcis denariorum Viennensium decem pensas pro marca computando, irreuocabiliter perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam; quas quidem quinque marcas iam dictus Paulus dixit se plenarie recepisse. Vicini autem circumiacentes isti sunt: ab oriente Peterke prescriptus, a parte meridionali Nycholaus et Laurencius filij Bankonis; de parte uero occidentali ipsi iidem. In cuius memoriam firmitatemque perpetuam ad petitionem parcium presentes dedimus sigillo Ecclesie nostre communitas. Datum anno Domini M° CC° octogesimo in octauis Archangeli Mychaelis.

(Eredeti bőrhártyán, a pecsét elveszett.)

205.

A jászói konventnek bizonyságlevele, hogy a Kocsoi nemesek Kocsó birtokuk haszonvételeiben osztozkodtak. 1280.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Marcus Diuina miseracione Prepositus de Iassou et Conuentus eiusdem loci salutem in salutis auctore. Cum nos ad hoc ex consensu Regis et scitu Barronum simus electi et constituti, ut in omnibus arduis negociis teneamur appensione sigilli nostri Capituli teneamur (igy) testimonium prebere; inde est, quod ad nostram accedentes presenciam nobiles de Cocso, scilicet Padar filius Minor, et Matheus filius Iehc ex una parte; Johannes et Thiodor, Stephanus et Nycolaus,

Pous filius Petri ex altera, super prouentibus ipsorum, scilicet terre Cocso taliter ordinatum est inter ipsos super eandem terram, ut pars una occidentalis eisdem Padar et Matheo successit; Johanni et Tiodoro, Stephano, Nycolao et Pous nominatis ex parte meridionali similiter successit, Stephano et Minori eadem terra empta perpetuo per postulata. Tamen istis idem nominatis Johanni, Tiodori, Stephano Nycolao et Pous, Padar et Matheus miserunt eidem in erum ereum (így) eredumque successoribus inreuocabiliter possidendam; ita tamen, quod omnes littere ipsorum priores destruentur et euanescunt, siue contradictores litterarum. Et in mediis terre tres metas composuerunt; prima meta ex parte orientali; deinde alia meta circa magnam uiam; tercia in confinia terre Padar et Matheus; partem Stephani miserunt istis filiis filie sue filiis Petri successoribus. Quicunque autem ex ipsis aliquam causam amoueret, siue Padar siue Matheus siue filii eorundem, periuri et calumpniatores permanerent. Super hoc eisdem concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini M° CC° octuagesimo.

(Eredeti bőrhártyán, melyről a konventnek pecsétjo violaszinű-vörös selyemzsinóron függ, a Bárczay család levéltárában.)

206.

A Sághi konventnek jelentése a királyhoz, hogy Demeter comes Kuntnak fia Chery nevü földnek birtokába iktattatott. 1280.

Excellentissimo Domino suo Ladizlao Dei gracia illustri Regi Hungarie Prepositus et Conuentus Fratrum Ordinis Premonstratensium de Saag oraciones in Domino. Receptis litteris Uestre Magnificencie misimus hominem nostrum fidedignum cum Ananya homine uestro pro testimonio, qui postmodum cum eodem homine uestro ad nos reuersus dixit, quod idem

homo uester quandam terram Chery uocatam, uacuam et habitatoribus destitutam, coram commetaneis et uicinis iuxta ueteres metas et signa reambulasset et statuisset Demetrio Comiti filio Hunth, nemine contradictore existente.

(IV. László király 1280-ki adományleveléből, mint fentebb. 192. sz. a.)

207.

Buya helységet tárgyazó osztoztató törvénykezési határozat Jákó, Ketennek fia, és érdektársai, s Mihály és érdektársai közt. 1280.

Datur pro memoria, quod Comes Pous filius Merse pro Michaele filio Andree de Buya, cuius protector ex mandato Regio extiterat, ut dicebat, ab una parte, ab altera uero Jaco filius Keten et Acha frater eiusdem, ac Powka filius Povsa consanguineus eorundem ; item Nemel filius Mirizlo, et Mortun ac Symum filij sui de eadem Buya coram nobis personaliter constituti dixerunt, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum memorialum inter prefatum Michaelem et Jaco ac Acha prenotatos in terra ipsorum Buya uocata diuisio facta extitisset, et Nemel ac filij sui memorati in ipsa diuisione non fuissent, tandem mediantibus ipso Comite Povs, et Mathey filio Povsa de Lelez, ac alijs uiris ydoneis quam pluribus taliter extitisset super ipsa diuisione predicte terre ordinatum : quod Michael antedictus prefatam terram Buya uocatam diuisisset in duas partes equales, ex quibus unam partem a parte meridionali subiacentem Jaco, Acha, Pouka, Nemel et filij sui memorati eligendo recepissent sibi et suis heredibus iure perpetuo possidendam, reliqua parte, uidelicet a parte septemtrionali, eidem Michaeli et filio suo ac eorum heredibus remanente similiter iure perpetuo possidenda. Mete autem distinccionis predicte terre, sicut partes recitarunt co-

ram nobis, taliter distinguntur: Prima meta incipit ab occidente apud metas Ytemerij et filiorum Boyon de eadem Buya, ubi sunt due mete terree; et inde egreditur uersus orientem transiens nemus fructuum, ubi prefati Michael, Jaco et Nemel suas habuerunt sessiones, ubi eciam sub quadam piro sunt due mete terree; deinde transit pertransit (így) per terram arabilem et ascendit in monticulum qui uocatur cuzepmal, et ibi sunt due similiter mete terree; deinde autem in sinu ipsius montis extenditur ad unam uallem, et ascendit in montem Keurus uocatum uersus orientem, ubi sunt due mete terree antique; super ipso monte per ueteres metas uadit ad metas terre Batun uocate, et ibi terminatur. Assumserunt eciam partes, quod quicunque ipsorum a prefata composicione resiliret uel diuisionem antedictam non seruaret, ante litis ingressum parti aduerse soluere teneretur decem marcas. Datum in quindenis Beati Georgij matiris anno Domini M° CC° octuagesimo.

Kivül. Super diuisione terre Boya uocate pro Comite Pous filij Merse et Michaele filio Andree.

(Eredetie börhártyán, melynek hátára jobbról nyomott pecséte le mállott, a nemz. muzeum kézirattárában.)

208.

Tárnuky helységre vonatkozó törvénykezési kiadvány a nyúlszigeti apáczazárda és Sándor Miklósnak fia közt. 1280.

Damus pro memoria, quod in quindenis residencie exercitus seu congregacionis domini Regis sorores Beate Virginis de Insula, pro quibus Comes Bartholomeus officialis earundem astitit in figura Judicij, et assumpsit contra Alexandrum filium Nicolay, qui personaliter comparuit in presencia domini Regis, et non in nostri presencia, et debuit exhibere priuilegium

ipsius domini Ladizlai Regis in conspectum super facto terre Tarnuky, quod iuxta formam litterarum Comitis St. quondam Viceiudicis Curie domini Regis in octauis Epiphanie Domini sentencialium (? v. similiter) in presencia ipisis domini Regis debebat exhibere; quo exhibito in presencia domini Regis, quicquid super facto ipsius terre fieri debeat, per ipsum dominum Regem decernatur; post hoc partes quintodecimo die ab ipsis quindenis residencie exercitus computando comparebunt coram nobis iterato seriem ipsuis totalis facti nobis in litteris eiusdem domini Regis exhibentes. Preterea in eodem quintodecimo die eedem sorores contra predictum Alexandrum soluent illa duo iudicia, in quibus iuxta formam litterarum iudicialium, non comparendo nec mittendo comperimus remansisse; et de quibus si se non poterunt racionabiliter excusare. Datum sub castro Potok dominica proxima ante octauas Beate uirginis Margarete, octauo uidelicet die termini parciium predictarum.

Kivül: Pro sororibus de Insulu contra Alexandrum ad quindenas residencie exercitus ad presenciam domini Regis.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

209.

Törvénykezési okmány Sándor Simonnak fia és Mihály comes Ubulnak fia közt. 1280.

Datur pro memoria, quod cum secundum continenciam litterarum nostrarum memorialum Alexander filius Symonis sexta feria proxima ante Pentecosten Nicolaum filium Petri coram nobis statuere debuisset; ad affirmandum id quod Comes Symon et filij sui, Jacobus filius Mongoch, et Alexander memoratus cum Comite Mycaele filio Wbul et filijs eiusdem

composicionem quam fecerant ratam haberet nec ne, et ad deputandum hominem, cui predictus Comes Mycael et filij sui dimidietatem prouentuum de possessione sua prouenien- cium presente Johanne filio Felyciani secundum quod eidem Johanni constiterit, statuere deberent pro expensis: adue- niente ipso termino, prefato Alexandro ab una parte, ab al- tera uero Paulo, secundum quod pars aduersa affirmauit, seruiente eiusdem Comitis Mycaelis pro ipso domino suo, co- ram nobis personaliter constitutis; predictus Alexander statuit eundem Nycolaum paruulum coram nobis, et ipse Nycolaus dixit, quod prefatam composicionem ratam haberet atque fir- mam, et facta extitisset ex eius voluntate. Commisit eciam ipse Nycolaus, quod dimidietatem prouentuum de possessione sua proueniencium presente memorato Johanne, secundum quod ipsi Johanni constiterit, ijdem Comes Mycael et filij sui deberent statuere pro expensis vice et nomine ipsius Alexan- dro prenotato. Datum in vigilia Pentecostes anno Domini M° CC° octuagesimo.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a nemes Kállay családnak levéltárában.)

210.

IV. László királynak Gayul helységet tárgyazó uj adománya Péter bán és Kemen comes, Benedek comes fiai számára. 1281.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Regalis excellencie inmensitas ad omnes fideles prospicua eo in se pocius recipit incremen- tum, quo fidelium merita condignarum remuneracionum pre- sidijs refocillat. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore

presencium volumus peruenire; quod Petrus Banus, et Comes Kemen filij Comitis Benedicti fideles nostri ad nostram accedentes presenciam nobis significare curauerunt, quod quedam possessio Gayul uocata, que olim progenitorum suorum fuerat, ab ipsis non exigentibus culpis suis, sed potencialiter indebite fuisset alienata et occupata; petentes a nobis cum instancia, vt ipsam possessionem Gayul eisdem reddere et restituere dignaremur. Verum quia vnicuique in sua iusticia deesse non debemus; fidelibus nostris Capitulo Chasmensis Ecclesie nóstris dederamus litteris in mandatis, ut cum Johanne filio Gugye homine nostro testimonium ipsorum mitterent fidedignum, coram quo idem homo noster predictam possessionem Gayul reambularet presentibus commetaneis et vicinis, et restitueret eisdem si non fieret contradictum, contradictores vero, si qui fierent, ad nostram citaret presenciam ad terminum conpetentem. Qui postmodum nobis rescripserunt, quod conuocatis commetaneis et vicinis, et nemine contradictore apparente idem homo noster predictam possessiouem Gayul eisdem Petro Bano et Comiti Kemen statuisset. Cursus autem metarum terre seu possessionis sepedicte talis est, sicut in predictis litteris contineri vidimus: Incipit enim prima meta vbi Mogoroch potoka cadit in fluuium Soplucha, et per eundem Mogoroch tendit supra usque caput, et ascendit ad unam vallem que vocatur Zuhodol; et ibi cadit ad magnam viam, et ascendit in eadem uia per modicum spacium; deinde exit uiam, et tendit ad partem orientalem inter siluam et vineas, vbi tangit metas St. Borch, et tendens circa metas eiusdem St. per longum spacium peruenit ad arborem vocatam (igy ?) et inde vadit ad magnam viam, vbi tangit metas terre Saul; deinde tendens in eadem via per longum spacium ad partem orientalem peruenit ad arbores que *megieharasta* vocantur; deinde exit de *megieharasta* et cadit in caput cuiusdam fluuij, qui uocatur Megyepothoka, et per eundem fluuium descendendo cadit ad fluuium Desinche minorem, et per eundem descendendo cadit ad fluuium Soplucha, vbi tangit metas terre Petri filij Benedicti Pukur vocate, et descendens per eundem fluuium Soplucha peruenit ad priorem metam, ibique terminatur. Nos itaque, cuius proprium est, vnicuique in suo jure deesse non debemus, et specialiter hijs, quorum ex parte

probitas insignit et extollit, consideratis seruicijs ipsius Petri Bani, que nobis in diuersis expedicionibus Regni nostri, bellis videlicet intestinis et extrinseicis Corone Regie incommutabiliter adherendo inpendit; et specialiter in expugnacione castri Zombothel, quod rupta pace et vinculo federis dissoluto per Regem Boemorum inimicum nostrum occupatum fuerat, vbi letalia sustulit wlnera, fideliter exhibitorum; consideratis eciam hijs, que in compescendis Croatys et hominibus transdrauanis, qui se de jurisdiccione nostra volebant alienare, ipsos potencie nostre reducendo et restituendo, exercuit et inpendit. Tam igitur ob recompensacionem seruiciorum ipsius Petri Bani prescriptorum, et aliorum quam plurimorum, que propter sui multitudinem longum esset enarrare; et eciam racione illa, ne in possessionibus olim per progenitores suos possessis, et postmodum Comiti Paulo fratri suo per nos traditis, extraneum doleat possessorem; dictam possessionem Gayul ipsi Petro Bano et per eum Kemen fratri suo reddidimus, restituimus, dedimus, donauimus et contulimus jure perpetuo et irreuocabiliter possidendam; cassatis omnibus litteris et priuilegijs cuiquam super collacione ipsius possessionis, preter ipsum Petrum Banum, datis et concessis; et vbicumque et per quemcunque exhibite fuerint, viribus careant et inanes habeantur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Anthonij viri discreti aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millessimo ducentesimo octuagesimo primo, Regni autem nostri anno nono.

(Zsigmond királynak 1420. VI. idus Augusti kiadott megerősítő privilegiumából, melyet kért „Egregius Ladislaus filius Nicolai filij Pauli de Pukur in sua ac Magnifici Johannis de Maroth alias Bani nostri Machouiensis personis“; a budai kir. kamarai levéltárban.)

211.

IV. László király megerősíti V. István királynak Lővesd, Rednuk, Esztergár és Fenyőfő helységeket tárgyazó 1270-diki adományát Demeter bakonyi főispán számára. 1281.

Ladizlaus Dei gracia Wngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Magister Demetrius Comes de Bokon filius Comitis Wgud ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium domini St. Regis karissimi patris nostri felicis recordacionis super collacione villarum Lwuold, Rednuk, Wzturgur et Fenewfew Chak Bano filio Demetrij, fratri patris sui concessum, petens eum instancia, vt tam idem priuilegium nostro priuilegio confirmare, quam eciam collacionem patris nostri ipsi Chak Bano factam, innouare et innouando eidem conferre de benignitate Regia dignaremur. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

St. Dei gracia stb. (következik V. István király 1270-ki adománylevele mint gyűjteményünk VIII., vagyis a második folyam III. kötetében 300. l.)

Nos igitur peticionibus ipsius Demetrij Comitis iustis et modestis assensum fauorabilem adhibentes, dictum priuilegium non cancellatum, non abrasum, nec in aliqua parte sui diminutum, de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, auctoritate presencium confirmamus, et collacionem ipsius patris nostri Chak Bano primitus factam ipsi Comiti Demetrio confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Achonis aule nostre Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri anno Domini M° CC° LXXX° primo Regni autem nostri anno nono.

(Eredeti a Rumy család levéltárában, másolata a magyar akademia kézirat-tárában.)

212.

IV. László király Erdő comestől lovat vevén, a vételár kifizetéseig Némethi helységet inscribálja neki. 1281.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniversorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum nos quendam equm (igy) rubri coloris a Comite Erdev dilecto et fideli nostro, nostre Regie Celsitudini congruentem, pro ducentis marcis argenti comparassemus, et ea uice propter pecunie nostre defectum ipsam summam pecunie sibi non potuissemus adimplere; presentibus Baronibus nostris, Petro videlicet Magistro Tawarnicorum nostrorum, Johanne Judice Curie nostre Comite Borsiensi, Demetrio Comite Posoniensi, et Joanea Comite Nitriensi, dilectis et fidelibus nostris, quandam uillam nostram Nempti vocatam, ad predium nostrum de Zolum pertinentem, de eodem predio nostro exceptam penitus et exemptam, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis universis, ipsi Comiti Erdeu, pro predictis ducentis marcis pro tempore duximus obligandam. Ita videlicet, quod idem Comes Erdeu prenotatam villam Nempti possidere, tenere et prouentus eiusdem ad modum hereditarie possessionis sue percipere valeat; donec ipse ducente marce per nos eidem fuerint plenarie persolute. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine reboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Achonis aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno domini M° CC° octuagesimo primo. XI. kalendas Maij, Regni autem nostri anno octauo.

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion III. köt. 461. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. V. köt. 3. r. 93. l.)

218.

IV. László királynak Albert nevü földet tárgyazó uj adománya Miklós es testvérei, Ertugnak fiai számára. 1281.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie tenore presencium declaramus quibus expedit vniuersis, quod ob preclara et insignia seruiciorum merita Nicolai dicti Weich, et Werunharth ac Gebret ac Corrardi filiorum Ertug, militum Johannis Palatini dilecti et fidelis nostri, que nobis in diuersis expedicionibus Regni nostri, et specialiter sub castro Gede tunc, cumcontra Fintam infidelem nostrum exercitum habuimus, exibuerunt; quandam terram Albert vocatam in confinibus Teutonicorum in Comitatu Hydegsed vocato existentem, ab eis alienatam, nunc vacuam et habitatoribus carentem, ipsis Nicolao, Werunharth, Gereth et Corrardo reddidimus et restituimus, ymo de nouo dedimus, donauimus, tradidimus et contulimus de plenitudine nostre gracie sub eisdem metis, terminis et limitibus, quibus eadem terra limitata extitit et possessa, perpetuo possidendam. Datum anno Domini M° CC° LXXX° primo.

(Robert Károlynak „Magnificus vir Comes Alexander de Kuchk Judex Curie nostre" kéréséért 1328. kiadott megerősítő privilegiumából; a főmélt. herczeg Batthyáni család levéltárában.)

214.

IV. László királynak törvénykezési szabadalma Mihály és Egyed, Ubul fiainak, Zabolch-megyei népei számára. 1281.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod quia Comes Mychael et Egidius filij Wbul; Stephanus, Magister Petrus et Paulus filij eiusdem Comitis Mychaelis, nobis et Regno nostro obsequia fideliter multipliciter impenderunt, vniuersos populos eorundem in Comitatu de Zobolch existentes, a judicio seu jurisdiccione omnium Comitum Parochialium pro tempore constitutorum fore duximus in perpetuum eximendos; et specialiter omnes causas, que in uilla ipsius Comitis Mychaelis et filiorum suorum predictorum Semyen vocata, in qua forum dicitur celebrari, tam in die fori, quam alijs temporibus mote fuerint et exorte per homines seu populos in eadem villa commorantes, aut per alios extraneos, idem Comes Mychael et filij eiusdem debeant finaliter iudicare. Vnde volumus et precipimus Comiti seu curialitori de Zobolch pro tempore constituto, quatenus populos eorundem Comitis Mychaelis, fratris et filiorum suorum superius nominatorum, in dicto Comitatu de Zobolch existentes, nullus eorundem debeat seu presumat agrauare, seu eciam molestare; cum eosdem populos a jurisdiccione eorundem Comitum Parochialium modo premisso duxerimus eximendos. Datum in villa Gapey feria quinta proxima post octauas Epiphanie Domini anno Domini M° CC° octuagesimo primo.

(Eredeti bőrhártyán, a hátúl oda nyomott pecsétnek töredéke megvan; a nemes Kállay családnak levéltárában.)

215.

IV. László királynak parancsa a székesfehérvári káptalanhoz, hogy Kenes Berény helységet tárgyazó 1232-ki vallólevelét ujból kiadja. 1281.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Albensi salutem et graciam. Dilecti et fideles nostri Capitulum Ecclesie Wesprimiensis dicunt nobis, quod quoddam priuilegium vestrum incisum medio alphabeto super empcione porcionis Michaelis filij Balad in territorio ville Kinus Beren vocate existentis sub vestro sigillo pro eis confectum, in vastu et spolio Petri Palatini inter alia bona eiusdem Ecclesie Wesprimiensis amisissent, cuius aliud par similiter alphabeto incisum in camera Ecclesie vestre iuxta Ecclesie consuetudinem esset reseruatum. Vnde cum nemini in suo jure deesse debeamus, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus aliud par dicti priuilegij in camera Ecclesie vestre diligenter et fideliter inquiri faciatis, et inuentum vestro renouetis privilegio ; cauentes tamen, ne in hoc fraus committi valeat siue dolus. Datum Bude in festo Inuencionis Sancte Crucis.

(A székesfehérvári káptalannak ugyan 1281-ki kiadványából mint alább 222. sz. a.)

216.

Erzsébet királyné biztosítja Mikót és testvéreit, fegyveres jobbágyait, hogy Epelben lévő földjüket nem fogja tőlük elvenni.
1281.

Elisabeth Dei gracia Regina Hungarie omnibus Christi fidelibus, presens scriptum intuentibus salutem in salutis largitore. Vt ea que aguntur in tempora, non irritentur post tempora, nec a memoria dilabantur, ad eternam rei noticiam solent litterarum patrocinio communiri. Proinde uniuersorum presencium futurorumque noticie harum serie uolumus fieri manifestum; quod cum terram Mycou biloti filij Chomou, Stephani et Symonis fratrum eiusdem jobagionum exercitualium nostrorum de villa Epel, de Comitati Strigoniensi, propter diuersa incommoda et muitiplicia scandala in Regno nostro emergencia, quam plures petiuissent sibi dari: iuri ipsorum hereditario nolentes preiudicare in hac parte, tamen quia terram ipsorum jobagionum nostrorum cuiquam conferre legitime non possumus, nec sine eorum famulatu carere commode ualemus; predictam terram Epel uocatam, que ad ipsorum Mycou, Stephani et Symonis, ac heredum suorum, jobagionum videlicet exercitualium nostrorum, ius hereditarium pertinere et spectare dinoscitur, reliquimus et permisimus eisdem ac eorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo, pacifice et irreuocabiliter possidendam, simul cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs universis; volentes et auctoritate presencium eisdem promittentes, quod prefatam terram Epel, in ius et proprietatem ipsorum jobagionum nostrorum pertinentem, nulli nobilium, seu Regni nostri incolarum conferemus, in eorundem preiudicium et grauamen; quin ymmo pocius ipsos et eorum heredes universos in suis libertatibus consuetis cum terris, pertinentibus ad eos, inmobiliter intendimus conseruare, et quibuslibet, occasione prefate terre

Epel procedere uolentibus, ne intromittere se presumpmant, ad eamdem, silencium duximus imponendum. In cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Thome dei gracia Episcopi Waciensis aule nostre Cancellarij fidelis nostri. Anno Domini M°CC° octuagesimo primo.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 462. l.)

217.

IV. Márton pápa parmai Bonaventurat raguzai érseknek kinevezi. 1281.

Martinus Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio fratri Bonaventure de Parma Electo Ragusino, salutem et Apostolicam benedictionem. Militanti Ecclesie, disponente Domino, licet immeriti presidentes, circa curam omnium Ecclesiarum solertia reddimur indefessa solliciti, ut iuxta pastoralis officii debitum crediti nobis dominici gregis custodiam utiliter gerere Divina cooperante clementia studeamus. Sane vacante dudum Ecclesia Ragusina per obitum bone memorie Salvii Archiepiscopi Ragusini, Canonici ejusdem Ecclesie quondam fratrem Marcum de Venetiis Ordinis Fratrum Minorum in Ragusinum Archiepiscopum, ut dicitur, elegerunt; sed eodem fratre Marco, antequam esset eius electio confirmata, nature debitum persolvente, predicti Canonici ad tractandum de futuri substitucione pastoris insimul convenerunt; et dubitantes, ne, si ad electionem procederent, et si non possent omnes pariter in unam concordare personam, exinde oriretur, inter ipsos dissentionis materia, per quam eis et ipsi Ecclesie dispendia immínerent, deliberaverunt communi consensu et unanimi voluntate felicis recordacionis Ni-

colao Pape, predecessori nostro, humiles preces porrigere, ut dignaretur eidem Ecclesie Apostolica auctoritate de pastore ydoneo providere; ac super hoc subsequenter tam ipsi, quam dilecti filii nobilis vir .... Comes, ac Consilium et Commune Ragusini, eidem predecessori suas supplicatorias litteras per certum nuntium destinarunt. Sicque dictus predecessor dictorum Canonicorum votis fauorabiliter annuens, de dilecto filio fratre Philippo de Mantua ipsius Ordinis, inquisitore heretice pravitatis in Marchia Tervisina, de fratrum suorum consilio Ecclesie prefate providit: sed dictus frater Philippus provisionem huiusmodi non acceptans, omne ius, si quod sibi ex provisione competebat eadem, libere resignavit, et dictus predecessor huiusmodi resignationem admittens, de dilecto filio fratre Luca de Padua eiusdem Ordinis Ecclesie memorate, de simile consilio, iterato providit. Quo quidem fratre Luca provisionem de ipso factam minime acceptante, ac omne ius, si quod sibi competebat ex illa, similiter resignante, dictus predecessor provisionem Ecclesie memorate illa vice dispositioni Apostolice reservavit. Nos autem Ecclesie prefate, que diutine vacationis incommoda deploravit, paterno compatientes affectu, ac Canonicorum et aliorum predictorum vota ex preteritis contemplantes, illa prosequendo benignius de ipsius Ecclesie ordinatione celeri, ne prolixioris vacationis exposita remaneat incomodis; diligentius cogitantes, ad personam tuam, quam nobis et fratribus nostris, de litterarum scientia, honestate morum, providentia spiritualium, et circumspectione temporalium fidedignorum testimonia commendarunt, dereximus oculos nostre mentis, teque dicti Ordinis professorum, licet absentem, de ipsorum fratrum consilio nostrorum, supradicte Ecclesie in Archiepiscopum preficimus et pastorem, administrationem ipsius Ecclesie spiritualiter et temporaliter tibi plenarie committentes; firma spe fiduciaque concepta, quod dirigente Domino actus tuos inibi cultus diuinus augebitur, et eadem Ecclesia per tue circumspectionis industriam in spiritualibus et temporalibus prospere dirigetur, et salubria, dante Domino, suscipiet incrementa. Reverenter igitur suscipe iugum Domini, et suavi ejus oneri humiliter colla flecte, manumque mittens ad fortia, ipsius administrationem Ecclesie prudenter exequi studeas, et gregis tibi commissi custodiam prosequi

diligenter, solerter et constanter, oppositurus te murum pro domo Domini ascendentibus ex adverso, ut laudabili de ipso reddita in die districti examinis ratione, regnum patris eterni, ab origine mundi preparatum electis, accipias, in dilecta Domini tabernacula letabundus introeas, et eumdem tibi commissum gregem ad uberioris meriti retributionis commodum introducas. Datum apud Urbem Veterem X. kalendas Januarii, Pontificatus nosti anno primo.

(Theiner Ágoston, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia, I. köt. Róma 1863. 97. l.)

218.

Lodomér esztergami érseknek itéletlevele a Mihály comes hitvesét illető negyedjog tárgyában 1281.

Lodomerius miseracione Diuina Sancte Strigoniensis Ecclesie Archiepiscopus eiusdemque loci Comes perpetuus vniuersis, quibus presentes hostenduntur, salutem in salutis largitore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire; quod cum Symeon filius Comitis Mychaelis, Micou, Ochuz et Ditricum liberos Comitis Detrici super quodam iure debito iure nature, siue super quarta dominam matrem suam, consortem scilicet Comitis Michaelis contingente, cum auctoritate litterarum nostrarum ad nostri examen Consistorij edictis legitimis euocasset, habens ad proseqnendam ipsam littem siue quartam matris sue sufficiens procuratorium et mandatum; ipsi tamen Mycou, Ochovz et Detricus, licet aliquociens nostro se conspectui presentauerunt, et litem legitime per peticionem factam in iure et responsionem subsecutam contestati fuerunt coram nobis; qui quidem Symeon ab ipsis Mycov

et fratribus suis quartam matrem suam contingentem de possessionibus patris eorum hereditarijs uel quocunque titulo conquisitis, petebat nomine matris sue sibi assignari secundum Regni consuetudinem approbatam. Mycov vero et fratres sui dicebant animo contestandi littem de predicta quarta matri prefati Symeonis per ipsos fore satisfactum, et ideo se ipsos dicebant penitus ab inpeticione ipsius Symeonis absolutos. Nos autem parcium proposicionibus debita maturitate auditis, ac iudicaria maturitate equa lance iusticie pensatis, ipsis Mycov et fratribus suis morem gerentes, et sollemnitatem iuris seruare uolentes assercionem eorum probare dedimus testibus quibus euidencioribus possent coram discretis viris Capitulo Waciensi ad intencionem eorum roborandam. Qui die et termino, quo testes secundum continenciam priorum litterarum nostrarum producere coram dicto Capitulo debebant, ad intencionem eorum fundandam, minime produxerunt; sed quidam officialis eorum Gallus nomine optulit eidem Capitulo litteras domini Ladizlai illustris Regis Vngarie inter cetera continentes, ut quia idem Mycov in exercitu domini Regis erat, ipsam produccionem testium ad alium terminum deberent prorogare. Quibus eciam litteris predicti domini Regis per ipsum Capitulum paritum fuit in hac parte, et idem Capitulum ex permissione nostra alium terminum in litteris domini Regis petitum et contentum eisdem dedit pro eorum testibus producendis; ita tamen, ut ipsa produccio testium fieri deberet coram nobis. Qui scilicet Mycov et fratres sui ad secundum terminum pro testibus eorum producendis assignatum conparuerunt coram nobis; sed nomina et dicta quorundam testium eorum in quadam cedula nobis presentarunt. De quibus testibus in ipsa cedula sic contentis Symeon filius predicti Comitis Mychaelis quosdam ex permissione nostra de consensu ipsius Mycov et fratrum suorum ad corporale sacramentum prestandum pro ueritate dicenda de quarta domine matris sue elegit secundum Regni consuetudinem approbatam; et pro huiusmodi sacramento prestando nos de uoluntate parcium assignauimus perhemptorium, decernentes quod ulterius predicti Mycov et fratres sui nec cum litteris Regijs, nec quauis occasione alia, puta debilitatis, possint se excusare; adicientes, quod si in termino sic per nos assignato de parcium voluntate,

non uenirent, in ipso negocio non obstante eorum absencia ad diffinitiue sentencie calculum procederemus, iuris tamen ordine in omnibus obseruato. Qui in eorum solita contumacia perdurantes, nec in ipso termino ad sacramentum huiusmodi prestandum deputato in nostri presencia comparere curauerunt, per ipsum Symeonem legitime coram nobis expectati. Demum post huiusmodi multos terminos perhemptorios per nos assignatos sic contumaciter elapsos ad nostram accedentes presenciam, idem scilicet Mycov et fratres sui a nobis humiliter pecierunt, ut possessiones eorum hereditarie per aliquos probos viros a partibus electos extimarentur ambarum parcium amatores, illorum eciam extimatorum nomina in litteris nostris fuerunt ad peticionem parcium annotata; terminum et eciam diem ad ipsam extimacionem faciendam, et eciam hominem nostrum de consensu utrarumque parcium concorditer electum, discretum uidelicet uirum Vrbanum Prepositum Sancti Georgij a nobis per partes instanter petitum, coram quo ipsa extimacio fieri deberet, duximus dirigendum. Qui cum ad locum et diem ac terminum ab ipsis partibus petitum et a nobis assignatum accessisset, predictus Symeon extimatores suos in littera nostra contentos produxit ut debebat; sed ipsi Mycov et fratres sui ad ipsum terminum nec extimatores suos produxerunt, nec eciam ipsi per se uel per procuratores eorum in ipso termino conparuerunt per ipsos sponte sic assumpto, quemadmodum prefato discreto viro Vrbano Preposito Sancti Georgij ad hoc specialiter per nos deputato intelleximus referente. Licet autem nos ipsum Symeonem filium Comitis Mychaelis propter contumaciam predictorum Mycov uidelicet et fratrum suorum in possessionem rerum petitarum pro quarta domine matris sue inducere potuissemus; tamen ad presens huiusmodi missionem ex causa non duximus faciendam: verumptamen ipsos Micov scilicet et fratres suos, exigente eorum contumacia, de consilio fratrum nostrorum tum nobis assidencium publice excommunicatos denunciauimus et decernimus, ab omnibus tanquam membra precisa, que fomentorum non senciunt dissplicenciam, arcius euitandos, tamdiu donec coram nobis iuri paruerint, et de contemptu nostro, ac de expensis factis ipsius Symeonis satisfecerint competenter. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus

sigilli nostri munimine roboratas. Datum Strigonij anno Domini millesimo ducentesimo octoagesimo primo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek vörös selyemzsinóron függött pecsétje elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

219.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Strogeai Tamás comes, és Miklós nógrádi esperest bizonyos peres ügyre nézve barátságosan egyezkedtek. 1281.

Nos Capitulum Strigoniensis Ecclesie memorie commendamus, quod nobili uiro Comite Thoma filio Thome de Strogea Comitatus Neugradiensis nomine nobilis viri Comitis Michaelis filij Folkus ab una parte, sicut dixit, et discreto viro domino Nicolao Archidiacono Neugradiensi similiter pro se et pro Comite Bothond fratre suo ab altera parte in nostri presencia constitutis, relatum extitit concorditer per eosdem, quod super materia questionis, quam idem Archidiaconus et frater eius contra ipsum Michaelem filium Fulkos mouerant in presencia Judicis Curie domini Regis, et diucius processerant, in hoc facto mediante arbitrio bonorum hominum, ex permissione eiusdem Judicis per amicabilem composicionem inter ipsas partes taliter extitit ordinatum, renunciando eidem liti et suis articulis vniuersis: Quod predictus Archidiaconus et Comes Botond frater eius pari et consona voluntate de terra eorum Pehchan nominata, que in priuilegio discretorum virorum Budensis Capituli dicitur contineri, septuaginta jugera terrarum arabilium in vicinitate terre eiusdem Michaelis Pehchan similiter nuncupate, pro bono siue commodo pacis inter has partes perpetualiter obseruande eidem Michaeli et suis filijs ac posteritatibus statuerunt et tradiderunt perpetuo et pacifice

possidenda; quorum quidem septuaginta jugerum terre, a parte terre eiusdem Archidiaconi et fratris sui uersus terram eiusdem Michaelis mete taliter distinguntur: Prima enim meta incipit apud tres uias, in modum crucis distinctas circa terminum ville Warad; deinde itur ad nemus in antiqua uia, et transeundo lutum vnum sunt due mete; et in antiqua via uenitur ad magnam viam, per quam itur ad uillam Dalanch; et in transitu dicte uille due mete existunt a parte orientali, ubi est commetaneus dicte terre Comes Thomas prefatus; abhinc tenditur ad partem occidentalem, et ibi incipiendo a domo Jacobi de Menus usque ad villam Scechen sunt decem mete, uidelicet in quolibet decem locorum bine mete, ubi cursus metarum cadit ad metas antiquas. Preterea vniuersas litteras Judicum Curie domini Regis, coram quibus in presenti negocio est processum; uidelicet tam judiciales quam eciam dilatorias cassarunt, et reliquerunt friuolas et inanes, si que ex eis per fraudem vel maliciam fuerint reseruate. Judicem et pristaldum partes de communi placabunt. Datum anno Domini M° CC° octuagesimo primo dominica proxima post festum Sancti Galli confessoris.

(III. Endre király 1298-ki ítéletéből a budai kir. kamarai levéltárba.)

220.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Benedek comes néhai Pál veszprémi püspöknek testvére Munuros és Munkad helységeket Miklós comesnek eladta. 1281.

Capitulum Ecclesie Strigoniensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Comes Benedictus frater bone memorie Pauli quondam Episcopi Vesprimiensis, unacum Paulo filio suo pro se, et pro Michaele altero filio suo ex una parte, et nobilis uir

Comes Nicholaus filius Comitis Nicholai nepotis Vech ex altera, ad nostram presenciam personaliter accedentes, super duabus possessionibus suis terris Munuros et Munkad vocatis, super quibus contendebant, que Comiti Benedicto per dominam Mariam quondam illustrem Vngarie Reginam pro diuersis fidelitatibus et seruicijs prefati domini Episcopi fratris sui et suis proprijs collate fuerant, quarum eciam collacio postmodum per dominum nostrum Ladizlaum nunc inclitum Vngarie Regem, et dominam Isabellam Reginam consortem suam extitit confirmata, prout in eisdem domini Regis et Reginarum predictarum priuilegijs per Comitem Benedictum nobis exibitis vidimus contineri; quas eciam terras prefatus Comes Nicholaus per eundem dominum nostrum Ladizlaum Regem sibi collatas esse, et super hoc eiusdem priuilegium se habere dicebat; taliter inter se concordarunt, quod Comes Benedictus cessit et renunciauit omni liti et accioni, que super altera predictarum terrarum Munuros uocata, sibi competere potuisset, et ipsam terram Munuros nominatam cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis, et sub eisdem metis et terminis, quibus ipse eam tenuit et possedit, prefato Paulo filio suo presente et consenciente reliquit et uendidit predicto Comiti Nicholao et ipsius heredibus heredumque suorum successoribus pro quatraginta marcis in perpetuum pacifice possidendam, et ipsam sumpmam pecunie ijdem Comes Benedictus et Paulus filius eius ab eodem Nicholao Comite in argento et denarijs se plenarie recepisse asserentes, promiserunt et assumpserunt coram nobis, quod si Comes Nicholaus uel sui heredes racione predicte terre Munoros per Barrones aut aliquos alios impeterentur vel perturbarentur, extunc Comes Benedictus et eius filij predicta priuilegia, quorum auctoritate ipsam terram possidebant, que penes se reseruarunt, ea de causa, quod titulus siue collacio alterius terre ipsorum habetur in eisdem, debent in defensionem et expedicionem Comitis Nicholai et suorum heredum coram domino Rege uel domina Regina, aut eorum Judicibus exhibere, et si forsitan dominus Rex uel domina ipsam terram Munoros Comiti Nicolao uel suis heredibus auferre attemptarent, Comes Benedictus et eius filij debent eciam eadem priuilegia in eorum auxilium et defensionem domino Regi et domine Regine exibere; sed eos contra Maie-

statem Regiam uel Reginalem expedire non tenentur, sicut extitit inter partes ordinatum. Mete autem eiusdem terre Munuros, prout in priuilegio domine Regine Marie predicto inspeximus, hoc ordine distinguntur, quod prima illarum incipit ab oriente iuxta terram ville Tach, et iuxta illam cum certis metis antiquis tendit uersus meridiem usque ad terram Epsceu, ubi sunt due mete angulares; inde iuxta terram Epsceu tendit a parte meridionali cum metis interpositis usque ad terram Beren, iuxta quam procedendo uersus occidentem contiguatur terre Pel, uadit uersus septemtrionem ad quandam uiam, et illam transeundo peruenit ad terram Boyach, ubi sunt tres mete angulares, et iuxta illam terram Boyoch cum certis metis interpositis a septemtrionali parte descendit iterum ad orientem usque ad terram Tach, ubi ipsa terra Munuros a terra Thach non per metas separatur, sed per quendam limitem, qui uulgariter *mege* uocatur, et cum ipso limite redit ad priorem metam, et sic terminatur. Aliam uero terram supradictam, que Munkad uocatur, Comes Nicolaus, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis, reliquit et concessit Comiti Benedicto et ipsius heredibus similiter perpetuo possidendam; hanc condicionem et penam super se et suos heredes assumpmendo, quod si ipse uel sui filij Comitem Benedictum aut eiūs filios a modo ullo umquam tempore super predicta terra Munkad impeterent, uel aliquatenus molestarent pretextu siue auctoritate predicti priuilegij domini Regis, quod ipse Comes Nicholaus super collacione dictarum terrarum sibi concessum fuisse asserit, ut premissum est, extunc terram Munoros nunc eis relictam amittant ipso facto, et ipsa terra ad Comitem Benedictum et suos filios sine dificultate qualibet reuoluatur; terra Munkad nichilominus apud eundem Comitem Benedictum et suos filios pacifice remanente. In cuius rei testimonium ad peticionem parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Sixti Ecclesie nostre Lectoris anno Domini M° CC° LXXX° primo in calendis Julij.

A B C D

(Eredetie börhártyán, melyről zöld-vörös selyemzsinóron a káptalan pecsétje függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

221.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy Miklós, Miklósnak fia Nyir nevü birtokát, a nyúlszigeti apáczazárdának elzálogosította. 1281.

Nos Capitulum Budensis Ecclesie damus pro memoria, quod Nycolaus filius Nicolai ab una parte, et frater Cyprianus et Iwanka conuersus de Ordine Fratrum Predicatorum pro sororibus de Insula Sancte Marie ex altera, coram nobis personaliter constituti, dictus Nicolaus a dictis fratribus nomine earundem sororum soluencium duas marcas ad sex marcas, quas secundum tenorem aliarum litterarum nostrarum receperat, sicut dixit, confessus est recepisse; pro quibus octo marcis terram suam Nyr uocatam, inter terram Toxun et Wosyan adiacentem sub eadem condicione et pena, ac usque ipsum terminum, prout in ipsis prioribus litteris nostris super hoc confectis plenius dicunt contineri, pignori obligauit; redimendam ab eisdem pro octo marcis antedictis. Datum secundo die octauarum Beatorum Apostolorum Petri et Pauli anno Domini M° CC° octuagesimo primo.

Kivül: Super solutis duabus marcis ad sex marcas Nicolao filio Nicolai super impignoracione terre sue Nyr uocate.

(Eredetie börhártyán, a zárpecsét kivülről elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

222.

A székesfehérvári káptalan Kenes-Berény helységet tárgyazó 1232-ki fassionalis levelét ujból kiadja a veszprémi káptalan számára. 1281.

Capitulum Ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod Thomas Decanus Ecclesie Wesprimiensis ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis litteras Domini nostri Ladizlai Illustris Regis Hungarie formam hanc continentes:

Ladyzlaus Dei gracia Rex Hungarie stb. Capitulo Albensi stb. (következik IV. László királynak parancsa mint fentebb 214. sz. a.)

Nos igitur Regie Celsitudinis mandato satisfacere, ut tenemur, cupientes, predicti priuilegij par aliud ex fidelitate debita in camera Ecclesie nostre inquiri diligenter et inueniri, inuentumque medio alphabeto incisum presentibus dicti Domini nostri Regis de mandato de verbo ad verbum inscribi fecimus. Cuius tenor talis est:

Omnibus stb. Albensis Ecclesie Capitulum stb. (következik a székesfehérvári káptalannak 1232-ki okmánya, mint gyűjteményünk VI., vagyis a második folyam I. köt. 510. l.)

In cuius rei memoriam, et renouacionem rei geste, presentes ad mandatum Domini nostri Regis, vt premittitur, dicto Wesprimiensi Capitulo dedimus litteras nostro sigillo communitas. Anno Domini M° CC° octuagesimo primo, quinto idus Maij; Reuerendo viro Magistro Anthonio Ecclesie nostre Preposito, Nicolao Cantore, Mike Custode, Esau Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a veszprémi káptalan levéltárában.)

223.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy János nádor Chák comes fiaival bizonyos birtokjogokra nézve egyezkedett. 1281.

Capitulum Jauriensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire; quod nobilis vir Johannes Palatinus filius quondam Herrici Bani, pro se et pro fratribus suis viris Magnificis coram nobis constitutus proposuit asserendo; quod licet per quorundam suggestionem et minus iustam induccionem intromisisset se de possessionibus Hydegsed et Honky vocatis, quas Nicolaum, Buzad et Feldricum filios quondam Chak Bani intellexisset Gregorio, Andree filijs Comitis Petri de genere Osl, et Dionisio filio Bartholomei Comitibus pro ducentis marcis pignori obligasse, credens sibi et fratribus suis racione vicinitatis uel alicuius respectus magis competere quam predictis: gestiens tamen amplecti iusticiam, formidansque preiudicium alicui generare, diligenti inuestigacione comperisset, se et fratres suos dictis possessionibus aliquod ius non habere. Sed quia super eisdem possessionibus dicti filij Chak uenientes contra formam inpignoracionis ipsorum, medio tempore coram Capitulo Ferrey Castri cum ipso clanculo contractum celebrauerunt, et in ipso contractu centum marcas soluaret (igy) filijs Chak Bani; de quibus centum marcis per Gregorium, Andream et Dyonisium Comites, nomine filiorum Chak Bani, qui personaliter comparuerunt, ipsi Johanni Palatino satisfactum est coram nobis, hac racione, quoniam in estimacione facta in possessionibus Hydegsed et Honky vocatis excreuerant centum marce supra ducentas marcas habitas per filios Chak Bani eo tempore, quo Gregorio, Andree et Dyonisio Comitibus predictis pignori obligarant, pro quibus centum marcis quandam possessionem prefati Comitis Andree filij Petri antedicti Nemethboron vocatam cum tercia parte silue Mogor-

boron nominate, ijdem Andreas, Gregorius et Dyonisius Comites communiter dederunt et contulerunt supradicto Johanni Palatino iure perpetuo possidendam; dictus uero Dyonisius pro tercia parte, que ipsum contingit in centum marcis, satisfecit Comiti Andree memorato; et sic demum dominus Johannes Palatinus, satisfacto sibi de centum marcis, filijs Chak Bani possessiones suas sepedictas uendendi, tradendi, alienandi; et Gregorio, Andree ac Dyonisio Comitibus emendi, comparandi, iure perpetuo possidendi et habendi dedit liberam facultatem; et propter recognicionem ac emendacionem uexacionis, quam medio tempore fecerat, obligauit se in nostri presencia, quod dictos emptores contra omnes, et eciam fratres suos, uel contra quemlibet ipsorum, si aliquis racione ipsarum possessionum acceptaret, expediendo pure et simpliciter, in ipsis possessionibus conseruaret. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad instanciam pareium predictarum presentes litteras concessimus auctoritate nostri sigilli roboratas, anno Domini M° CC° octuagesimo primo. Magistro Carachino Ecclesie nostre Preposito, Abraam Cantore, Dominico Custode, Mykou Decano existentibus..

A B C D

(Eredetie bőrhártyán, a zöld-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban V. ö. Fejér Cod. Dipl. V. köt. 3. r. 98. l.)

224.

A győri káptalannak ugyanarról szóló más kiadványa. 1281.

Capitulum Jauriensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod cum Nicolaus, Buzad et Feldricus filij quondam Chak Bani in nostra presencia personaliter constituti quasdam possessiones suas Hydegsed et Honky vocatas in Comitatu Supruniensi existentes secundum formam memorialium litterarum nostrarum Gregorio et Andreo filijs Petri de genere Osl, ac Dyonisio filio Bartholomei de Vezeken Comitibus pro ducentis marcis, que in denarijs Viennensibus non rasis fuerunt persolute coram nobis, usque certum terminum pignori obligassent, nec easdem possessiones suas in primo, secundo et tercio terminis per Gregorium, Andream et Dyonisium Comites tam amicabiliter quam misericorditer ultra duos annos prorogatis redimere potuissent; tandem per partes probi homines ad estimandum ducti, presente nostro homine secundum ordinacionem parcium per nos misso, dicte possessiones, prout partes estimaciones et noster homo ad nos reuersi retulerunt, pro trecentis marcis fuerunt estimate; pro quibus trecentis marcis prius tamen sufficenter satisfaccio per Andream, Gregorium et Dyonisium Comites de illis centum marcis, que in estimacione excreuerant supra ducentas marcas tempore impignoracionis habitas, dicti Nicolaus, Buzad et Feldricus filij quondam Chak Bani ad nostram redeuntes presenciam, iam dictas possessiones suas Hydegsed et Honky vocatas, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, clausas antiquis metis et terminis, prefatis Andree, Gregorio et Dyonisio Comitibus ac eorum heredibus heredumque successoribus concorditer tradiderunt, uendiderunt et dederunt iure perpetuo et inreuocabiliter possidendas. Hoc adiecto, quod si quispiam temporum processu nacta aliqua occasione eosdem emptores

racione ipsarum possessionum impeteret, ijdem filij Chak Bani et filij Chakyz, pro quibus se obtulerunt, eosdem tenebuntur expedire proprijs laboribus et expensis. Quarum possessionum mete et termini, sicut ab homine nostro ad instanciam parcium ad hoc misso intelleximus, taliter distinguntur: Quod prima meta terre Honky incipit iuxta Ferteu ab aquilone, ubi sunt due mete, quarum una ab oriente est meta ville Egku, alia ab occidente terre Honky (igy); inde uenit ad unius baculi iactum uel paulo plus in eadem plaga ad duas, metas, quarum una est ville Ygku (igy), alia ville Honky, et ibi transit unam magnam viam ducentem in Suprunium quasi uersus meridiem, et in eadem plaga satis longe eundo uenit ad duas metas, quarum una est ville Honky et alia ville Ygku, et ibidem prope intrat in quandam viam, et parum transeundo facit angulum, et uadit uersus occidentem ueniendo ad duas metas, quarum una a parte ville Ygku est meta eiusdem, et iuxta eandem est meta terre Hunky (igy); abinde eundo satis remote distenditur ab illa via uersus aquilonem ad competens spacium, et uenit ad duas metas, quarum una ab oriente ville Ygku, et alia ab occidente terre Honky remanentibus; abinde pergendo uersus occidentem satis longe in quodam uirgulto uenit ad tres metas quasi facientes angulum, quarum una ab oriente est ville Ygku, a meridie ville Kuchmer, ab aquilone terre Honky; inde uenit in eodem virgulto et in eadem plaga ad quatuor metas, quarum una tenet a parte terre Honky et due a parte ville Kochnar (igy); ibi peruenit ad unam metam prope iuxta quandam viam ducentem in Hydegsed, ubi transit ad capitalem metam, eius terre (igy) Hydegseed; et ibi incipiendo et quasi angulum faciendo peruenit ad duas metas, quarum una ab orinte est terre Hydegsed, alia ville — —; abinde uenit ad tres metas existentes iuxta viam ducentem in Neek, quarum una est ville Honky, alia Hydegsed, et tercia ville Zechun; inde uenit ad duas metas, terra Zechun ab occidente, terra Hydegsed ab oriente remanentibus; abhinc venit ad tres metas, quarum una est ville Tothchynk, alia Zechun et tercia Hydegsed; inde uenit ad duas metas sitas iuxta unam viam, quarum vna est ville Hydegsed, alia terre Tothchynk; inde transeundo directe ad Feerteu in magna silua uenit ad quandam conallem ad duas

metas, quarum una ab occidente est terre Bozyas, ab oriente terre Hydegsed; abinde directe uenit, et intrat transeundo magnam viam ducentem in Suprunium in Ferteu, ubi habent iura dicte possessiones in piscinis, fenetis, aquis et alijs vtilitatibus, que eisdem possessionibus competunt ab antiquo; et istis metis dicte possessiones includuntur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras munimine nostri sigilli roboratas, anno Domini M° CC° octuagesimo primo. Magistro Carachino Ecclesie nostre Preposito, Abraam Cantore, Dominico Lectore, Mykou Custode existentibus.

(Eredetie börhártyán, melyről a pecsét zöld-vörös selyemzsinóron függ; a budai kir. kamarai levéltárban. Más eredeti példánya találtatik a nemzeti muzeum kézirattárában.)

225.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Vlchey-i Jakab Osl nemzetségbeli Gergely comesnek az ellene elkövetett hatalmaskodások kiengesztelése végett Gyolokában lévö birtokát átengedte. 1281.

A B C

Capitulum Jauriensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Jakabus filius Zubuzlou de Vlchey ab una parte, Comes Gregorius filius Petri de genere Osl ab altera coram nobis constituti, idem Jakabus presente Jacobo filio suo quartam partem terre Gyoloka, quam dominus Bela Rex felicis recordacionis eidem Jakabus pro meritis seruiciorum suorum contulerat, sicut in eiusdem priuilegio uidimus contineri, eidem

Comiti Gregorio pro iniurijs datis, dampnis, homicidijs, captiuacionibus, detencionibus, incendijs, et pro alijs quibuslibet iniuriarum generibus usque datam presencium contra dictum Comitem Gregorium perpetratis, cum omnibus utilitaiibus et pertinencijs, et cum medietate loci cuiusdam molendini in Rabcha in eadem terra existentis a plaga orientali adiacentem perpetuo possidendam et habendam; quam quidem quartam partem cum predictis omnibus utilitatibus et loco molendini dictus Comes Gregorius in instanti uendidit de permissione eiusdem Jakabus, Boy et Stephani Comitum tanquam de consensu commetaneorum, qui adherant, Gogano et Adriano Comitibus filijs Herbordi de Bozty pro decem marcis, quas se dixit ab eisdem recepisse, per heredes et heredum eorum successores perpetuo et irreuocabiliter possidendam; assumendo, quod quicunque successu temporis ipsam quartam partem uendicioni expositam inpediuerit, dictus Comes Gregorius expediet proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras concessimus nostro sigillo roboratos. Datum anno Domini M° ducentesimo octagesimo primo. Magistro Carachino Ecclesie nostre Preposito, Abraam Cantore, Dominico Lectore, Mykou Custode existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melynek zöld selyemzsinóron függött pecsétje már lehullott, a nemz. muzeum kézirattárában.)

226.

A szepesi káptalannak bizonyságlevele, hogy Vnd János comes fiainak beleegyezésével férjhez menö leányának Kachynak Thorkw nevü földet átengedte. 1281.

Capitulum Ecclesie Beati Martini de Sypus presens scriptum inspecturis salutem in eo qui creauit omnia et gubernat vniuersa. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris harum serie uolumus peruenire, quod cum Comes Jan Vnd cum filijs suis, Ewgin videlicet et Petro, ad nostram accedentes personaliter (presenciam) ex vna parte, ab altera uero Symon gener ipsius cum quatuor filijs suis Petro, Paulo, Dominico et Laurencio coram nobis personaliter constituti; idem antedicti Jan et filij sui de consensu communi confessi sunt oraculo viue uocis, quandam terram eorum hereditariam, que wlgariter nuncupatur Thorkw, existentem inter duos riuulos Veresabus uocatum et Neneewyz, prenotato dicto Symoni genero ipsius, et filie sue que uocatur domina Kachy, et per ipsam filiam nepotibus suis in filios filiorum iure perpetuo possidendam, tenendam et habendam, et per cuncta tempora irreuocabiliter optinendam certis metis et antiquis ubique distinctam. Vt autem hec donacio et assignacio perpetue firmitatis robor optineat, et ne processu temporum per quempiam in irritum retractetur, ad instantem peticionem utriusque partis presentes litteras eisdem concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° octuagesimo primo.

(A szepesi káptalannak 1283-ki átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban.)

227.

A váczi káptalannak bizonyságlevele, hogy Sapi Miklós comes és érdektársai Tagadopachia nevü földre nézve a Bikchey-i nemesekkel egyezkedett. 1281.

Capitulum Ecclesie Waciensis omnibus Christi fidelibus quibus presentes ostenduntur salutem in co, qui est salus omnium et corona. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire; quod Comes Nicolaus filius Babus de Sap, Matias filius Petri, Benedictus filius Egidij ab vna parte; Bikchey, Tymoteus et Benedictus filij eiusdem Bikchey, Nicolaus et Stephanus frater suus filij Bochou, Leustachius et Martinus filij eiusdem Stephani; Mikou, Laurencius et Petrus filij Pasca; Zetta, Johannes et Sandur filij Anias pro se et pro Merk fratre ipsorum, nobiles de Bikchey ex altera, coram nobis personaliter constituti, confessi sunt oraculo viue vocis, quod super causa, que inter ipsos racione terre Tagadopachia uocate, iuxta Timoteuspachia adiacentis, diucius fuisset ventilata, et super eadem terra inter partes eciam duellum adiudicatum extitisset; tandem in talem pacis concordiam et sempiternam vnionem se dixerunt deuenisse: quod dimidietatem terre Tagadopachia vocate, cuius alia dimidietas in area duelli per composicionem Nicolao, Matie et Benedicto extitit deuoluta, cum quadam particula terre Bikchei vocate, iuxta terram Castri Neugradiensis ex parte domini Regis Nicolao, Mathie et Benedicto donaticiam existentem, hereditariam eorundem nobilium de Bikchey, ut dixerunt, dedissent, contulissent et tradidissent Nicolao, Matie et Benedicto ac eorum heredibus iure perpetuo et pacifice possidendas sub terminis et metis inferius annotatis. Preterea in concambium et in commutacionem predicte terre Tagadopachia et particule prius dicte, ijdem Nicolaus, Matias et Benedictus quandam terram Bikchey vocatam, quam mediante nostro priuilegio tenebant, cuius tenor annotabitur, dedissent, contulissent et eciam tradidissent

memoratis nobilibus de Bikchey et eorum heredibus heredumque ipsorum successoribus irrefragabiliter in sempiternum possidendam. Et partes in terris prehabitis sese vice mutua expedire tenebuntur. Tenor autem priuilegij, quo mediante Nicolaus, Matias et Benedictus terram Bikchey possederunt, talis est:

Capitulum Waciensis Ecclesie stb. (következik a váczi káptalannak 1275-ki bizonyságlevele mint fentebb 92. sz. a.)

Adiecerunt eciam, quod dimidietas ecclesie Beate Virginis a parte septemtrionali cum cimiterio et via, per quam duo currus se obuiantes transire poterunt, cedit Nicolao, Matie et Benedicto sepedictis, pars vero ecclesie et cimiterij nobilibus de Bikchey extitit deuoluta. Metas vero Tagadopachia cum particula terre prenotata taliter descripserunt: Incipit prima meta a parte orientali iuxta terram nobilium de Kata iuxta fluuium Tapeu, et tendit versus montem paruum, ubi sunt due mete; exhinc ascendit super alium montem; postea super tercium montem; et vltimo super quartum maiorem montem, vbi in quolibet monte sunt posite due mete; deinde descendit, et in descensu sunt due mete, iuxta Fiuzeg posite sunt due mete ex altera parte Fiuzeg sub piro; iuxta viam magnam que vadit versus Budam sunt due mete; iuxta Feulduar vadit ad laterem montis, et tendit in campum; dehinc post metas, que sunt iuxta Feulduar super montem posite sunt due mete; deinde iterum in campum, ubi sunt due mete; exhinc procedit inter dumos, vbi sunt due mete iuxta viam, que de villa Disue vadit contra Bertel, vbi sunt tres mete; postea tendit versus occidentem iuxta magnam metam, que separat de terra Stephani filij Omodey, vbi posuerunt nouam metam iuxta antiquam, et descendit versus septemtrionem ad duas antiquas metas, eciam iuxta antiquam metam aliam posuerunt nouam; in valle Zedriesuolg sunt tres mete et unam renouarunt; ascendendo montem sunt due mete; prope *feulduar* est una meta, et una noua iuxta Ferte et alia antiqua; inde procedit ad partem occidentalem sub monte iuxta Ferteu vsque metam Pag filiorum Tymotey, et ibi sunt super cauernam due mete; procedit eciam versus septemtrionem, vbi sunt due mete una noua et alia antiqua; dehinc procedendo similiter directe sunt due mete; procedendo vltra

sunt similiter due mete; postea sunt due noue mete inter duas antiquas metas destructas; item super montem sunt due mete antique et tercia noua; vltra super montem alium sunt due mete antique et vna iuxta Tapeu; vltimo directe procedendo ad arborem *naar* posite sunt due mete, vna noua et altera antiqua, et ibi terminantur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem et instanciam parcium presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum kalendis Julij anno Domini M° CC° octuagesimo primo. Presentibus tamen Magistro Paulo Lectore, Andrea Cantore, secundo Paulo Custode, Farcasio Waciensi, Aneo Pestiensi, Nicolao de Zigetfeu, et Petro de Zonuk Archidiaconis, ac alijs in Ecclesia Beate Virginis Deo pie famulantibus et deuote.

A B C D

(Eredetie bőrhártyán, zöld-vörös selyemzsinóron függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

228.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Aykai Gelyan Aykában lévő bizonyos malomra nézve Bolta Pálnak fiával egyezkedett. 1281.

Nos Capitulum Ecclesie Vesprimiensis damus pro memoria, quod constituti coram nobis Gelyanus filius Petri de Ayka pro se et pro fratre suo Nycoloo, sicut dixit, ab vna parte, et Bolta filius Pauli de eadem similiter pro se et pro Paulo fratre suo ab altera, super quodam molendino in Ayka super fluuio Tornoa sito, quod dudum Benyamyn fuisse dicitur, probis viris componentibus, de permissione Magnifici viri domini Johannis Palatini se dixerunt taliter concordasse; quod cum memoratum molendinum sit utriusque partis hereditarium, amodo ipsum molendinum possidebunt secure in

communi, prout ceteras suas hereditarias possessiones se asserunt communiter possidere. Idem eciam Gelyanus dixit, quod licet usque modo dictum molendinum apud Boltam fuerit, tamen sibi persolutis tribus marcis satisfactum extitit de eodem. Datum in octauis Exaltacionis Sancte Crucis anno Domini M° CC° LXXX° primo.

Kivül: Pro Geliano contra Bolta.

(Eredetie bőrhártya, külsőleg oda nyomott pecséttel összetévc; közölte velem tek. Thaly Kálmán úr.)

229.

A keresztesek budai konventjének bizonyságlevele, hogy a Koarszeg helység határai iránti egyenetlenségek választott birák által elintéztettek. 1281.

Frater Marcus Prior et Conuentus Cruciferorum Ecclesie Sancte Trinitatis de Calidis Aquis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Magister Andreas filius Nycolai de Scyud ab vna parte, Paznan et Nycolaus de Chalamia, Laurencius et Elekus filii Felicianj de Eghazaschalamia, Lampertus et Stephanus filii Nycolaj de Leze — — de genere Hunth Paznan ab altera, personaliter coram nobis constituti,(confessi sunt) quod cum super facto metarum destructarum cuiusdam terre eiusdem Magistri Andree Kuarzeg uocate inter ipsas partes lis et controuersia fuisset mota et susscitata, tandem mediante arbitrio proborum virorum ab utraque parte adductorum coram nobis arbitrantibus, visis litteris priuilegialibus domini Regis Bele felicis recordacionis per ipsum Andream nobis, et ipsis arbitratoribus ac parti aduerse exhibitis, nec eciam ipsis contradicentibus in

aliquo super facto metarum ipsius terre Kuarzeg uocate Castri Hontensis, prout in eisdem litteris priuilegialibus domini Regis mete supradicte terre a terris Paznan, Nycolaj, Laurencij, Lamperti ac aliorum predictarum parcium distingebantur et separabantur, in eadem qualitate et quantitate, ipsi videlicet Paznan, Nycolaus, Laurencius, Elek, Lampertus et Stephanus sepedicti per amicabilem composicionem coram nobis factam, et propter pacis vnionem reliquerunt et resignauerunt ipsi Magistro Andree ipsam terram Kuarzeg uocatam sub eisdem metis pacifice possidendam et habendam. Cuius quidem terre cursus metarum in eisdem litteris priuilegialibus domini Regis Bele coram nobis exhibitis in hunc modum distingebantur. Prima meta incipit a parte orientali de terra Kuarzeg vocata, vbi sunt due mete terree iuxta fluuium Ipul, et ibi cadit ad ipsum fluuium Ipul; deinde autem tendit versus meridiem ad terram Lamperti, que Ryba uocatur, et currit in aqua per magnum spacium eundo; et ibi ueniet ad Haradissa castrum in vnum nemus ad occidentam, quod uulgo dicitur holm; et prope illum monticulum parum descendendo sunt due mete terree; et in eodem nemore est vna via, que exit de illo nemore, et transit vnam magnam viam; et inde tendit per terras arabiles ad vnam paruam siluam, que (uulgo) vocubulo erestewen dicitur, sub cuius fine sunt due mete terree; et sic iuxta illam siluam currit uersus metas priores, ubi sunt commetanei nobiles de Chalamia; que quidem silua seu herestewen omnino remanet intra metas ad terram Kuarzeg uocatam et prenotatam, et sic terminantur. Quibus vero litteris inspectis comperimus in eisdem, ipsam terram Comiti Nicolao patri eiusdem Andree a domino Bela Rege pro meritorijs seruiciis eiusdem collatam et donatam. Rogans eciam nos idem Magister Andreas cum instancia, ut millenarium numerum priuilegii iam dicti in scriptis presentibus inseri faceremus; cuius millenarius est in hunc modum: Anno Dominice Incarnacionis M° CC° quadragesimo quarto decimo kal. Maij, Regni autem ipsius Regis Bele vicesimo. Assumpmentes eciam ijdem Paznan, Nicolaus, Laurencius, Elek, Lampertus et Stephanus sepenominati, quod littere priuilegiales, si que per eosdem fuissent emerse uel contra eundem Magistrum Andream super facto predicte terre, pro cassis et uanis haberentur, perpetuum silencium

ipsis litteris dictis imponendo. Anno Domini M° CC° octuagesimo primo.

(A váczi káptalannak 1296-ki átiratából, melyet közölt tek. Szentkirályi László úr. IV. Béla királynak 1244-ki adománylevelét lásd Fejérnél Cod. Dipl. IV. k. I. r. 335. l.)

230.

A keresztesek esztergami konventjének bizonyságlevele, hogy Korrard comes esztergami polgár Udvarnok nevü birtokát Kozma Mutud fiának és érdektársainak eladta. 1281.

A B C

Frater Dominicus Magister Domus Hospitalis et Conuentus Cruciferorum Ecclesie Sancti Regis Stephani de Strigonio vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in filio Virginis Gloriose. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire: quod Comite Corrardo filio Zemeyn ciui (így) Strigoniensi vna cum filijs suis Nicolao et Jacobo, Thoma et Petro filio suo, cognato eiusdem ab una parte; Cosma filio Mutud, Damiano, Endre, Georgio filijs Andree; Andrea, Michaele, Blasio, Anthonio, Salamone, Lamperto, Johanne et Pethev filijs Barka de Zumur; Nicolao, Michaele et Luka filijs Petri de Yuklod ex altera coram nobis personaliter constitutis; idem comes Corrardus quandam terram suam ad tria aratra sufficientem Vdwornuk uocatam, ex permissione Nicolai et Jacobi filiorum suorum, et Thoma cum Petro filio suo, ac aliorum cognatorum suorum, cum omnibus vtilitatibus suis, quam a domino Rege Stephano in concambio super terram Noztrue sibi comparauerat, confessus est se uendidisse pro viginti quinque marcis fini argenti predictis Cosma filio Mutud, Damiano, Endre, Georgio, et alijs, ac omnibus cognatis suis superius nominatis, iure perpetuo possidendam et haben-

dam; et ipsam ad plenam recepisse pecuniam ab eisdem recitarunt. Et hoc interposito, quod si ullo umquam tempore racione prefate terre per quempiam materia oriretur questionis; idem Comes Corrardus cum filijs suis et suis heredibus, heredumque successoribus expedire tenerentur proprijs laboribus et expensis. Prefate itaque uendicioni et empcioni Petrus, Gregorius, Anthonius et Saap nobiles de genere Bor, et Wencencius de Moroth, ac Martinus filius Egidij de eadem nomine commetanei comparendo, consensum prebuerunt et assensum. In cuius rey memoriam presentes ad peticionem Comitis Corrardi et filiorum suorum, Cosme, Damiani et alijs dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° octugesimo primo.

(Eredetie börhártyán, a zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

231.

A sághi konventnek bizonyságlevele, hogy Palástai Albeus rokona Germanus, Leva fiának megöletését örökös földjenek átengedésével engesztelte. 1281.

Nos Ladyzlaus Prepositus et Conuentus fratrum Ordinis Premonstratensium de Saag memorie commendantes significamus universis, quod cum Albeus filius Iwanka de Palasth cum quibusdam suis complicibus, humani generis insidiatore svadente, Germanum filium Lewa de eadem interfecissent, hic idem Albeus pro seipso ac expedicione sua de morte Germani predicti nouem marcas argenti iuxta arbitrium virorum proborum Lewa supradicto, Dyonisio Gergen, Donch et Pethke, filijs suis coram nobis soluere debuisset; sepedictus Albeus in nostri presencia soluit quatuor marcas minus fertone in prompta pecunia Lewa et filijs eiusdem supradictis; residuum

uero, videlicet quinque marcas et fertonem, quas in prompta pecunia soluere non potuit, totam porcionem suam in terra Palasth quam habebat, cum omnibus vtilitatibus suis, pro eisdem quinque marcis et fertone, dedit et assignauit Lewa et filijs eiusdem perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam et habendam; presentibus et consencientibus generacionibus suis, Vrbano videlicet filio Thoma, qui pro se et pro Laurencio fratre suo comparuit, Johanne filio Lenstachij, qui pro se et domina relicta Umresa comparuit, item Almus filio Guze, qui pro se ipso astitit coram nobis. Sepius tamen (dicti) Albeus, et Lewa cum filijs suis, terram prenotatam predictis generacionibus ipsorum, pro summa pecunie predicte ad redimendum exhibentes coram nobis; qui ipsam minime redimere curarunt, immo ipsam terram quiete et pacifice conferre permiserunt Lewa et filijs suis supradictis — — quia qualitas, quantitas seu cursus metarum terre predicte nobis ad plenum non constabant, et ne utrum relique generaciones ipsorum, qui personaliter non comparuerunt corum nobis, assensum forsitan prebuissent premissa faciendi: misiunus hominem nostrum fidelem ex peticione parcium et generacionum suorum ad id exequendum; coram quo predicte partes et vniuerse generaciones ipsorum terram sepedictam cursibus metarum suarum, in quatuor locis et particulis metis distinctam, assignauerunt Lewa et filijs suis sepedictis. In primo loco a metis terre Rakanza a tribus quercibus progreditur per viam, que venit de Buzouk, protenditur circa terram Petri Comitis filij Bors, capit in latitudine XC octo amplexus; demum reflectitur contra vallem, vadit per longitudinem terre arabilis, et terminatur in giro vallis eiusdem prima particula. In secundo autem loco et particula assignauerunt prata ab vtraque parte Hurhudpotoka, ubi per eundem potok transitur et ascenditur contra Drenov ab eodem transitu sursum vsque ad exitus metarum terre predicte, cum vtilitatibus suis quo ad vsque prata fieri possunt. Item in tercio loco et particula assignauerunt terram circa predictum Hurhudpotoka, vbi idem Hurhudpotok cadit in fluuium Lytoua; et modicum inferius circa fluuium Lytaua a quadam tylia ascendit ad montem in quodam sicco potok; vnde in latere montis reflectitur; vadit sursum in latere eiusdem montis, vertitur ad secundum siccum potok, et per

eandem descendit contra tercium siccum Hurhud, quod vulgo Ogren dicitur, circuit pratum Ecclesie, et cadit in primum Hurhudpotoka, ac per eundem potok descendit ad metas priores, et ibi terminatur tercia particula terre predicte. In quarto vero loco et particula assignauerunt terram fimatam, quod uulgo teluk dicitur, a metis Magistri Stephani capit in latitudine XC tres amplexus a fluuyo Lytowa; per eandem latitudinem ascendit circa curiam Almus contra ecclesiam vsque ad terminacionem metarum suarum antiquarum. Que tamen particule terrarum in vnum computate, sicut ab homine nostro et partibus referentibus percepimus, est terra ad vsum vnius aratri sufficiens. Nec hoc pretermittimus, quod sepedictus Albeus se obligauit coram nobis, vt si quis pro terra pretaxata Lewa uel filios eiusdem processu temporis vellet impetere, ipse eosdem expedire teneretur proprijs laboribus et expensis. Vt igitur recordabile fiat et firmum, presentes in testimonium concessimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum anno Domini M° CC° octoagesimo primo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét zöld selyemzsinóron függ, a lontói közbirtokosság levéltárában. Tekintetes Rakovszky István úr közleménye.)

232.

A zalavári konventnek bizonyságlevele, hogy Oguz comes Buzadnak fia Royki Egyednek Kerechenben két ekényi földet csereképen átengedett. 1281.

Nos frater P. miseracione Diuina Abbas et Conuentus Monasterij Sancti Adriani de Zala significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem: quod Comes Oguz filius Buzad ab una parte; Dominicus filius Comitis Egidij de Royk ab altera coram nobis personaliter constituti tale concambium

inter se fecisse recitarunt: quod idem Comes Oguz de terra sua in Kerechen existenti prefato Dominico dedit seu contulit terram ad duo aratra sufficientem a parte ville Royk iure perpetuo possidendam; prefatus autem Dominicus in concambium et permutacionem predicte terre quandam terram suam in Aracha existentem similiter ad duo aratra sufficientem, que memorato Egidio patri suo a Nicolao filio Trystiani et fratribus suis fuerat deuoluta, presentibus Comite Jacobo filio Ws et Magistro Benedicto filio Mark cognatis suis, ac presente Petro filio Mixe genero eiusdem dedit seu reddidit similiter iure perpetuo seu in heredum heredes possidendam. Et quia predicta terra Aracha utilior esse uidebatur, idem Comes Oguz ad supplementum terre Kerechen vocate, dedit quatuor marcas Dominico prenotato; quam quidem pecuniam idem Dominicus se asseruit ab eodem plene recepisse. Datum tercio die octauarum Pasce anno Domini M° CC° LXXX° primo.

(Eredetie bőrhártyán, hártyazsinegen függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

233.

Végrendeleti intézkedés Spalatóban. 1281.

In nomine Dei eterni Amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo ducentesimo octogesimo primo, indiccione nona, die tercio exeunte Marcio; regnante Domino nostro Ladislao Serenissimo Rege Ungarie; temporibus domini Johannis venerabilis Spalatensis Archiepiscopi; domini Mladeni Comitis Stepconis incliti Comitis; domini Vite Czerni Merge de Jadera egregij Potestatis; Gausinne Dusazze, Leonis Kazeni, Joseb Petri Judicum, Radescius pelliparius sanus tam mente quam corpore — — — tale sibi condidit testamentum: stb. stb.

Actum est hoc et firmatum in camera mei domni Luce

Notarij; in presencia et testimonio domini Mathei Diaconi, Nicole Leonardi, Valentini Blasii pelliparij, Stepane Priliepek pelliparij et plurium aliorum.

Ego vero domnus Lucas Canonicus et Juratus Notarius Spalatensis hys interfui, et cuiusque partis uoluntate rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Jegyzői jegy.)

(Hiteles másolata a bécsi császári titkos levéltárban.)

234.

IV. László királynak Myrgusd nevü földet tárgyazó adománya Sygue comes Thomoynak fia számára. 1282.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire: quod nos consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis Comitis Sygue filij Thomoy, que nobis indefesse fidelitatis studio sollerti cura exhibuit propter Corone fidelitatem, et Regie remuneracionis ob respectum; specialiter tunc, quando generalem conflictum in Houd habuimus, idem Comes Sygue coram oculis nostre Mayestatis conniuentibus ad aciem ipsorum inimicorum nostrorum se imposuit, letaleque wlnus acceptauit. Nos igitur cupientes eundem amplecti Regio fauore, et speciali prerogatina congaudere, et vt ceteri forcius ad fidelitatis opera accendatur: eidem ex Regali munificencia quandam terram Castri nostri Borsua adiacentem, in Comitatu de Zotmar existentem, Myrgusd vocatam, inter terras Tereche, Bogda, Karaz, Vylok, Buhud similiter adiacentem, nomine terre seu possessionis sine herede decedentis, nostreque collacioni pertinentem, per veteres methas et distinc-

ciones antiquas per hominem Capituli Waradiensis Ecclesie nullo contradicente seu superueniente reambulatam, vt in litteris dicti Capituli vidimus lucide et manifeste explanari, ex mera nostra liberalitate sub certis methis et distinccionibus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo eidem Comiti Sygue, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus eandem terram irreuocabiliter possidendam et habendam pleno iure; et in corporalem possessionem dicte terre per hominem nostrum nomine Paulum filium Suuk fecimus introduci, et libere permittentes eandem possidere. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, ne lapsu temporum per quempiam ipsa nostra donacio valeat in aliquo retractari, eidem super dicta donacione concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Zolum per manus discreti viri Magistri Bartholomei aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M° CC° LXXX° secundo, Regni autem nostri decimo.

(Robert Károly királynak 1319. XVI. kalendas Februarij „Magister Rorandus filius Thome filij Syge" kérésére kiadott megerősítő privilegiumából; a tek. Kállay család levéltárában.)

235.

IV. László király több borsodmegyei várjobbágyot nemesi állásra emeli. 1282.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Regali dignum est et expediens eos, qui seruicijs dominicis et obsequiosis famulatibus diucius se exercent, munificencia gratulari; ut eo amplius ipsorum exemplo ceteri ad fidelitatis opera inuitentur.

Proinde ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire: quod attendentes meritoria seruicia et fidelitates Nemhiz filij Nade, et Ramacha filij eiusdem; item Tekus, Marcy, Symonis, Benedicti et Johannis filiorum Theodory, ac eciam Nycolay filij Nade, et Johannis filij Pauli de Peresne, iobagionum Castri nostri de Borsood, que nobis in diuersis expedicionibus Regni nostri fideliter inpenderunt et indefesse, maxime in examine belli seu expedicionis, quem contra Regem Boemie, nostrum et Regni nostri capitalem inimicum, habuimus, vel — — — — — — — ubuit coram nostre Maiestatis oculis proprijs cruoribus laudabiliter dimicando suas fidelitates demonstrauerunt. Et insuper quidam frater ipsorum Elek i — — — —, quem contra Saxones Transiluanos, qui contra nostram procedere nitebantur Maiestatem, habuimus, coram nostre Maiestatis oculis laudabiliter dimicas — — — ptus. Et licet ijdem in recompensacionem huiusmodi seruiciorum et fidelitatum eorundem a nostra Maiestate multa et magna mereri debuissent: tamen nos paruis — — — modo ipsos in recompesacionem seruiciorum eorundem prorsus munificencia Regia a iobagionatu Castri Borsodiensis, et a quibuslibet honeribus et seruicijs eiusdem — — — cum terris eorum eximentes, in cetum, numerum et collegium Regni nostri nobilium duximus aggregandos, seu eciam extollendos. Volentes, vt ijdem et ipsorum heredes, heredumque suorum successores, illa et eadem gaudeant et fruantur libertate, qua cetery ueri Regni nostri nobiles gratulantur sub uexillo nostre Maiestatis militantes. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti uiri Magistri Bartolomey aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° octuagesimo secundo, quartodecimo kalendas Augusti, indiccione decima, Regni autem nostri anno vndecimo.

(Eredetie börhártyán, melyről a pecsét töredéke vörös selyemzsinóron függ; a mélt. báró Perényi család nagyszöllösi levéltárában.)

236.

IV. László királynak a nyúlszigetet tárgyazó adománya az ottani apáczazárda számára. 1282.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Diuini Numinis incomprehensibilis altitudo Regni gubernacula Regibus Catholice fidei eo committit felicius gubernanda; quo ijdem Reges Ecclesias Christi sanguine rubricatas, sue tutele concessas, nituntur ditare in temporalibus vberius seu dotare, presertim eas, que sancte religionis modulis cultui Diuino deuocius sunt annexe. Proinde ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire; quod nos pia deuocionis consideracione, quam ad Gloriosam Dei Genitricem, que cuiquam fidelium nouercari non nouit, habemus, benignissime inducti, insulam supra Danubium circa Veterem Budam existentem, que quondam Insula Leporum wlgariter, nunc autem Insula Beate Marie Virginis nuncupatur, exceptis claustris et septis Fratrum Minorum, et Fratrum Ordinis Premonstratensium de Monasterio Beati Michaelis, ac castro Cruciferorum Domus Hospitalis, et castro, turri, ac domibus Archiepiscopatus Strigoniensis, in eadem insula constitutis, cum muris, terris, habitatoribus presentibus et futuris, ac alijs utilitatibus damus, donamus et concedimus domine Elisabeth karissime sorori nostre, ac omnibus dominabus sororibus, videlicet Monasterij Beate Virginis in eadem insula iugiter Deo famulantibus, et Monasterio supradicto, perpetuo et inreuocabiliter possidenda; volentes et concedentes, quod a modo tam ipsum Monasterium Virginis Intemerate, quam vniuerse sorores in eodem feliciter degentes collacione huius insule, per nos regaliter facta, secure et illibate gaudeant et fruantur; non obstantibus litteris seu alijs instrumentis, si que tam prede-

cessorum nostrorum illustrium Regum Hungarie, quam nostris temporibus quomodolibet processerunt, uel in posterum emanarent, quas et que auctoritate presencium, ne premisse collacioni nostre preiudicium generent uel grauamen, reuocamus, cassamus, et pariter irritamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri robore communitas. Datum per manus venerabilis uiri Magistri Bartholomei aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° LXXX° II°. Regni autem nostri anno decimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétjének töredéke zöld-vörös selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

237.

IV. László király megerősíti Bogdai Illés comesnek Kurkych nevü földet tárgyazó adományát Simon és Péter serviensei számára. 1282.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem: quod Comes Elyas de Bogda ad nostram accedens presenciam dixit, quod quandam terram suam Kuskyrch uocatam, quam ex collacione domini Regis Stephani pie memorie patris nostri karissimi se dicebat possidere, ad duo aratra sufficientem, in Comitatu de Borsua existentem, propter merita seruiciorum Symonis filij Ywan et Petri filij Prybyzlai, que eidem fideliter impenderunt, dedisset et contulisset eisdem Symoni et Petro seruientibus suis, et per eum (igy) suis heredibus heredumque suorum successoribus in perpetuum possidendam; eo modo, eaque plenitudine, secundum quod idem Comes Elyas ex collacione eiusdem patris nostri tenuit et possedit: petens cum instancia, vt nos ipsam collacionem

admittere, et nostris patentibus litteris confirmare dignaremur. Nos itaque peticiones ipsius Comitis Elye iustas et legitimas Regio admisimus cum fauore, predictam terram Kuskyrch eisdem Symoni et Petro, seruientibus dicti Comitis Elye, in filios filiorum auctoritate presencium confirmando fecimus stabiliri in perpetuum possidendam; quemadmodum idem Comes Elyas tenuit et possedit usque modo. Datum sub castro Potok in festo Marie Magdalene anno Domini M° CC° LXXX° secundo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsétnek töredéke megvan; a tek. Kállay család levéltárában.)

238.

IV. Márton pápa Bonaventura raguzai érseknek a palliumot küldi. 1282.

Martinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bonaventure Archiepiscopo Ragusino salutem et Apostolicam benedictionem. Cum palleum, insigne videlicet Pontificalis officii, ex parte tua fuisset a nobis per te cum ea, qua decet, instantia postulatum; nos tuis supplicationibus annuentes ipsum de corpore Beati Petri sumptum tibi per dilectum filium nostrum I. Sancte Marie in Cosmedin Diaconum Cardinalem, prestito a te nostro et Ecclesie Romane nomine sub forma, quam sub eadem forma dirigimus, fidelitatis iuramento, duximus assiguandum. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius, intus serves in mente; discretionem tuam monemus attente et hortamur, quatenus humilitatem et iustitiam, dante Domino, qui dat munera, et premia elargitur, conservare studeas, cum suum servant et promoveant servatorem, et Ragusinam Ecclesiam sponsam tuam cures sollicite, auctore Domino, spiritualiter et temporaliter augmen-

tare. Datum apud Urbem Veterem II. idus Martii Pontificatus nostri anno primo.

(Theiner Ágoston, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium Historiam illustrantia 98. l.)

239.

IV. Mártan pápa Mihályt cattaroi kanonokot, ki antivari-i érseknek postuláltatott, megerősíti. 1282.

Martinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Michaeli Archiepiscopo Antibarensi, salutem et Apostolicam benedictionem. Ex suscepte servitutis officio sollicitudine pulsamur assidua, ut Ecclesias spiritualibus et temporalibus commodis augeamus, et earum maxime per debite provisionis ministerium necessitatibus consulamus salubriter, que dinoscuntur pastoris solatio destitute. Dudum siquidem, cum in Antibarensi Ecclesia per obitum bone memorie T. Antibarensis Archiepiscopi vacante pastoris diversis temporibus electiones fuissent successive de ipsis variis multiplices celebrate, tandem nonnullis ex electis huiusmodi ante confirmationis super hoc obtentum beneficium viam vniverse carnis ingressis, reliquis vero renuntiantibus iuri, si quod erat eis ex electionibus huiusmodi acquisitum, Capitulum Ecclesie predicte pro futuri substitutione pontificis, vocatio omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, die ad hoc prefixa in Capitulo ipsius Ecclesie convenientes in unum, ac tandem ad electionem huiusmodi per viam compromissi procedere cupientes, Zete ac Nathali Canonicis ipsius Ecclesie providendi ea vice de pastore ipsi Ecclesie concesserunt unanimiter potestatem; promittentes illum in Archiepiscopum recipere, quem ipsi ducerent eligendum. Qui huiusmodi potestate recepta, secedentes in partem, et de-

mum consideratis meritis personarum, que tanto congruerent oneri et honori, in te tunc Canonicum Catharensem suum direxerunt consensum, et prefatus Zeta suo et eiusdem sui college nomine te in dicto Capitulo in Antibarensem Archiepiscopum postulando elegit, et eligendo etiam pestulavit. Porro cum prefati Capitulum electionem huiusmodi presentatam nobis ex parte ipsorum postulassent humiliter confirmari, tu fugere cupiens presidentie onus, iuri, si quod tibi ex electione huiusmodi de te celebrata competebat, in manibus venerabilis fratris nostri Episcopi Albanensis, cui hoc specialiter commisimus, sponte ac libere resignasti. Nos itaque huiusmodi resignatione recepta, de salubri, ut tenemur, provisione ipsius Ecclesie cogitantes, ut eius diutine viduitatis lacrimas dono votive consolationis siccaremus, ipsius per consequens dispendiis occurrentes, in te virum utique, ut habet assertio fidedigna, munditia vite et morum gravitate laudabilem, in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum, dilectumque, tuis exigentibus meritis carissimo in Christo filio nostro . . . Regi Serbie Illustri, ac Clero et populo Antibarensi acceptum direximus oculos mentis nostre. Quapropter sperantes, quod predicta Ecclesia auctore Domino tue gubernationis ministerio spiritualiter et temporaliter donis optate prosperitatis gaudebit, te de fratrum nostrorum consilio eidem Ecclesie Antibarensi in Archiepiscopum prefecimus et pastorem, tibique postmodum fecimus per venerabilem fratrem nostrum . . . Episcopum Tusculanum munus consecrationis impendi. Quocirca fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus huiusmodi oneris iniunctum tibi a Domino ministerium suscipiens reverenter, ad predictam Ecclesiam Antibarensem in humilitate spiritus te transferre procures, et gregem tibi creditum sic pascas sermone et opere ac exemplo, et dictam Ecclesiam Antibarensem sponsam tuam ornare varietate virtutum, et augere studeas muneribus celestibus et terrenis, quod ex hoc et aliis tuis piis actionibus ad eterna tabernacula merearis vocari in extremo examine cum electis. Datum apud Montem Flasconem X. kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

In e. m. dilectis filiis . . . Archidiacono et Capitulo Antibarensi, populo Civitatis Antibarensis et universis Suffraga-

neis Ecclesie Antibarensis; et carissimo in Christo filio ... Regi Serbie.

(Theiner Ág. Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium Historiam illustrantia I. köt. 98. l.)

240.

Az esztergami káptalan két gyarmathi jobbágyának engedélyt ád, hogy Patas helység-mellett a Garan ágán malmokat építhessenek 1282.

Universis presentes litteras inspecturis Magister Andreas Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis salutem in largitore salutis. Ad vniuersitatis vestre noticiam tenore presencium volumus peruenire: quod Guntherius et Blasius, iobagiones nostri de villa Gormoth, ad nostram presenciam accedentes nobis humiliter supplicarunt, ut eos permitteremus super particula aque, que de flumine Goron deriuatur retro villam nostram Patas vocatam, facere molendinum. Nos igitur eorum peticioni et supplicacioni condescendentes benigne, prout a nobis petebant, eis construendi molendinum, seu eciam molendina dedimus licenciam, in loco superius annotato; ea condicione nichilominus per ipsos et eorum heredes ac nepotes perpetualiter obseruanda, quod tam ipsi, quam eorum posteritates in signum dominij, ex parte cuiuslibet molendini, uel parium lapidis molaris, singulos fertones denariorum vsualium circa festum Sancti Michaelis in autumpno nobis et nostris successoribus annuatim et perpetuo soluere tenebuntur. Et quia per Simonem de eadem Patas eis in hac parte fuerat contradictum; ad inspiciendum dictum locum molendini, si exinde molendino ipsius Simonis possit preiudicium generari nec ne, discretum virum Magistrum Serafinum Decanum et karissimum concanonicum nostrum duximus destinandum: qui illuc cum peritis molendinarijs et molendinorum magistris accedens, diligenter perspexit et ei fide patuit oon-

lata, quod molendino eiusdem Simoris per construcciones predictorum molendinorum, seu molendini fieri inpedimentum non possit; et ne super hoc Simon, et Files, et eorum cognati cum Guntherico et Blasio supradictis deueniant in contencionis materiam recidiue, ordinauimus invariabiliter inter ipsos, ut per clausuras molendinorum, uel construcciones, aqua Grane ibi currentis nec altius extollatur, nec etiam submittatur, quam nunc naturali cursu et situ ac meatu labitur et decurrit; et id omni tempore obseruetur, ne alicui predictorum molendinorum possit nonm (igy) inpedimentum, nocumentum (uel) preiudicium generari. In cuius rei momoriam et perpetuam firmitatem presenses litteras eisdem nostro sigillo dedimus com(munitas). Datum per manus discreti v(iri Magistri) Sixti Lectoris Anno Domini M°CC°LXX° secundo, quarto ydus Marcy.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 464. l.)

241.

A bácsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Dénes mester Futaki Istvánnak fia Herkultelcke vagyis Irmo nevü birtokát Abel és Ipach Bodoni nemeseknek adományozta. 1282.

Capitulum Ecclesie Bachiensis omnibus Christi fidelibus presens paginam (igy) inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore harum volumus peruenire: quod Magister Dionisius filius Stephani de Futak Comitatus Bachiensis personaliter coram nobis comparendo per eundem oraculo viue vocis extitit confessum et relatum in hunc modum: quod quia Abel filius Monich, et Ipach filius Chuke, familiares ipsius Magistri Dionisi, (nobi)les de Bodon Comitatus Bachiensis, in opere et in facto domini nostri Regis penes et circa latus nostrum multas dimembraciones et effusiones sanguinis passi fuerunt: volentes igitur eorundem effu-

sioni sanguinis satisfaccionis recompensacionem facere, quandam terram suam Herkulteleke alio nomine Irmo vocatam, siue racione empticie aut inpignoracionis siue per collacionem et donacionem domini nostri Regis, neue hereditarie ad eundem Magistrum Dionisium deuoluta extitisset, predictis nobilibus videlicet Abel et Ipach pro ipsorum effusione sanguinis dedit donauit et contulit coram nobis, in filios filiorum et heredum per heredes, volentibus (igy) omnium fratrum, proximorum et cognatorum suorum, irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam. Hoc non pretermisso, si dictos nobiles, scilicet Abel et Ipach, dictam terram vendere vel pignori obligare, siue quoquo modo alienare contitigerit (igy), extunc nemini alteri nisi eidem Magistro Dionisio filio Stephani aut suis heredibus vendere (vel) obligare pignori possint. Item ibidem in eodem instanti predictis nobilibus, videlicet Abel et Ipach similiter personaliter coram nobis constitutis, dictam terram ipsorum Herkulteleke vocatam prenominato Magistro Dionisio domino ipsorum pro quibusdam ipsorum necessitatibus arduis tunc ipsos compellentibus, receptis ab eodem Magistro Dionisio centum florenis per centum denarios numerando, eidem coram nobis pignori obligarunt tali modo; si aliquando temporis in successu dicti nobiles aut sui heredes preallegatam terram a prenominato Magistro Dionisio vel a suis posteritatibus pro dictis centum florenis redimere et liberare possint, extunc iam dictus Magister Dionisius et sua posteritas reddere et restituere ac remittere dictis nobilibus et suis heredibus tenerentur; ad quod prelibatus Magister Dionisius se et totam suam generacionem siue posteritatem coram nobis spontanea sua voluntate nullo coacto obligauit. Insuper dictus Magister Dionisius similiter coram nobis est confessus; quod si ipse vel sua posteritas visis ipsorum litteris priuilegialibus et perlectis earum continencijs habitis, prelibatam terram predictis nobilibus, scilicet Abel et Ipach vel suis heredibus pro dictis centum florensis reddere et remittere recusarent, extunc ipsi, scilicet Magister Dionisius et sui heredes, contra annotatos nobiles et suorum (igy) heredes in estimacione predicte terre et in homadio vnius nobilis hanc causam inquietare volentis, videlicet quadraginta marcis conuincerentur. In quorum omnium premissorum testimonium

firmitatemque durabiliorem presentes eisdem concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Bach (in octauis) festi Beati Jacobi Apostoli auno Domini M° ducentesimo octuagesimo secundo. Honorabilibus viris et dominis Nicolao Preposito, Philipo Lectore, Laurencio Cantore, Sebastiano Archidiacono, Jona (Sirmiensi), Thoma Zegediensi Archidiaconis, Morcolpho Custode, ceterisque Canonicis Deo jugiter famulantibus in Ecclesia Bachiensi.

(A bácsi káptalannak 1336. „in vigilia Omnium Sanctorum" „nobilis vir Magister Petrus filius Ladislai filij Ipach de Bodon Comitatus Bachiensis" kérésére kiadott átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban.)

242.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Aba nemzetségbeli Sándor comesnek fiai Péter fiaival Lipoch-i birtokukban osztozkodtak. 1282.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire: quod Demetrio et Alexandro filijs Comitis Alexandri de genere Aba pro se et pro fratibus suis, videlicet Magistro Ladizlao Preposito Tytuliensi, et Nycolao ab vna parte; Lucach, Petro, Demetrio, Stephano et Ladizlao filijs Petri ex altera coram nobis personaliter constitutis et comparentibus, in possessione ipsorum Lipoch vocata talem diuisionem concorditer inter se fecisse retulerunt uiua uoce: Quod residenciam, in qua pariter residebant, ipsi filij Petri se transferrent ab eadem relinquendo filijs Alexandri fratribus ipsorum; procedendo tamen diuisio ipsius possessionis tali modo sub metis et terminis infrascrip-

tis; scilicet meta ipsorum, que distingit inter partes hec est, procedens a meridiano intrat in riuulum, quis (igy) vocatur Lipochpotoka, et ascendit alte usque ad caput riuuli antedicti; et inde uadit ad arbores tremulas, penes quas cadit in unam uiam erbosam, et de ipta via incidit viam maiorem, que tendit in villam Chakan; et de ipsa villa ad dextram partem saltat in metam cuiusdam terre ex nouo erectam; et inde vadit ad metam de terra eciam erectam; et inde uadit in montem lapidosum, de cuius nasu descendit in fluuium Elsoa; et ibidem saltat ultra in fluuium, qui nominatur Elsoycha; ascendensque inde alcius non longe saltat in montem Elsoycham; et inde pergit usque ad magnam siluam, que ipsis est communis. Pars autem orientalis, ecclesia, residencia et castrum filijs Alexandri supradictis; pars autem occidentalis filijs Petri cessit perpetuo possidenda. Hoc tamen expresso, quod campos, qui sunt in magna silua, quorum nomina sunt hec, scilicet Chemerna, Chaklomezeu, Nadmezeu, Soumezeu, Nyrmezeu, Vezueres, et unum montem Solumka vocatum, quis iacet sub monte Oblik et circa fluuium Bistra, filij Petri de bona uoluntate ipsorum reliquerunt et commiserunt filijs Alexandri pro eo, quod terra eorum exterior, et populis minus cesserit eisdem. Hoc statuendo et committendo, quod si placeret et uideretur filijs Alexandri supradictis super ipso monte castrum edificare, filij Petri sepius nominati contradicere non possent. Item seruos et ancillas, qui uel que a Comite Demetrio fratre ipsorum remanserunt, parem, equalem et iustam diuisionem se habere retulerunt. In cuius rei memoriam ad instanciam parcium presentes concessimus litteras et contulimus sigilli nostri munimine roboratas, post plagam Tartarorum secundo renouati. Presentibus tamen Magistro Anthonio Cantore, Saulo Lectore, Mykov Cŭstode, Mareo de Pocha, Ladizlao de Zemlen, Petro de Vngh, Paulo de Kemey Archidiaconis, et alijs multis anno Domini M°CC°LXXX°II°. Regnante Ladizlao illustri Rege Hungarie, Lodomerio Strigoniensi, Johanne Colocensi Archiepiscopis, et domino nostro venerabili patre Andrea Episcopo Agriensi existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét vörös-sárga-violaszinü selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

243.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Rathold Zorynának fia és Mikou Tamásnak fia Bélben lévő örökös birtokukra nézve a Chanad nemzetségbeli nemesekkel egyezkedtek. 1282.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire; quod Rathold filius Zoryne et Mykov filius Thome ab una parte, ab altera vero Symon et Paulus filij Chanad pro se, et pro Chuk, Emerico et Benedicto fratribus suis, item dictus Paulus pro Mykov filio Nicolai, Andreas filius Andree, Ladizlaus filius Lamperti, Johannes filius Siluestri et Wg filius Iwanka de genere Wg, vnacum Stephano Bano filio Comitis Ders et Comite Job filio Janus de eadem generacione, coram nobis personaliter constituti dixerunt: quod in causa, (que de facto) particule terre ipsorum hereditarie de Bel mouebatur, inter partes mediantibus viris de generacione sua ad firmam pacis unionem deuenerunt (et) in memorata terra sua talem inter se fecissent diuisionem: quod medietatem dicte particule terre ad fluuium Egur iacentem a parte occidentali habitam — — — — edificijsque — — — utilitatibus et pertinencijs suis communi consensu et pari voluntate dimisissent Ratholth et Mykov — — — — heredibus heredumque suorum successoribus — — — perpetuo possidendam et habendam: altera parte videlicet a parte orientali existente eodem modo cum vtilitatibus et pertinencijs uniuersis dictis filijs Chanad et socijs eorundem memoratis et ipsorum heredibus heredumque successoribus simili modo perpetuo possidendam et habendam. Mete autem terre eisdem Ratholth et Mykov assignate, sicut partes coram nobis recitarunt, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit apud metam terre Comitis Keue filij Ipulch iuxta dictum fluuium Egur apud — — di; inde supra eundem fluuium procedendo flectitur uersus

partem meridionalem in meatu eiusden fluuij descendendo per magnum spacium ad partem meridionalem peruenit ad quandam arborem *egurfa* nominatam, sub qua est — — — — — — — — — — — Rathold et Mykov prefatorum, tercia ipsorum Rathold et Mykov a parte septemtrionali, quarta vero Ladislai et sociorum suorum a parte meridionali — — — — — — uersus occidenten, et peruenit ad quoddam — — — cedfeu nominatum, ubi est vna noua meta terrea; et exinde pertranseundo quandam stratam uersus occidentem peruenit ad v — — — — occident — — —; abhinc vero transiens peruenit ad — — cuius — — —, vbi est vna noua meta terrea; et inde transiens versus occidentem intrat in quandam antiquam stratam, et in eadem ascendit quoddam beerch Kyslacus vocatum — — — deinde procedendo peruenit ad quandam publicam stratam, que ducit in Agriam, iuxta quam est vna noua meta terrea, et super eadem strata descendit ad quandam arborem *nyrfa* nominatam, vbi est vna noua meta — — — — super eadem strata descendit — — — que est in valle Kyslacus, vbi est similiter vna noua meta terrea in prato suo; abhinc eundo de ipsa strata regreditur uersus occidentem, et per antiquas metas ascendit per quoddam spacium — — — — — — Ladislai et sociorum suorum — — — — — incipit tenere metas cum terris aliorum de generacione sua. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presentes concessimus — — — — — — — — post plagam Thartarorum munimine roboratas. Presentibus tamen Haab Preposito, Anthonio Cantore, Saulo Lectore, Mykov Custode, Marco de Pacha, Mathia de Nouo Castro, Paulo de Borsua, Martino de Zobolch, Simone de Kemey Arhidiaconis — — — — — — — — — — ducentesimo octuagesimo secundo. Regnante Ladislao Illustri Rege Hungarie, Lodomerio Archiepiscopo Strigoniensi, Johanne Electo Colocensi, et domino nostro venerabili patre Andrea Dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

(Az egri káptalannak 1411-ki „die dominico proximo ante festum Beate Margarete virginis et martiris" kelt átiratából, melyet kértek „nobiles viri Clemens filius Nicolai et Andreas litteratus filius Petri de Belizenthmarton", s mely felette megrongált állapotu, a budai kir. kamarai levéltárban.)

244.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Zodai János Zodában lévő birtokát Uklelő Mihálynak és érdektársainak átengedte.
1282.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire: quod Johanne filio Iuanka de Zoda de genere Bugath Rodouan pro se et pro Iuanka fratre suo ab una parte, ab altera uero Mychaele dicto Vkleleu filio Kethzem de Inacha pro se, et pro Johanne ac Laurencio fratribus suis, et pro Lucach cognato suo coram nobis personaliter constitutis; prefatus Johannes filius Iuanka proposuit viua uoce: quod quandam particulam de predicta terra Zoda ad usum unius aratri sufficientem, super qua est uilla Mychaelis et fratrum suorum predictorum, quam ab ipso Mychaele, fratribus suis, et a Lucach supradictis nomine sue terre hereditarie requirebat, cum vniuersis utilitatibus et pertinencijs suis reliquisset Mychaeli, fratribus suis, et Lucach antedictis, sibi et suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo pacifice possidendam. Insuper obligauit se ipse Johannes filius Iuanka, dictum fratrem suum, et heredes eorundem vniuersos, ab omnibus de generacione sua Mychaelem, fratres suos et Lucach supradictos, ac heredes eorum vniuersos racione premisse particule terre inpetere nitentibus defendere et expedire proprijs laboribus et expensis; ea obligacione interiecta, quod si defendere non posset, quinquaginta marcas soluere non teneretur Mychaeli, fratribus suis et Lucach antedictis. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium presentes contulimus sigilli nostri, post plagam Tartarorum secundo renouati munimine roboratas. Presentibus tamen Magistro Saulo Lectore, Mykov Custode, Markou de Pacha, Paulo de Borsua, Martino de Zobolch, Johanne de

Vng Archidiaconis, et alijs multis; anno Domini M° CC° octuagesimo secundo. Regnante Ladizlao illustri Rege Hungarie, Lodomerio Archiepiscopo Strigoniensi, Johanne Electo Colocensi, et domino nostro venerabili patre Andrea Dei gracia Episcopo Agriensi existentibus.

A B C D

(Eredetie börhártyán, zöld-sárga selyemzsinóron függö pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

245.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy több Zelch-i lakos Karaka nevü földüket Olivér és Herbord Reznuki comeseknek eladta. 1282.

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo notum facimus tenore presencium uniuersis, quod Martinus filius Checud, Stephanus filius Marcelli, Nicolaus filius Mortunus pro se et pro Moius fratre suo, Iwanca filius Joachini; Gerodus filius Farcasis Johannes filius Heym, et Paulus filius Georgij, qui se dicebant esse de Zelch, coram nobis constituti, terram eorum, quam dicebant se habere iuxta fluuium Karaka, Caraca uocatam, cum omnibus utilitatibus suis, circumstancijs et pertinencijs uniuersis, vendiderunt Oliuerio et Herbordo Comitibus de Reznuc pro decem et octo marcis receptis plenarie ab eisdem iure perpetuo pacifice et quiete inreuocabiter possidendam heredum in heredes. Ho adiecto, quod si a quoquam racione terre vendite ijdem Oliuerius et Herbordus Comites fuerint molestati, predicti uiri tenentur eosdem ob omnibus molestantibus expedire. Quod ut ratum sit, presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Prepositura uacante, Eguke Cantore, Andrea Custode,

Cosma Decano existentibus; anno Domini M°CC° octuagesimo secundo.

A B C D

(Eredetie bőrhártyán; az annak hátára nyomott pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

246.

A keresztesek esztergami konventjének bizonyságlevele, hogy Marczel esztergami őrkanonok a Berény földet tárgyazó 1274. évi 54. sz. a. haszonbért megujitotta. 1282.

Nos Frater Dominicus Magister et totus Conuentus Sancti Regis Stephani de Strigonio significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis: quod discretus vir Marcellus Custos Ecclesie Strigoniensis ad presenciam nostram accedens, terram suam custodialem Berin vocatam, sitam in Comitatu Neugradiensi, locauit tribus Theotonicis Kunch uocatis, et Frederico filio Beringeur, Albreht, Hench Hungaro, Lypoldo, Wygman villico, Rodolpho, Vrnico, Walculch, et Detreh, hospitibus de uilla Ineu iobagionibus Magistri Bartholomei, ad conducendum ipsam terram constitutis personaliter coram nobis; condicione huiusmodi mediante, ut predicti Theotonici annis singulis, quamdiu ipsam terram tenebunt, prefato Custodi tres marcas fini argenti, uel denarios vsuales tanti ualoris, et ceram ponderis triginta marcarum, in festo Natiuitatis Beate Virginis soluent, ut assumpserunt, et in eodem festo Natiuitatis Beate Virginis, nec non in festiuitatibus Pasce et Pentecostes annuatim singulos agnos pinques sex, caseosque bonos ipsi Custodi in signum muneris offerent, et dare tenentur; incursuri penam dupli, si aliquod predictorum non dederint in terminis et festiuitatibus supradictis; et nichilominus a locacione predicte terre nouerint se casuros. In cuius rei me

moriam ad peticionem parcium presentes litteras nostro sigillo dedimus communitas. Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, in octaua Assumpcionis Virginis Gloriose.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 465. l.)

247.

Frater Gergely a Machinatura nemes családból trau-i püspöknek választatik. 1282.

In Dei nomine Amen. Anno eiusdem M° CC° LXXX° secundo Indiccione X. tempore domini Martini Pape, et Ladislai Serenissimi Regis Vngarie; die dominico, vltimo Madij. Cum Ecclesia Sancti Laurencij Episcopatus Traguriensis proprio pastore vacaret, ideoque ad honorem et reverenciam Altissimi Dei, Gloriose Virginis Marie, Beatorum Sancti Laurencij et Sancti Johannis; congregatis et vocatis — — — — — Canonicis d — — — — — — vocandi et congregandi ad eleccionem celebrandam de pastore et Episcopo Ecclesie Sancti Laurencij nominate; videlicet omnes infrascripti Canonici congregauerunt se in prefata ecclesia causa eligendi Episcopum et pastorem Episcopatus et Ecclesie nominate; qui deliberauerunt concorditer, eleccionem huiusmodi per scrutinium fieri debere. Quorum Canonicorum nomina sunt hec: Geruasius filius Zanci Pelegrini Diaconi Archidiaconus eiusdem Episcopatus; dominus Casioctus filius domini Zaniche Primicerius Canonicus Diaconus; dominus Marcus Canonicus Sacerdos filius Bod; dominus Michael Canonicus Presbiter filius Stoise; dominus Dessa Sacerdos filius Nadini; dominus Natalis Sacerdos filius Musinne; dominus Firminus Diaconus

filius Vitalis; Laurencius Subdiaconus filius Priuille; Bogdanus Subdiaconus filius Miche; Michael Subdiaconus filius Cerni; Casaricius Subdiaconus filius Yurine; omnes suprascripti Canonici. Hys peractis elegerunt vnanimiter et concorditer vniuersi, de ipsorum communi concordia et voluntate ad perscrutandum vo — — et vota singulorum seorsum, in quem volunt, consenciunt, quod sit et esse debeat Episcopus et pastor Episcopatus supradicti, dominum Gernasium Archidiaconum, dominum Casioctum Primicerium, dominum Marcum. Qui tres disquisitores vocavere ad se quemlibet infrascriptorum seorsum et singillatim, vt suam eis voluntatem exprimeret. Vnde accedens dominus Michael Canonicus dicte Ecclesie eligendo et postulando assensit in fratrem Gregorium filium Marchii de Tragurio de Ordine Minorum; dominus Dessa eligendo et postulando consensit in eundem fratrem Gregorium; dominus Natalis eligendo et postulando consensit in eundem fratrem Gregorium; dominus Forminus eligendo et postulando consensit in eundem; Laurencius eligendo et postulando consensit in eumdem; Bogdanus eligendo et postulando consensit in eumdem; Michael eligendo et postulando consensit in eumdem; Casaricius eligendo et postulando consensit in eumdem; dominus Marcus eligendo et postulando consensit in eumdem; dominus Casioctus Primicerius eligendo et postulando consensit in eumdem; dominus Geruasius Archidiaconus eligendo et postulando consensit in eumdem. Presentatis ipsorum voluntatibus, ut supra scriptum est, statim fuit dicta eleccio et postulacio et assensus publicata et diuulgata inter eos. Vnde diligenti deliberacione habita, quum ipse frater Gregorius est nobilis homo de dicta Ciuitate, et in etate legitima constitutus; prefatus dominus Geruasius suo nomine, et nomine et voluntate omnium predictorum Canonicorum et Capituli, et ipsis presentibus, inuocato Christi nomine, mox elegerunt, postularunt, et postulando elegerunt honestum et sapientem virum, dominum supradictum fratrem Gregorium in pastorem et Episcopum Episcopatus superius sepefati. Actum in ecclesia supradicta Sancti Laurencij Episcopatus Traguriensis. Presentibus domino Jacobo Rustichu Potestate Tragurij; domino Beneuento eius milite; dominis Dessa et Cernocta Amblasij, Siluestro Mingacij, Chreste Alberti, Toma domini Za-

niche, Guymo Dumiche. et alijs multis testibus; et domino Dessa Duymi de Mursiza examinatore.

(Lucius, Memorie di Trau 112. l.; Farlati Illyricum Sacrum IV. köt. 359. l. Kivonatát l. Fejérnél Cod. Dipl. VII. k. 4. r. 137. l.)

248.

Trau város nagytanácsa segedelmet határoz Arbe sziget tűz által károsodott lakosainak. 1282.

Anno M° CC° LXXX° secundo die XVIII° Augusti capta fuit pars in Maiori Consilio (Communis Tragurij); quod debeat dari gracia vini hominibus Arbensibus, qui fuerunt combusti, sicut captum fuit per Consilium de XL; ita tamen, quod habeant amphoras viginti vini quolibet anno, donec habuerint totam ipsorum graciam. Fuerunt vendite amphore XX; et alie XX amphore fuerunt vendite de prima gracia, antequam supradicta pars caperetur inter Maius Consilium.

Po fo vendute le altre XX circa M° CC° LXXX° V°.

Fò partiti tutti li souradetti denari segondo so se scritto, et Arbe, et eo ai le segurtate.

Mo se vendute le altre a ser Antonio Foscari per libre V e soldi V de grossi. De dum a però guardo per lo pagamento da lo fiume.

(Trau régi statutarius könyvéből Lucius, Memorie storiche di Trau 198. l.

249.

IV. László királynak Zaheus, Adorján fiának összes javait tárgyazó adománya Tamás váczi püspök és testvérei számára.
1283.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Regie Sublimitatis exquirit officium, ibi molem inponere largicionis et gracie, vbi fidelitatis eximie exuberat meritum et procedit. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire: quod cum Zaheus filius Adriani de partibus Sclauonie inter intestina prelia et hostes congestos nocumenta, maleficia et spolia plurima commisisset, ut quasi promiscuorum maleficiorum perpetracio inter alios malicie actores sibi nequeat specialiter inputari; in exaggeracionem eciam sue iniquitatis et nequicie, preter indictum preceptum Regium, ymo pocius contra edictum pariter et indictum, ad obsidendum et expugnandum ac optinendum castrum Comitis Germani et fratrum suorum fidelium nostrorum, suo motu proprio eleuato temerarie uexillo, tam inhumaniter quam infideliter cum suis complicibus sibi adunatis in scelere processisset, ibique inter consertos et defendencium manus sue perniciositatis noxijs obligatus, sicut meruit, fuerat interhemptus, nullo in rebus humanis heredum solacio legitime derelicto, sicque omnibus bonis eius, possessionibus in rebus mouentibus (így) et se mouentibus, seruis videlicet et ancillis, possessionibus prediorum, hereditariarum, empticiarum, acquisitarum, seu quolibet alio titulo ad eum pertinencium, de iure et ex Regni cousuetudine approbata ad manus nostras Regias vniuarsaliter deuolutis, nos censentes ex animo, sicut decet et expedit, quid demereatur infidelitatis socordia, quidue perspicua fidelitas mereatur: vniuersas possessiones dicti Zahey absque heredis

solacio, maxime in infidelitate decedentis, tam hereditarias scilicet, empticias, acquisitas, seu quouis iusto titulo adeptas, nec non seruos et ancillas eiusdem, venerabili patri Thome Episcopo Waciensi, aule domine Regine consortis nostre karissime Cancellario, dilecto et fideli nostro, ob merita fidelium obsequiorum ipsius nobis fideliter inpensorum, et fratribus suis Cristoforo videlicet, Comiti Johanni et Stephano, ac heredibus eorundem heredumque suorum in posterum successoribus, de plenitudine nostre gracie Regie et fauoris, dedimus, tradidimus, donauimus et contulimus pure et simpliciter iure perpetuo pacifice possidendas; ipsumque venerabilem patrem et fratres suos in corporalem possessionem omnium premissorum per Comitem Inus hominem nostrum sub testimonto Chazmensis Capituli fecimus introduci. Ut igitur huius nostre collacionis series robur perpetue firmitatis optineat, nec vllo unquam tempore retractari ualeat aut in irritum quomodolibet reuocari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Bartholomei Prepositi de Scepes aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° octuagesimo tercio XII°. kalendas Januarij, Regni autem nostri anno duodecimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét töredéke zöld selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

250.

IV. László királynak Batur helységet tárggazó adománya Pous comes Mersának fia számára. 1283.

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod consideratis fidelitatibus et seruicijs Comitis Pous filij Mersa, que in omnibus et diuersis expedicionibus Regni nostri, bellis videlicet intestinis et extrinsecis, temporibus progenitorum nostrorum et nostris, se et sua diuersis fortune casibus submittendo, pro fidelitate Corone Regie debita exhibuit et impendit; et quia eciam idem Comes Pous duos equos suos bonos pro nostra Regia Maiestate valentes, et quinquaginta equas indomitas ad peticionem nostram nobis dedit; in remuneracionem seruiciorum suorum, ac recompensacionem et restauracionem equorum et equarum ipsius Comitis Pous tempore oportuno nobis datorum, quandam terram Draucariorum nostrorum Batur vocatam in qua ecclesia in honore Sancti Martini est constructa, ipsi Comiti Pous, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, quamuis modica remuneracio suorum seruiciorum, et minima recompensacio rerum suarum videatur, dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo possidendam, sub eisdem metis et terminis antiquis, quibus ipsam terram temporibus domini Bele Regis aui nostri karissimi, et domini Stephani Regis patris nostri predilecti felicium recordacionem ijdem Draucarij dinoscuntur possedisse. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas Datum per manus discreti viri Magistri Bartholomei aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini mil-

lesimo ducentesimo octagesimo tercio, Regni autem nostri anno vndecimo.

(Eredetie börhártyán, a függő pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

251.

IV. László király főfegyvernökének Endrének oda itéli Vitalis, Henrik fiának összes javait. 1283.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie significamus tenore presencium vniuersis, quod in communi congregacione Baronum et Nobilium Regni nostri, nobis cum eisden Baronibus sedentibus, Andreas filius Chopou Comes armigerorum nostrorum, surgens in medium proposuit conquerendo, quod Jacobus et Vitalus filij Herrici balbi possessionem suam Paah vocatam inmiserabiliter destruxissent, equaciam ipsius numero septuaginta tres et duos destrarios emissarios in eisdem; item quadraginta pecora in bobus et in vaccis, ac alia bona mobilia et inmobilia in ipsa possessione penitus auferendo, septem iobagionibus suis interfectis, et alijs quampluribus uulneratis. Verum quia querimonijs et assercionibus suis multi de Baronibus et Nobilibus Regni nostri de premissis testimonium perhibebant, licet predicti filij Herrici se in ipsa congregacione presentare neglexissent; habita deliberacione Baronum et Nobilium Regni nostri, decreuimus cum eisdem, omnes possessiones predictorum filiorum Herrici, porcionem uideiicet eorum contingentes, ipsi Comiti Andree pro dampnis et iniurijs eidem irrogatis remanere iusticia exigente. Datum Bude in dominica proxima ante festum Sancti Johannis Baptiste.

(IV. Lászlónak ugyan 1283-ki 252. sz. a. megerősítő okmányából; a buda kir. kamarai levéltárában.)

252.

IV. László királynak ezen itéletet megerösitő okmánya. 1283.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod Andreas filius Chopou de Nadasd ad nostram accedens presenciam, Regiam Excellenciam suppliciter implorauit, ut condempnacionis sentencias latas contra Jacobum et Vytalus filios Herrici balbi, in litteris nostris patentibus contentas, et postmodum Baronum nostrorum, et iudicum ad maleficia compescenda deputatorum prosecucionibus de iure prolatis, execucioni mandatas, prout in instrumentis exinde confectis, que nobis exibuit, continentur, Regalis auctoritatis dignaremur robore confirmare. Litterarum siquidem nostrarum patencium tenor talis est:

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie stb. (következik IV. László királynak 251. sz. a. épen közlött okmánya.)

Igitur quia nobis constitit euidenter, prout in suprascriptis nostris litteris continetur, et sicut in litteris Dyonisij Palatini nostri, et Gregorij Comitis Symigiensis plene perspeximus contineri; ad maiorem cautelam et habundanciam veritatis, ac conuincendam maliciam Jacobi et Wytalus predictorum, in pluribus conuocacionibus per eosdem Barones nostros factis edicto generali, nec non euocacione speciali ad excusacionem sui, si quam haberent super maleficijs prenotatis, comparere contumaciter neglexerunt, et sicut nobis datur intelligi, obstinacione detestabili in suis maleficiis perdurantes, in crudelibus latrocinij actibus miserabiliter sunt extincti; prefatas sentencias, et processus contra ipsos editos ratos habentes, possessiones ipsos contingentes, in quantum ad eorum porciones pertinuisse dinoscuntur, ad prefatum Andream filium Chopou sentencialiter deuolutas ratificamus,

approbamus, et auctoritate presencium confirmamus. Vt igitur huius nostre confirmacionis series robur optineat perpetue firmitatis, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Bartholomei Prepositi de Scepus aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC°LXXX° tercio, quarto idus Septembris, indiccione vndecima; Regni autem nostri anno duodecimo.

(Eredetie börhártyán, a sárga-vörös selyemzsinóron függő pecsét alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

253.

IV. László királynak a Buda feletti nyúlszigetet tárgyazó adománya az ottani apáczazárda számára. 1283.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Diuini Numinis incomprehensibilis altitudo Regni gubernacula Regibus Katholice fidei eo committit felicius gubernanda, quo ijdem Reges Ecclesias Christi sanguine rubicatas, sue tutele concessas, nituntur ditare in temporalibus vberius seu dotare; presertim eas, que sancte religionis modulis cultui Diuino deuocius sunt annexe. Proinde ad uniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire; quod nos pia deuocionis consideratione, quam ad gloriosam Dei genitricem, que cuiquam fideli nouercari non nouit, habemus, benignissime inducti, insulam supra Danubium circa Ueterem Budam existentem, que condam Insula Leporum uulgariter, nunc autem Insulu Virginis Marie nuucupatur, exceptis claustris et septis Fratrum Minorum, et Fratrum Ordinis Premonstratensis de Monasterio Beati Michaelis, ac castro Cruciferorum Domus

Hospitalis, et castro, turri, ac domibus Archiepiscopatus Strigoniensis in eadem insula constitutis, cum muris, terris, habitatoribus presentibus et futuris, ac aliis vtilitatibus, damus, donamus et concedimus domine Elysabeth karissime sorori nostre, ac omnibus dominabus, sororibus videlicet Monasterij Beate Virginis in eadem insula iugiter Deo famulantibus, et Monasterio supradicto, perpetuo et inreuocabiliter possidenda. Volentes et concedentes, quod a modo tam ipsum Monasterium Virginis intemerate, quam vniuerse sorores in eodem feliciter degentes, collacione huius insule per nos regaliter facta, secure et illibate gaudeant et fruantur; non obstantibus litteris seu alijs instrumentis, si que tam predecessorum nostrorum illustrium Regum Hungarie, quam nostris temporibus quomodolibet processerunt, vel in posterum emanarent, quas et que auctoritate presencium, ne premisse collacioni nostre preiudicium generent vel grauamen, reuocamus, cassamus, et pariter irritamus. Item omnes alienaciones super parte dicte insule quoquo modo factas, siue per modum donacionis simplicis, aut vendicionis, vel conposicionis cuicunque communicati (igy), uel persone priuate a quocunque (igy „cuiuscunque" helyett) auctoritatis homine siue ab ipsis sororibus dicti Monasterij Beate Virginis, seu a Priore Prouinciali Ordinis Fratrum Predicatorum, eciam cum litteris et instrumentis ipsarum sororum et ipsius Prioris Prouincialis firmatis, reuocamus, cassamus, et irritas esse denunciamus; cum huiusmodi alienaciones sine nostra auctoritate et beneplacito fieri non debeant neque possint. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Prepositi Scipiensis Magistri Bartholomei aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° octuagesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétjének töredéke vörössárga selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

254.

IV. László király megerősiti István ifjabb királynak Baas nevü földet tárgyazó 1266-ki adományát Sank, Starknak fia számára. 1283.

Ladizlaus Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Serine, Gallicie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Sank filius Stark ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis priuilegium Stephani Regis karissimi patris nostri felicis recordacionis super collacione terre Castri nostri confectum Gumuriensis Baas vocate, petens cum instancia, ut ipsum priuilegium patris nostri ratum haberemus, et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Stephanus D. gr. junior Rex Vngarie stb. (következik István ifjabb királynak 1266-ki adománylevele, mint gyüjteményünk VIII., vagyis a második folyam III. kötetében 144.l.)

Nos igitur peticionibus eiusdem Comitis Sanck Regia liberalitate inclinati,(dictum) priuilegium patris nostri non(cancellatum), non abrasum, non di (lutum), nec in aliqua sui parte viciatum, ratum habentes et acceptum, de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes, auctoritate presencium duximus confirmandum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Bartholomei Prepositi de Scepus aule nostre Vice Cancellarij, dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC°LXXX° tercio duodecimo kalendas Decembris, Indiccione vndecima, Regni autem nostri anno duodecimo.

(Eredetie börhártyán, a zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levattárban.)

25$.

Erzsébet idősebb királynénak Orbova földét tárgyazó adománya Benedek comes Joance fia számára; IV. László király által megerősitve. 1283.

Donationales maioris Reginae Elisabethae super terra Vrboa seu Orbova, quam licet alias eadem Regina Thomae filio Cornelii, et Joanni filio Nicolai de genera Chak contulisset, postea tamen ab iisdem receperat, pro Comite Benedicto filio Joance et eius heredibus heredumque successoribus, tum in comcambium possessionis ipsius Podgorya, quam a Mathia et Petro filiis Mortunus pretio comparavit, cum etiam erga superadditas, et in Ladislai Regis filii sui e quorundam infidelium captivitate redemtionem conversas 200 marcas jure perpetuo concessae; anno vero 1283. per praelibatum Ladislaum Regem pro eodem Benedicto donatario confirmatae; ac tandem 1370. pro Joanne filio Simonis de Velyke erga exhibitionem in Capitulo Beati Petri de Posega transsumptae. Sub authentica.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből; az eredeti Zágrábba vitetett.)

256.

IV. Márton pápa a jadrai érseket megbizza, hogy frater Galvanust domokosrendi szerzetest, ki engedelem nélkül a scardonai püspökséget elfogadta, felfüggeszsze, s az apostoli szék elé idézze. 1283.

Martinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Jadrensi salutem et Apostolicam benedictionem. Significavit nobis dilectus filius . . . Magister Ordinis fratrum Predicatorum, quod licet per litteras Sedis Apostolice sit inhibitum, ut nulli fratres ipsius Ordinis, si eos in Episcopos eligi aut postulari forte contigerit, electioni seu postulationi de se facte audeant consentire, nec aliquis Archiepiscopus seu quicunque alius Prelatus, vel etiam Legatus Sedis ipsius dictos fratres, nisi de Magistri eiusdem vel Priorum Provincialium, qui pro tempore fuerint, licentia et consensu, aut speciali mandato Sedis eiusdem ad Episcopatus, vel alias quaslibet dignitates extra dictum Ordinem assumere vel ordinare presumant; per easdem quoque litteras sit decretum irritum et inane, quicquid contra inhibitionem huiusmodi a quibuscunque contigerit attemptari, auctoritate Apostolica semper salva: tamen frater Galvanus, Dalmatinus professus dicti Ordinis, provisioni seu electioni de ipso ad Episcopatum Scardonensem facte contra inhibitionem et decretum huiusmodi temere consentire presumpsit. Quare dictus Magister facit a nobis cum instantia postulari, ut providere super hoc paterna sollicitudini curaremus. Ne igitur dictus Salvanus de tante ambitionis excessu valeat gloriari, fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus inqnisita super hoc diligenter veritate, si rem inveneris ita esse, predictum Galnum ab officio beneficioque suspendas, etiamsi ad eius consecrationem processum fuerit per quemcunque, ac ipsum sic suspensum ad nos mittas infra conpetentem terminum, quem ei duxeris prefigemdum pro meritis recepturum. Quicquid autem super

hiis feceris et inveneris, ac diem huiusmodi prefixionis, et formam, nobis per tuas litteras tenorem presencium continentes exponere fideliter non omittas. Datum apud Urbemveterem VIII. idus Aprilis, Pontificatus nostri anno tertio.

(Theiner Ágoston, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia I. köt. 99. l.)

257.

Máté nádornak végrendelete. 1283.

Nos Matheus Palatinus, Comes Posoniensis et Iudex Cumanorum memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem; quod quia cuncta secundum Diuinam disposicionem sunt transitoria, et unusquilibet tesauros sibi debet in celis tezaurisare; nos in diuersis casibus fortune incedentes, uolentes nostre anime inuigilare, hoc condimus testamentum: Ut possessiones nostras Periese, Nympty et Jech uocatas, cum earum pertinencijs vniuersis, et cum tributo nostro de Thopulchan, si nos de hoc seculo transmigrare contingat, reliquimus et legauimus domine consorti nostre possidendas; ita quod siue inter sorores in habitu, siue in eisdem, donec uiuat, commoretur, et liberam habeat ipsas possessiones possidendi facultatem, ac de ipsarum prouentibus pro remedio nostre anime elemosinas in missarum celebracionibus et in alijs largiatur; ita tamen quod frater noster medio tempore nichil iuris habeat in eisdem; sed dum ipsa eciam nostra consors debitum vniuerse carnis in sui transmigracione de hoc seculo persoluerir, ipse nostre possessiones in ius fratris nostri deuoluantur iterato. Ordinauimus eciam, quod possessiones nostre Gyrky et Nandor uocate; eo quia sunt per nos aquisite et non hereditarie, in perpetuum ius Monasterij Beate Virginis de Insula deuoluantur et statuantur. Et ut hec premissa esse possint rata et firma, domine

Elysabeth de Insula Beate Uirginis sorori domini nostri Regis, Excellentissime domine nostre, commissimus omnia illa obseruari facienda. Datum apud Sambuk in Cena Domini anno eiusdem M°CC°LXXX° tercio.

(Eredétie bőrhártyán, a hátul odanyomott pecsétnek némi maradványai még megvannak, a budai kir. kamarai levéltárban.)

258.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy Sapi János Sap helységben lévő egyik birtokrészét a nyúlszigeti apáczazárdának eladta. 1283.

A B C

Nos Capitulum Budensis Ecclesie significamus quibus expedit uniuersis, quod Johannes filius Petri nobilis de Sap ab una parte, et Bartholomeus officialis sororum de Insula Beate Uirginis pro uniuersis sororibus de eadem ex altera, coram nobis personaliter constituti, predictus Johannes quandam porcionem de terra sua hereditaria Sap uocata, metis subscriptis distinctam, per hominem nostrum ydoneum ad hoc specialiter deputatum reambulatam, nullo penitus contradictore apparente, confessus est se uendidisse eisdem sororibus et Ecclesie Beate Uirginis de Insula pro triginta marcis finiti argenti plene receptis perpetuo possidendam; assumpmens insuper idem Johannes ipsas sorores et Ecclesiam Beate Uirginis memorate ab omnibus occasione dicte particule terre molestare uolentibus defensare suo labore proprio et expensa. Distinccio autem metarum dicte particule, prout eodem homine nostro intelleximus referente, hoc ordine distinximus; Prima meta incipit a parte orientali super pratum, a quo per medium cuiusdam nemoris peruenit ad arborem piri siluestris, subtus quam sunt due mete; inde tendit ad montem, ubi sunt

similiter due mete; et in colle eiusdem montis berch uulgariter uocati, prope domum eiusdem Johannis peruenit ad quoddam antiquum et fimosum fossatum, in quo est una semita, iuxta quam a parte occidentis sunt due mete; abhinc pergit per siluam, et peruenit ad quendam truncum silicis, iuxta quem est meta; a quo trunco currit ad viam ad metas terrarum Ozlar et Swl uocatarum, que sunt angulares, que hactenus a terris eiusdem Johannis distinxerunt; et in alijs demum partibus uicinatur eadem particula terre terris earundem dominarum Ozlar et Swl uocatarum; preterea parte orientali ab altera terra Sap eandem particulam quidam fluuius segregat et distingit, et sic terminatur. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Ambrosij Lectoris Ecclesie nostre anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio. Magistro Johanne Cantore, Gregorio Custode, St. Decano, Bedew et Johanne Sacerdotibus, St. et Elya Magistris, ceterisque Canonicis existentibus.

(Eredetie börhártyán hártyazsinegen függö pecsét alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

259.

A nyttrai káptalannak bizonyságlevele, hogy Lodan nemzetségbeli Zoboszló több birtokrészét rokonának, Lodan nemzetségbeli Witknek eladta. 1283.

Uniuersis Christi fidelibus Capitulum Nitriensis Ecclesie oraciones in Domino. Significamus uobis, quod Zobozlaus filius Comitis Bogomorij de genere Lodan personaliter ab una parte coram nobis constitutus, quasdam particulas suarum terrarum Lodan, Bana et Teremes uocatarum, sub eisdem metis et terminis, quibus antiquitus dinoscuntur fuisse gubernate, prouenientes sibi de terra Joseph filij Laurencij cognati et consan-

guinei sui sine herede decedentis, ut dicebat, nobili uiro Witk filio Witk cognato et consanguinao suo, similiter de genere Lodan (in) nostri presencia ab altera personaliter constituto, pro sex marcis plenarie ab eodem perceptis, ut asseruit, confessus est uina uoce ipsi Witk filio Witk, et per eum suis heredibus, heredumque successoribus, iure perpetuo pacifice et inreuocabiliter possidendam uendidisse; tali siquidem articulo interserto, quod si processu temporum per quempiam prefatus Witk, uel sui heredes heredumue successores, super facto ipsarum terrarum inpeterentur, sepedictus Zoboslaus, et eiusdem heredes heredumue successores, ipsos laboribus proprijs et expensis tenebuntur defensare. In cuius rei memoriam pleniorem perpetuumque robur et munimen presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum sexto idus mensis Aprilis anno Domini M°CC°LXXX° tercio, Ecclesie nostre Lectore Magistro Bartholomeo existente.

A B C

(Eredetie bőrhártyán a pecsét vörös-kék-sárga selyemzsinóron függött. Közli Véghelyi Dezső.)

260.

A nagyváradi káptalan bizonyságot tesz arról, hogy előtte Miklós mester, Becs unokája, és rokonai, más részről pedig Moricz ispán és Ináncs János Baj, Atyás, Tancskereki és Aka, továbbá a Hernád melléki Ináncs és a Körös melléki Füs helységeken, valamint a szerepi monostor kegyúri jogán, barátságosan megosztoztak, 1283.

Capitulum Ecclesie Waradiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in omnium saluatore. Ad un(iuers)orum noticiam tam presencium quam futurorum tenore presencium uolumus peruenire: quod accedentes ad nostram presenciam personaliter Magister Nicolaus nepos

Bech, Petrus filius Nicolai pro se et fratribus suis Chak, Vid et Zourd, — — — Laurencius filius Benedicti, Ladizlaus et Andreas filij Budun pro se et fratribus sius Budum scilicet et Nicolao. et ipsi pariter pro Stephano filio Apa ab vna parte; Comes Mauricius filius Bucho, et Johannes I(na)nch ab altera, dixerunt: quod super possessionibus Philipi filij Thanch, et Laurencij filij Mortun sine heredum solacio decedencium, racione proximitatis ad ipso(s de) jure pertinentibus, talem vnanimi consensu et uoluntate fecissent diuisionem et ordinassent: Quod tercia pars totalis terre Boy uocate reambulate sub — — — — metis et antiquis — — — — — — — a parte uille — — — Kysdedboy appellate, cum ipsa villa et molendino, in porcionem Maurici Comitis et Johannis predictorum cessisset et peruenisset, residuis duabus partibus, cum villa que Nogboy vocatur, (et) ecclesia fundata (in ead)em, remanentibus Magistri Nicolai, Petri et aliorum cognatorum (suorum) prescriptorum in partem et porcionem. Item quedam possessio Athas nuncupata sub metis suis antiquis et vniuersis pertinencijs dictis Comiti Mauricio et Johanni; quedam uero ville Tanchkereky et Aka nominate Magistro Nicolao, Petro et cognatis suis prefatis cesserunt in porciones. Jus uero Patronatus Monasterij Sancti Georgij de Zerep Magistro Nicolao et cognatis suis prescriptis remansisset; quarta parte dicti juris duntaxat excepta, que Comiti Mauricio et Johanni prefatis cessisset et peruenisset. Item quarta pars cuiusdam possessionis Inanch iuxta Harnad, et Fyus iuxta Crisium existentis, ipsis Mauricio et Johanni cessisset; residuis partibus ipsarum possessionum remanentibus Magistro Nicolao et suis cognatis sepedictis. Preterea Magistrum Nicolaum et suos cognatos super impeticione dicte ville Aka, quam racione dotis emergere contingeret, in tercia parte ipsi Comites Mauricius et Johannes expedire assumpserunt proprijs laboribus et expensis. Ad hec assumpserunt quasdam possessiones Inancs et Fyus, quod si aliquid iurgij per quempiam suscitaretur super facto earum repeticionis, in communi. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum tercio die Beati Jacobi Apostoli anno Domini M°C°C° octuagesimo ter-

cio. Domino Batur Preposito, Emerico Lectore, Iwan Cantore, Benedicto Custode, magistris existentibus.

(A váradi káptalannak 1811-ben kelt átiratából. mely eredetiben az erd. Muzeum kézirattárában van. Közli Szabó Károly.)

261.

A nagyváradi káptalan átírja s'ját, Tamás comes és Miklós vajda barátságos egyezkedését tárgyazó 1271-ki bizonyságlevelét. 1283.

Capitulum Ecclesie Waradiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum tenore presencium volumus peruenire, quod in festo Exaltacionis Sancte Crucis anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio ad peticionem Comitis Thome filij Pangracij de genere Chanad factum metarum quarundam terrarum suarum Thelegd et Zabolch vocatarum in nostro regestro quesitum et inventum, de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari. Cuius quidem tenor talis est:

Capitulum Ecclesie Varadiensis stb. (következik a nagyváradi káptalannak 1271-ki bizonyságlevele, mint gyüjteményünk VIII., vagyis a második folyam III. kötetében 366.)

Báthori István erdélyi vajdának 1572-ki oktávás átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban.)

262.

A nagyváradi káptalan átírja saját a Chanád nemzetségbeliek közti osztályra vonatkozó 1257-ki bizonyságlevelét. 1283.

Capitulum Waradiensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum tenore presencium volumus peruenire, quod in festo Exaltacionis Sancte Crucis anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio ad peticionem Comitis Thome filij Pangracij de genere Chanad factum quarundem possessionum suarum Berthem, Sunkulus, Thelegd et Zabolch vocatarum in nostro regestro quesitum et inuentum de uerbo ad uerbum presentibus fecimus annotari. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Nos Capitulum Ecclesie Waradiensis stb. (következik a nagyváradi káptalannak 1257-ki osztálylevele, mint gyüjteményünk VII., vagyis a második folyam II. kötetében. 474. l.)

(IV. László király 1284-ki megerősítő okmányából, mint alább. 273. sz. a.)

263.

A zágrábi káptalan bizonyságot tesz arról, hogy elötte Radoszláv comes István comes fia, néhai Baboneg unokája, más részről pedig az Alsó-Jamniczai nemzetség több tagja személyesen megjelenvén, az utóbbiak vallották, miszerint ők csekély számuk miatt védelemre szorulván, Radoszláv comest es utódait védöikül választották s e védelemért neki és utódainak egész nemzetségök birtokának egy harmadát örökösen átadták, kikötvén azonban, hogy nemességök sértetlenül fönmaradjon. 1283.

Capitulum Ecclesie Zagrabiensis vniuersis quibus expedit presens scriptum salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire: quod constitutis in nostri presencia personaliter ab vna parte Radoslao Comite, filio Stephani Comitis, filij quondam Baboneg; ab altera uero Herga, Began, Jurislaw, filij Bracoslau, et Stanleu filius Radoslai de generacione Inferior Jamnicza nuncupata, pro se et pro tota generacione ipsorum confessi sunt in hunc modum; quod cum ipsi presidij seu tuicionis solacio propter paucitatem ipsorum incumbente necessitate temporali indigerent, prefatum Comitem Radoslaum et eiusdem successores receperunt et assumpserunt de communi consensu et pari uoluntate in protectores et defensores suos speciales; conferentes, tradentes, et assignantes eidem Comiti Radoslao et suis heredibus heredumque suorum successoribus pretextu tuicionis huiusmodi quandam porcionem possessionum suarum hereditariarum inter ipsos habitam et existentem, videlicet terciam partem tocius generacionis eorum Inferioris Jamnicze antefate, cum omnibus appendicijs et vtilitatibus, prouentibus et fructibus suis vniuersis, contulisse eidem Comiti Radoslao et heredibus suis irreuocabiliter jure perpetuo pacifice et quiete possidendam, tenendam pariter et habendam. Hoc tamen interiecto, quod sepe dictus Comes Rados-

laus assumpsit in omni necessitate eorum a cunctis indebite eciam molessare nolentibus fideliter vti protector defendere, protegere et pro posse tueri; nihilominus illesa imo et conseruata Herga et proximorum suorum Nobilitatis libertate. Vt igitur huiusmodi ordinacionis seu donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, et processu temporum nequeat aliqualiter in irritum reuocari, ad instanciam parcium predictarum literas nostras sigilli nostri munimine roboratas concessimus ad cautelam. Datum tercio die post festum Beati Jacobi Apostoli anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio.

(Egervári László dalmát- horvát- és tótországi bánnak Jamnicza helysége iránt 1493-dik évben kelt itéletlevele után, melly a Blagay grófok oklevelei közt a Komori b. Bedekovich család levéltárában van; gróf Teleki József oklevélmásolati gyüjteményéből közli Szabó Károly.)

264.

A keresztesek esztergami konventjének bizonyságlevele, hogy Vancsay Tamás és Orbáz pozségai prepost, s Lodomér esztergami érsek közt birtokcsere történt. 1283.

A B C

Frater Dominicus Magister Hospitalis et totus Conuentus Cruciferorum Sancti Regis Stephani de Strigonio, vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in largitore salutis. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nobilis vir Magister Thomas, filius Petri de genere Bancha, nepos domini Stephani Cardinalis, nomine suo, et discreti viri Vrbazi, Prepositi Ecclesie Sancti Petri de Pazga (így Posega helyett) fratris sui nomine, et speciali mandato eiusdem Prepositi, coram nobis personaliter constitutus, confessus est, terras et possessiones suas cum terris aratorijs, prac-

tiuis, buskiuis, vinetis et virgultis, Furnad vocatas, partim in Comitatu Borsiensi et partim Strigoniensi constitutas, vicinas et contiguas terris et possessionibus Archiepiscopi et Archiepiscopatus Strigoniensis cum suis iuribus, vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, secundum metas et limitaciones ipsarum possessionum, nullo iure in eisdem possessionibus sibi, uel fratri suo predicto penitus reseruato, dedisse et tradidisse in concambium domino Lodomerio venerabili patri Archiepiscopo Strigoniensi, et per eum suis successoribus Archiepiscopis et Archiepiscopatui Strigoniensi, pure, simpliciter et absolute, inmutabiliter, et inwariabiliter in perpetuum pleno iure; et quod ab eodem domino Archiepiscopo, interueniente expresso consensu (discretorum vi)rorum Prepositi et Capituli Ecclesie Strigoniensis, et nobilium iobagionum Ecclesie sue, ex causa permutacionis, possessiones Archiepiscopatus Strigoniensis, terras pupolatas, existentes in Susol, Loucha et Poroztolnuk nominatas, cum suis iuribus, vtilitatibus et pertinencijs, iuxta metas et limitaciones antiquas, sibi, castro suo et possessionibus suis propter vicinitatem dictarum possessionum magis vtiles recepisset in concambium; nichilominus personaliter est confessus, sibi, fratri suo, et suis heredibus, heredumque suorum successoribus incommutabiliter iure perpetuo possidendas. Et quia predicte possessiones Magistri Thome, et fratris sui Prepositi Vrbazi, Furnod superius nominate, walorem et estimacionem possessionum dicti Archiepiscopi etArchiepiscopatus aliquantisper in walore excedere credebantur; propter equalitatem permutacionum predictarum predictus dominus Archiepiscopus addiciendo de pecunia numerata septuaginta marcas boni, fini et legalis argenti coram nobis integraliter et sine diminucione eidém Magistro Thome recipienti nomine suo et fratris sui Vrbazi Prepositi manualiter numerauit. Promittens per sollempnem stipulacionem nomine suo et fratris sui predicti, sub ypoteca omnium bonorum suorum, mobilium et immobilium, presencium et futurorum, quod Archiepiscopum et Archiepiscopatum Strigoniensem contra omnem inpeticionem super dictis possessionibus, suis laboribus et expensis defendere et expedire ipsi et eorundem heredes in perpetuum tenebuntur; predicto venerabili patre illud idem super suis possessionibus datis in concambium sollempniter

promittente vice uersa; renuncians predictus Magister Thomas, nomine suo et fratris sui, omnibus iuribus, racionibus, priuilegijs, documentis, quibuslibet excepcionibus, appellacionibus, excepcioni pecunie non numerate, et omni legum et canonum auxilio,' quibus ipsi, uel ipsorum heredes, in posterum aliquo iuris colore crederent se iuuare; et presertim, quod non dicent se deceptos in parte (uel) in toto, uel eciam ultra dimidium iusti precij, et quod beneficio speciali restitucionis in integrum, uel iuris communis cuiuscunque non vtentur in iudicijs, vel extra iudicium ullo casu. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° LXXX° tercio indiccione vndecima.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 467. l.)

265.

Kozma Komárommegye comes-curialisa bizonyítja, hogy bizonyos a nyúlszigeti apáczazárda és a komárommegyei várjobbágyai közt peres földön határjárás történt. 1283.

Cosmas Curialis Comes et Castellanus de Kamarun tenore presencium quibus expedit significamus vniuersis; quod cum dominus noster Petrus Magister Tauarnicorum domini Regis possessiones domine Elisabet sororis domini Regis de Insula Beate Marie, quas populi de Ekech indebite detinebant, auferendo ab ipsis dicte domine nobis reddere precepit, pro quibus tamen possessiouibus inter iobagiones domine Elisabet, et inter populos de Ekech rancor seu discordia diu fuerit excitata; tandem nobis propter iusticiam et propter maiorem euidenciam Johannem, Sebastianum, Miko Comites, iobagiones Castri de Kamar, et alios super faciem ipsius possessionis ad

sciendam et inquirendam ueritatem seu iusticiam transmisimus, vtrum ipsa possessio, pro qua contencio uertebatur inter partes, sit uel pertineat domine Elisabet nec ne; qui Johannes, Sebastianus, Miko et alij iobagiones Castri de Kamarun accedentes super ipsam contenciosam possessionem, demum ad nos redeundo per nos inquisiti dixerunt; quod conuocatis commetaneis et vicinis ipsam terram et possessionem taliter reambulassent, quod duos lacos (így) pisscine, Sceleueyze et Benedükueyze uocatas, cum aqua Duduagh superius usque aquam Mihal vocate, que pertinet similiter domine Elisabet, resignassent populis de Zakalus, videlicet iobagionibus dicte domine Elisabet; ipsam aquam uero Duduagh de aqua Mihal vocata superius, populis de Zakalus iobagionibus domine Elisabet et populis de Ekech in communi percipere et habere reliquerunt. Nos itaque scita iusticia populorum de Zakalus iobagionum domine Elisabet, ipsam possessionem premissam auferendo de populis de Zakalus (így „Ekech" helyett), et ad preceptum domini nostri reddidimus et resignauimus iobagionibus domine Elisabet de Zakalus perpetualiter percipiendam. In cuius rei memoriam litteras nostras concessimus sigilli nostri (munimine) roboratas. Datum in festo Sancti Martini, anno Domini M° CC° LXXX° tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét zöld selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

266.

Trau városnak egyenetlenségei Spalato és Sebenico városokkal. 1283.

In nomine Domini Dei eterni. Anno eius Natiuitatis M° CC° LXXX° tercio, indiccione XI. die Martis secundo exeunte Junio in Ecclesia Sancti Petri de Clobucich in pertinencijs Tragurij; tempore domini Ladislai Serenissimi Regis Vngarie, et domini Gregorij venerabilis in Christo patris Episcopi Traguriensis, et Francisci Fallerij de Venecijs honorabilis Potestatis Tragurij; presentibus — — — — — — qui dicitur Elga — — — — — — et Martino de Jadra, et alijs pluribus. Ibique dominus Gregorius vir prudens, religiosus, honestus, olim Abbas Monasterij Ecclesie Sancti Johannis de Tragurio, actor, sindicus, et procurator Communis Tragurij, vt constat, asserens asserendo cum protestacione protestatus est in presencia dominorum Bani Pauli, fratrum suorum, et aliorum quam multorum Nobilium et Magistratuum Sclauonie ibidem presencium, et audiencium protestacionem, quam dictus dominus Gregorius, nomine vice et pro parte Communis Tragurij protestatus est coram predictis dominis et alijs, super facto vero Spalatensi et Sibiniensi: quod tam per mare, quam per terram, ipse Communitates cum exercitu et armata manu hostiliter veniebant, et Ciuitatem Tragurij offendere intendebant contra Deum et iusticiam, nulla racionabili causa interueniente; quia Communitas Tragurij semper fuit et est, et esse vult in ea pace, arbitrio, iudicio, concordia et sentencia, quam olim nobiles viri, dominus Comes Georgeus, dominus Domaldus de Zadulints, et quondam dominus Siluester de Cotopangua de Jadra, amicabiles compositores, arbitratores, judicatores, sentenciatores et pronunciatores sentenciauerunt iudicando atque ordinando; et velut per eorum compromissum exinde factum extitit inter Communitates predictas per manus

Vincencij Jadrensis Tabellionis, et sigillatum sigillis pendentibus dominorum predictorum, viso et lecto per Notarium; et si predicte Communitates Spalatensis et Sibinicensis damnum aliquod mittere voluerint predicte Communitati Traguriensi, ad dictam Communitatem Jadracensem et Commune dicte Ciuitatis Jadre dicta Communitas Tragurij vult habere recursum, ut per ipsum dominum Comitem et Commune ipsius Ciuitatis Jadre in hac parte Traguriensis Ciuitas tutetur,. prout ipsa Ciuitas fideiussit. Et ipsa Communitas Ciuitatis Spalatensis et Sibinicensis dicto domino Gregorio in huuc modum breuiter responderunt, scilicet: quod nullam pacem, neque pactum, appositam et appositum, attendere nec obseruare volebant; immo odium, (et) guerram cum Traguriensibus volebant, et — — — — quam protestacionem facere intendebant. Videns et audiens dominus Gregorius eorum ostinacionem, et quod protestacio non valebat; Deum et suos Sanctos, et dominum Regem Vngarie interpellauit; verum ad cautelam dicti Communis Tragurij hec protestacio et commissio facta publice et introducta est.

Ego Albertus quondam domini Millani de Padua domini Petri Canis Com. Imperiali auctoritate Notarius interfui, et his visis et auditis scripsi.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 114. l.; rövid kivonatát közli Fejér Cod. Dipl. VII. köt. 4. r. 189. l.)

267.

Trau város hatósága Vulcignát traui polgárt felhatalmazza, hogy a mennyiben hajójában és kereskedelmi czikkeiben Spalato város által igazságtalanúl károsíttatott, foglalás útján magának kártalanítást eszközölhessen. 1283.

In Christi nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdem M°CC° LXXX° tercio die lune XI. mensis Januarij XI. indiccione; temporibus domini Ladislai Dei gracia Serenissimi Regis Vngarie, venerabilis patris domini Gregorij Dei gracia Traguriensis Episcopi, et nobilis viri domini Francisci Faletri de Venecijs Potestatis Tragurij. Nos Franciscus Faletrus de Venecijs Potestas Tragurij presenti publica scriptura notum facimus et testamur, quod olim pluries per nuncios et litteras speciales Potestati Spalati et Communi ipsius terre ex parte nostra et tocius Consilij Ciuitatis Tragurij transmissum extitit, vt amicabiliter lignum et res alias Vulcigne ciui nostro restitui facerent, quod et quas in civitate Spalati capi et intromitti fecerant indebite et sine ordine racionis, quibus Potestati et Communi Spalati dictus Vulcigna non fuit, neque est culpabilis vllo modo, ipse Potestas et Commune ipsius terre Spalati dictum lignum et res iniuste detinent contra Deum et homines; et dicto Vulcigne restituere noluerunt, neque volunt, in ipsius Vulcigne preiudicium et iacturam. Vnde nos predictus Franciscus Potestas Tragurij, volentes dictum nostrum ciuem in suis iuribus manutenere, et sibi iusticiam facere, velut decet; habitoque hinc inde cum Consiliarijs nostris et cum Consilio deliberacione diligenti, sentencialiter sentenciamus et deliberamus, et per deffinitiuam sentenciam promulgamus, atque eciam mandamus, et licenciam tribuimus Vulcigne predicto, vt supra bonis quorumcunque Spalatensium, vbicunque inuenientur, represaliam facere debeat Vulcigna predictus, et sibi satisfieri facere de dicto ligno et rebus, vt supra dictum est;

videlicet de libris M denariorum paruulorum Venetorum, de quibus idem Vulcigna cum sacramento vocauit, exinde damnificatum esse per Spalatenses predictos de libris M et plus. Vnde ad cautelam dicti Vulcigne hoc presens publicum scriptum sibi exinde fieri fecimus, et sigillo Communis pendenti muniri. Actum Tragurij; presente Dessa Amblasij, Siluestro de Mengaz, Georgio Gudimero, et alijs; ac domino Nicolao Casocti Examinatore.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 113. l.; rövid kivonatát közölte Fejér Cod. Dipl. VII. köt. 3. r. 188. l.)

268.

Közjegyzői bizonyságlevél, hogy a spalatoiak és a sibenicoiak kezdték az ellenségeskedéseket a trauiak ellen. 1283.

In Christi nomine Amen. Anno Natiuitatis eiusdem M°CC°LXXX°III° die sabati tercio mensis Julij, XI. indiccione; temporibus domini Ladislai Dei gracia Serenissimi Regis Hungarie, venerabilis patris domini Gregorij Dei gracia Traguriensis Episcopi, et nobilis viri Francisci Faletri de Venecijs Potestatis Tragurij. Ibique dominus Stanus de Varicas de Jadra, Damianus filius eius, et Simon de — — — — — — Micha de Clemenic de Jadra, Damianus de Pr — — de Jadra, Creste filius Prodani de Arbo, Rainerius filius Petri de Cega, Qualissa Matthei de Jadra, et Dessa de Yuan de Jadra, asserentes asserendo dixerunt et testificati sunt in salutem animarum suarum, et in ea veritate que Christus est, et ad fidem eorum Deo exhibitam: quod viderunt Spalatenses et Sibenicenses venire per mare, et homines equestres de Spalato cum eorum lignis et barchis, et descendere in terra, et venire in campo Tragurij, et inciderunt, et destruxerunt omnes arbores et vineas cuiuscunque generis; et ponere ignem

cum exercitu magno, et cum vexillis eciam eleuatis hostiliter; et per duas dies, et plus guastum fecerunt in campis in vineis Tragurij, mettentes eciam bladum, et omne malum quod facere potuerunt. Vnde ad cautelam Communis Tragurij factum est exinde hoc presens publicum testimoniale scriptum. Actum Tragurij presente domino Nicolao de Venecijs, milite dicti domini Potestatis; Magistro Marino Giurgino de Jadra, Adam Salmario, Alberto de Padua Tabellione, Simone quondam Marini Comitis, Mattheo de Pasche Camerario, et domino Dessa Duymi, et domino Nicolao Casocti examinatoribus.

Ego Nicolaus Kasotto examinator manum meam mitto.

Ego Santonus Traguriensis Juratus et confirmatus Notarius scripsi hoc instrumentum; quia hys omnibus rogatus interfui, et meo solito signo signavi.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 115. l.; kivonatát közli Fejér Cod. Dipl. VII. köt. 4. r. 189. l.)

269.

IV. László király megerősíti azon egyezkedést, melylyel Anthaleus Isipnek fia Regyoulch nevü birtokát Jakab mesternek a szepesi káptalan olvasó-kanonokának eladta. 1284.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Regijs beneplacitis insudantes Regali dignum est prouisionis gracia consolari, presertim cum hoc ab eisdem petitur, quod conuenit equitati, et a racionis tramite non discordat. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Magister Jacobus Lector Ecclesie Sancti Martini de Scepus, Plebanus de Villa Latina, una cum fratri-

bus suis Johanne et Ztanizlao a nostra pecijt Maiestate, priuilegium empcionis cuiusdam ville Regyoulch vocate, nostre presencie presentatum Regio dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegij empcionis tenor is est:

Nos Magister M. Diuina miseracione Prepositus de Scepus stb. (következik a szepesi káptalannak 1278-ki bizonyságlevele mint fentebb 151. sz. a.)

Exhibuit eciam patentes litteras Ladizlai Comitis de Scepus, nec non priuilegia Capituli, et Abbatis Ordinis Cysterciensis loci eiusdem, tenorem de uerbo ad uerbum continencia supradictum. Ad maiorem eciam sue assercionis et tituli firmitatem priuilegium domini illustris Regis Bele, quo idem Anthaleus et Stephanus filius eiusdem dictam villam Regyoulch possidebant, quod eciam in prefatis uendicionis priuilegijs cum alijs munimentis se assumpserunt reddituros in manus suas, redditum et traditum cum omnibus alijs munimentis idem Magister Jacobus nostro conspectui presentauit. Nos itaque ex circumspeccione Regalis prouidencie in pleno Baronum nostrorum Consilio eundem Magistrum Jacobum et fratres suos attendentes in premisso uendicionis et empcionis titulo plena auctoritate fulciri, quodque prefatus Anthaleus et filius eiusdem rem pacifice possessam iusto titulo in personas predictorum fidelium nostrorum transtulerint, sicut ad ipsos de iure et iusticia ex collacione Regalis gracie pertinebat, longo hoc temporis spacio confirmante; considerantes nichilominus et benignitatis oculis intuentes, quod idem Magister Jacobus repeticione castri nostri de Scepus de nostra iussione, quod familia Gregen et Rolandi detinebat infidelitatis studio occupatum, mandatum Regium in persona propria fuerit fideliter executus, et per eandem familiam Gregen et Rolandi inhumaniter captus extiterit et miserabiliter cruciatus, se magna summa pecunie ad quantitatem centum marcarum fini argenti redimendo, pro qua summa fratres suos pignori obligarat, cupientes exinde ipsum Magistrum Jacobum et fratres suos pro huiusmodi obsequijs et meritis graciosis Regio posequi cum fauore, prefatam uendicionem ville Regyoulch cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs, ex plenitudine Regalis conniuencie ratam et gratam habentes, in eternam rei memoriam auctoritate presencium confirmamus. Cuius quidem terre mete, prout in priuilegio

eiusdem domini Bele Regis incliti, aui nostri karissimi, vidimus continere, hoc ordine distinguntur: a parte orientali mete ueteres separant ipsam a terra Ville Omnium Sanctorum; a parte uero meridionali et occidentali tenet metas cum terris Beche et Michaelis; ab aquilone autem tenet metas cum terra Sancte Margarete; a parte igitur septemtrionali concluditur cum magna silua. Vt autem premissa vendicio robur optineat perpetue firmitatis, nec processu temporum per quempiam valeat impugnari, uel in recidiue questionis scrupulum per ipsum Anthaleum uel heredes eius, heredumque suorum successores aliqualiter reuocari, eidem Magistro Jacobo et fratribus suis ac heredibus eorundem, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis viri Magistri Johannis Prepositi Budensis Ecclesie Electi, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri; anno Domini M° CC° LXX° octauo, quarto kalendas Octobris Regni autem nostri anno septimo.

(Eredetie bőrhártyán, a függő a pecsét töredékével a Bárczay család levéltárában. Közli Radvánszky Béla.)

270.

IV. László királynak Hont nevü földet tárgyazó adománya Demeter comes Huntnak fia számára. 1284.

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad uniuersorum noticiam tam presencium, quam futurorum tenore presencium uolumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Comes Demetrius filius Hunt fidelis noster quandam terram Castri nostri Huntensis Hunt uocatam, super qua sub iurisdiccione Castri predicti populi

sub libertate hospitum residebant, a nobis sibi dari postulauit. Verum quia de qualitate et quantitate dicte terre, utrum nostre collacioni pertineat nec ne, nobis ueritas non constabat, fidelibus nostris Preposito et Conuentui de Sag mediantibus nostris litteris dedimus in mandatis, ut cum Stephano de Djud homine nostro eorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, coram quo idem homo noster accederet ad faciem terre memorate, et si eam ad nostram collacionem pertinentem esse inueniet, ex tunc eandem presentibus omnibus commetaneis et uicinis reambulando statueret et assignaret Comiti Demetrio antedicto, si non fieret contradictum; contradictores autem, si qui fierent, ad nostram citaret presenciam ad terminum compitentem (igy). Qui quidem Prepositus et Conuentus nobis rescripserunt in hec uerba:

Excellentissimo domino suo Ladizlao Dei gracia illustri Regi Hungarie Prepositus et Conuentus fratrum Ordinis Premonstratensium de Saag oraciones in Domino debitas et deuotas. Receptis litteris Uestre Magnificencie misimus hominem nostrum ydoneum pro testimonio cum Stephano de Djud homine uestro, qui postmodum rediens dixit, quod idem homo uester quandam terram Hunt uocatam reambulasset per ueteres metas et antiquas, et statuisset Demetrio Comiti filio Hunt nullo contradictore existente. Datum feria secunda proxima post Dominicam Letare.

Nos itaque attendentes fidelitates et grata obsequia ac laudabilia seruicia, que nobis idem Comes Demetrius semper et ubique locorum ab annis nostris puerilibus in diuersis Regni nostri expedicionibus tam in generalibus, quam in particularibus fideliter exhibuit et indefesse; prefatam terram cum suis utilitatibus omnibus et pertinencijs uniuersis sub eisdem metis et terminis, in quibus per priores possessores habitata (igy) et possessa esse dinoscitur, sepedicto Comiti Demetrio, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter habendam, et eciam possidendam. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes nostras concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Thome Dei gracia Episcopi Vaciensis, aule nostre Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Do-

mini M° CC° octuagesimo quarto Regni autem nostri anno duodecimo sexto kalendas Maij.

(Eredetie börhártyán, melynek fejér-zöld selyemzsinóron függött pecsétje elveszett, a mélt. báró Nyáry család bagonyai levéltárában. Közli m. b. Nyáry Béla.)

271.

IV. László királynak Wos nevü földet tárgyazó adománya Miklós Péternek fia és Mihály Imrének fia, udvari tisztjei számára. 1284.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Nycolaus dictus Fatra filius Petri et Mychael filius Emirici Comes Agasonum et Bacciniferorum nostrorum ad nostram accedentes presenciam quandam villam nostram Wos uocatam, existentem in Comitatu de Kamarum a nobis sibi dari pecierunt. Sed quia de predicte ville qualitate nobis non constabat ueritas, fidelibus nostris Capitulo Jaurieusi dedimus in mandatis, ut suum darent hominem pro testimonio, coram quo Bakatur tauarnicus noster predictam uillam cum suis pertinencijs et vtilitatibus statueret eisdem Nicolao et Mychaeli Comitibus ac fratribus eorundem, si non fienet contradictum, contradictoribus, si qui fierent, ad nostram presenciam euocatis. Quod quidem Capitulum nobis rescripsit in hec verba:

Excellentissimo domino suo Ladizlao Dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Jauriensis Ecclesie oraciones in Domino debitas et deuotas. Receptis litteris Excellencie uestre cum Bakatur tauarnico uestro nostrum misimus fidelem ho-

minem pro testimonio, qui postmodum ad nos redeuntes dixerunt, quod villam Wos kolnuchariorum uestrorum cum terris et alijs iuribus in possessionibus ad eandem villam pertinentibus conuocatis populis eiusdem ville Nycolao et Mychaeli filijs Emirici statuissent feria tercia ante festum Beati Mychaelis nullo penitus ibi contradictore existente. Datum in crastino festiuitatis Sancti Mychaelis.

Nos itaque consideratis fidelibus seruicijs dictorum Comitis Nycolai et Mychaelis, qne nobis ijdem in conflictu nostro, quem contra Regem Boemie habuimus, impenderunt, ubi idem Comes Nycolaus per medium oris lance perfossus extitit, et dictus Mychael per áduersam aciem de equo suo lancea deiectus non sine magna sui lesione quasi exanimus eductus fuerat adiutorio aliorum. Attendentes quoque famulatus eorundem inpensos nobis in ecclesia Sancti Laurencij de Hoy cum lesione et morte triginta septem seruiencium suorum, in qua ecclesia eosdem pro deffensione gentis Christiane contra Cumanos duxeramus relinquendos; nec non eciam quia in alijs semper et ubique necessarios nobis exhibuerunt famulatus et acceptos; pro morte quoque Sebastiani fratris ipsorum interempti in expugnacione castri nostri Jauriensis per homines dicti Regis Boemie fraudulenter occupati; predictam villam Wos cum vtilitatibus suis et pertinencijs Nycolao et Mychaeli Comitibus, et per eos Benedicto et Emirico fratribus eorum dedimus, donauimus et contulimus perpetuo possidendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes eisdem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Bartolomei Prepositi de Sceps aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC° octuagesimo IIII° pridie Idus Januarij, Regni autem nostri anno XII°.

(Eredetie bőrhártyán a nemzeti muzeum kézirattárában.)

272.

IV. László király a Poúdharaztha és Philetharasztha közti határkérdést elintézi. 1284.

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Que aguntur in tempore, ne cum temporis labilitate cursu temporum elabantur, sapientum seu discretorum sollers prouidencia adinuenit, ut litterarum testimonio solidentur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum inter Thomam, Salomonem et Michaelem filios Guleus ex una parte, et Nicolaum filium Nicolai Woynade ex altera, super facto terrarum Poudharaztha et Philesharaztha uocatarum contencio fuisset susscitata, et demum easdem separandas ab inuicem et distingendas fidelibus nostris Capitulo Budensi dedissemus in mandatis, ut presente ipsorum testimonio dictas terras circuendo per ueteres metas separent ab inuicem, statuendo terram Poudharaztha uocatam Nicolao predicto, terram vero Philesharaztha filijs Guleus supradictis. Quod quidem Capitulum nobis postmodum rescripserunt, quod presente ipsorum testimonio ijdem filij Guleus terram Philesharaztha predictam separassent a terra predicti Nicolai Poudharaztha nuncupatam iuxta ueteres metas nouas erigendo, presente et non contradicente Nicolao supradicto. Nos itaque vnicuique iuri suo non deesse uolentes, dictam terram Philesharaztha reliquimus eisdem filijs Guleus perpetuo possidendam. Datum per manus discreti uiri Magistri Bartholomei Prepositi de Scepus aule nostri Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° octuagesimo quarto, octauo kalendas Marcij, Indiccione duodecima, Regni autem nostri anno duodecimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsétnek töredéke vörös selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

273.

IV. László megerősíti Chanád nemzetségbeli Tamás comest Berten, Sunkulus, Thelegd és Zabolcs nevű javainak birtokában. 1284.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Comes Thomas filius Pangracij de genere Chanad ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis priuilegium Waradiensis Ecclesie Capituli super factis possessionum suarum Berthem, Sunkulus, Thelegd et Zobolch vocatarum confectum, petens a nobis cum instancia, vt dictum priuilegium ratum habere, et nostro priuilegio confirmare dignaremur. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Capitulum Waradiensis Ecclesie stb. (következik a nagyváradi káptalannak 1283-ki átíró okmánya mint fentebb 262. sz. a.)

Exhibuit eciam idem Comes Thomas quoddam priuilegium sub sigillo venerabilis patris Bartholomei Episcopi Waradiensis et Rorandi Vaiuode Transsiluani Comitis de Zonuk dilectorum et fidelium nostrorum super dimidietate tributi, quod in portu Chrysij in Berthem exigi consueuit ab antiquo, confectum, petens humiliter supplicando, vt ipsum priuilegium ratum habere et nostro priuilegio de benignitate Regia confirmare dignaremur. Cuius tenor talis est:

Bartholomeus m. D. Episcopus Waradiensis et Rorandus Woyvoda Transilvanus stb. (következik a kettőnek 1284-ki okmánya mint alább 285. sz. a.)

Nos itaque attendentes, quod supremum in rebus bonum est justiciam conseruare, et vnicuique tribuere, quod est suum, nec sinere, quod potestatis est fieri, sed quod equum est cus-

todiri, prefata priuilegia nobis exhibita et perlecta, in nulla parte deuiciata, de verbo ad verbum presentibus inserta, in eternam rei memoriam authoritate duximus presencium confirmanda. Vt autem presentis scripti series nulla valeat in posterum inpugnacione conuelli, nec per aliquem perturbari, presentem concessimus paginam duplicis sigilli nostri munimine roboratam. Datum per manus venerabilis patris Thome Dei gracia Episcopi Waciensis aule nostre Cancellarij dilecti et fidelis nostri; anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, sexto calendas Decembris, Indiccione XII. Regni autem nostri anno decimo tercio.

(**Báthory István erdélyi vajda 1572 ki oktávás átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban.**)

274.

IV. László király megerősiti Chanád nemzetségbeli Tamás comest Pongrácz fiát Orod, Csanád, Temes és Szerém megyei örökös birtokában. 1284.

Ladyzlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad hoc enim Diuina elemencia Regiam personam regimini preposuit subditorum, vt oppressi jure, possesionibus priuati, et sine causa spoliati in pristinis possessionibus et juribus per ipsam de Regia equitate restituantur, et a prauorum incursibus ac temerarijs occupacionibus in posterum illesi tueantur. Inde est, quod ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Comes Thomas filius Pangracij de genere Chanad ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis priuilegium gloriosi Regis Bele karissimi aui nostri laudabi-

lis memorie super possessionibus suis hereditarijs, donatiuis, acquisitis et earum vtilitatibus emanatum, in Comitatibus videlicet Orodiensi, Chanadięnsi, Tymissiensi et Syrmiensi; petens a nobis cum instancia, vt ipsum priuilegium ratum habere, et nostro priuilegio de Regia benignitate confirmare, ac possessiones in eodem priuilegio nominatas per quoscunque indebite occupatas, vel habitas ex aliquali collacione Regali, ex certa sciencia reuocare, et restituere eidem ac suis successoribus dignaremur. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Bela D. gr. Hungarie stb. Rex stb. (következik IV. Béla királynak 1247-ki okmánya, mint gyűjteményünk VII. vagyis a második folyam II. kötetében 221. l.)

Sed quia sigillum priuilegij Bele Regis nobis presentati per Comitem Thomam filium Pangracij, quod petebat a nobis instanter confirmari, a parte inferiori, videlicet a genuis infra et nihil supra cum serico exeunte de sigillo fuit scissum et penitus resectum; ita quod nihil ibi pendebat preter superiorem partem sigilli, et quasi apparebat, quod erat combustum; super cuius confirmacione vna cum Regni nostri Prelatis et Baronibus nobiscum assidentibus, videlicet Petro Episcopo Transsiluano, Paulo Quinqueecclesiensi, Thoma Waciensi, Bartholomeo Wesprimiensi et Gregorio Chanadiensi; Stephano Palatino filio Tekus, Mattheo Magistro Tauarnicorum, Opor Waynoda, Johanne Bano filio Henrici, et Magistro Petro dicto Bwrynu, attente de falsitate ex causa verisimili ruminari incipiendo, ne falsum in dispendium honoris nostri et anime detrimentum pro vero recipiatur, querentes ab eodem, quid sigillo priuilegij Bele Regis nobis presentati accidisset; ipso autem asserente, quod Cumani super domum suam venientes in Egyhazasker eundem occidere voluissent, curiam suam cum tota villa combussissent, ac alias possessiones suas in vicino positas omnibus bonis spoliassent, scilicet Pasan, Chaka, Zent Miklos et Borumlak; et cum inde fuge presidio in quandam possessionem suam Temerkeu vocatam accessisset, et in ecclesiam eiusdem ville intrans plurimas litteras et priuilegia in foraminibus sanctuarij abscondisset, tandem Cumani persequentes eundem, credentes in ecclesia absconsum, predictam ecclesiam combussissent, duobus fratribus suis patruelibus et alijs pluribus pauperibus suis jobagionibus ibidem interemptis; ipse solus

eques euadens per Tyciam transnatauit, pluribus alijs litteris combustis solo priuilegio Bele Regis taliter remanente; super quibus omnibus dictis litteras inquisitorias Chanadiensis Capituli et Orodiensis produxit in medium, veritatem sue recitacionis de verbo ad verbum continentes; insuper tenorem priuilegij Bele Regis ex registro Waradiensis Capituli de nostro mandato transscriptum Conuentus Sancti Stephani de Promontorio Waradiensi in suis litteris ad modum priuilegij ad maiorem cautelam similiter Capitulum Waradiense transsumpserat: tamen visum fuit omnibus nobis, vt consciencie nostre satisfaciamus, et iniqua ora loquencium per veritatem obstruamus: quod sigillum priuilegij Bele Regis rumpamus per medium in immissione serici ad sigillum, et si veritatem contineat, quamquam iam satis clare de veritate sit probatum per litteras transscriptas laudabilium Capitulorum, tunc ex certa sciencia, prout a nobis petit eleganter, confirmemus, et possessiones in eisdem priuilegijs nominatas ab omnibus occupatoribus et detentoribus liberemus, eidem Comiti Thome et suis heredibus reddentes, pacifice et perpetuo possidendas. Igitur cum illud sigillum de mandato nostro, presentibus Prelatis et Baronibus nostris predictis, per Thomam Episcopum Ecclesie Waciensis aule nostre Vicecancellarium fractum fuisset per medium in duas equales partes, verum in serico interiore sanum et firmum comperimus nulla falsitate viciosum. Nos itaque in memoriam reuocantes illud propheticum: „Oculi Domini super iustos, et aures eius in preces eorum;" et illud: „Non vidi justum derelictum, nec semen eius querens panem"; attendentes eciam, quod supremum in rebus bonum est justiciam conseruare, et vnicuique tribuere quod suum esse dinoscitur, nec sinere quod potestatis est fieri, sed quod equum est custodire; priuilegium prefatum aui nostri gloriosi Regis Bele laudabilis memorie, nec non Capituli Waradiensis et Conuentus Sancti Stephani de Promontorio Waradiensi, tenorem eiusdem Bele Regis priuilegij continens subnexum et vallatum veritate, nec in aliqua sui parte viciatum, imo examinatum, sicut aurum in fornace purgatum ter, repurgatum septuplum, de verbo ad verbum presentibus insertum, in eternam rei memoriam firmitatemque perpetuam authoritate Regia ex certa sciencia duximus confirmandum, reuocantes omnes donaciones, conces-

siones, communiciones et tradiciones, si quas alicui fecissemus vsque modo in possessionibus superius nominatis, et litteras priuilegiales vel patentes super his emanatas irritas, cassas, friuolas, viribus penitus carentes authoritate presencium in toto vel in parte decernentes; et si qui a modo in posterum de possessionibus predictis tanquam nostre donacioni pertinentibus sibi dari postulauerint quoquo modo, similiter ex nunc prout ex tunc vigore careat, et nullius sit firmitatis vel momenti. Vt autem presentis scripti series nulla valeat in prosterum impugnacione conuelli, nec per aliquem perturbari, presentem concessimus paginam, velut originale Regis Bele et per nos confirmatum, dupplicis sigilli nostri munimine consignatum. Datum per manus venerabilis patris Thome Dei gracia Episcopi Waciensis, aule nostre Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, sexto kalendas Decembris, Indiccione duodecima, Regni autem nostri anno decimo tercio.

(Robert Károly királynak 1320. „XIV. kalendas Februarii" „vir discretus et honestus Magister Chanadinus Prepositus Ecclesie Waradiensis Secretarius, Notarius et Comes Capelle nostre, Nicolaus et Pangracius filij Pangracij de genere Chanad, ac Johannes et Thomas filij Laurencij fratris eorundem" kérésére kiadott megerősítő okmányából, mely 1328. II. idus Junij alatt ugyan Robert Károly király privilegiumának formájában ujból kiadatott, Báthory István 1572-ki oktávás átirata szerint; a budai királyi kamarai levéltárban.)

275.

IV. László király megerősíti Ugrin mesternek Kenéz helységet tárgyazó adományát Tivadar bán számára. 1284.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Theodorus Banus filius Theodori Bani de genere Gyewad fidelis noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis priuilegiales litteras Magistri Vgrini filij Magistri Pous de genere Chak super facto cuiusdam terre seu possessionis Keniz vocate, petens a nobis magna cum instancia, vt ipsas ratas habere, et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum quidem priuilegialium litterarum tenor talis est:

Nos Magister Vgrinus filius Magistri Pous de genere Chak stb. (következik Ugrin mesternek 1284-ki adománylevele, mint alább 296. sz. a.)

Nos igitur ipsius Theodori Bani precibus inclinati, attendentes eciam eiusdem peticionem iustam esse in hac parte, predictas priuilegiales litteras ipsius Magistri Vgrini de uerbo ad uerbum presentibus fecimus annotari, et per apposicionem dupplicis sigilli confirmari. Datum per manus venerabilis domini Thome Dei gracia Episcopi Waciensis, aule nostre Cancellarij, Comitis de Plis, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC° octuagesimo quarto VI. kalendas Junij, indiccione duodecima, Regni autem nostri anno duodecimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről sárga-violaszínű selyemzsinóron a pecsét töredéke függ; a szombathelyi káptalan levéltárában.)

276.

IV. László király Sumreth és Yglyche nevü földeknek határjárását hèlyben hagyja Sumusi Péter számára. 1284.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Petrus filius Georgij de Sumus nobis dixit protestestando (így), quod quidam uicini sui quasdam terras suas hereditarias Sumreth et Yglyche uocas (így) in Comitatu de Sarus existentes, indebite et iniuste occupassent, petens cum (instancia), quod hominem nostrum daremus, qui sub testimonio Prepositi et Conuentus de Jazo reambularet ipsas terras per ueteres metas et antiquas presentibus commetaneis et uicinis, et statueret eidem, si non fierent quidam contradictores (így) autem ad nostram presenciam euocaret. Qui postmodum nobis rescripserunt, quod Herricus homo noster presente testimonio ipsorum, presentibus commetaneis et uicinis reambulassent ipsas terras per ueteres metas et antiquas, et statuissent eidem Petro nullo penitus contradictore existente. Quarum quidem terrarum mete, sicut ijdem Prepositus et Conuentus nobis rescripserunt, hoc ordine distinguntur: Incipit circa aquam Tarcha inferius Sydoupotok, ubi sunt due salices; et inde uadit super lignum, quod uulgo dicitur *scilfa;* postmodum ascendit super montem in fluuio Melpotok; et deinde ascendit circa eandem aquam salis longe, et elongabitur a salicibus paruulis, et iterum ascendit ad montem Hygyshyg, et descendit super aquam, que uocatur Scycyna, et super eandem aquam ascendit satis longe, quousque uenit super Sumnet; et deinde uadit super fornacem cementi ex parte parui Job; item ascendit ad montem unum satis longum et latum, et descendit infra, Michaelem ita circueundo, ut supra audistis; descendit et uenit iterato ad aquam Tarcha superius pontem, qui uocatur Sydoupotok. Datum in Doda in

uigilia Jacobi Apostoli anno Domini M° ducentesimo LXXX° quarto.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

277.

IV. László király Gepeuelv, Felnempti és Czibva nevű földeket Feliczián mester Gál fiának és testvéreinek biróilag átengedi. 1284.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus vniuersis, quibus expedit, presencium per tenorem: quod licet Moys Comes de Wng quasdam possessiones Magistri Feliciani filij Gallus et fratrum suorum Gepeuelv et Felnempti uocatas existentes in Comitatu de Wng nomine iuris ipsius Comitatus ab eisdem inpetiuisset, et eciam quandam terram eorum in eodem Comitatu existentem Cybua uocatam empticiam similiter inpediuisset (így) nomine iuris eiusdem Comitatus; tamen quia ijdem filij Gallus instrumenta euidencia super predictis possessionibus eidem Comiti Moys exhibuerunt, easdem possessiones coram nobis comparendo reliquit et permisit predictis filijs Galli perpetuo possidendas, prout in instrumentis eorundem continetur. Datum prope Kevrev quinto die post festum Sancti Jacobi Apostoli anno Domini M°CC° octuagesimo quarto.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a Tornaljay család levéltárában.)

278.

IV. László király a sátoralja-ujhelyi vendégeknek visszaadja előbbi javait. 1284.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod nos ad peticionem et instanciam hospitum nostrorum de Wyhel prope castrum Potok hanc graciam fecimus specialem, quod quasdam possessiones ipsorum Toy, Borsi, Koachy et Obizligety vocatas, ad eandem villam Wyhel pertinentes, que ab eisdem fuerant alienate, ab omnibus auferendo reddidimus et restituimus eisdem eo iure, et ea plenitudine, sicut antea dinoscuntur possedisse. Datum in Zegued feria sexta proxima post festum Beati Luce Ewangeliste.

(Megerősítve ugyan IV. László király által 1284. III. Endre király 1291-ki megerősítő privilegiumából a budai királyi kamarai leveltárban.)

279.

IV. László királynak a sátoralja-ujhelyi vendégek szabadságait megerősítő okmánya. 1284.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie memorie commendantes significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod hospites nostri de Saturalia Wyhel ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium Stephani illustris Regis Vngarie patris nostri karissimi felicis

recordacionis super libertatibus eorum confectum, petentes cum instancia, vt ipsum ratum habere, et nostris patentibus litteris de benignitate Regia dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Stephanus D. gr. Rex primogenitus stb. (következik István ifjabb királynak 1261-ki kiváltságlevele, mint gyűjteményünk VIII. vagyis a második folyam III. kötetében 5. l.)

Exhibuerunt eciam predicti hospites nostri litteras nostras patentes super facto possessionum confectas in hec verba:

Nos Ladizlaus D. gr. Rex Vngarie stb. (következik IV. László királynak 1284-ki 278. sz. a. okmánya.)

Nos igitur iustis ac legitimis peticionibus predictorum hospitum nostrorum assensum fauorabilem adhibentes, bonum statum et libertatem eorundem per dominum Stephanum Regem patrem nostrum karissimum felicis recordacionis ordinatam et concessam inmutabiliter uolentes obseruare, et dictum priuilegium ipsius patris nostri non rasum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte uiciatum, et litteras nostras patentes ratas, gratas pariter habentes et acceptas, de uerbo ad uerbum presentibus insertas, auctoritate presencium duximus confirmandas. Datum in Gyman dominico die ante festum Beati Michaelis Archangeli anno Domini M° CC° LXXX° quarto.

(III. Endre királynak 1291-ki megerősítő priuilegiumából a budai kir. kamarai levéltárban.)

280.

Erzsébet ifjabb királynénak az Epel melletti királynéi földet tárgyazó adománya az esztergami egyház számára. 1284.

Elisabeth Dei gracia Regina Hungarie omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras intuentibus salutem in uero salutari. De singulorum prouisione solliciti, circa matrem Sanctam Ecclesiam, quam cultu precipuo ueneramur, curam debemus impendere specialem, ut Deo famulantes, Regio inducti beneficio, quiete uiuant, et placabilem ostiam offerre ualeant coram Deo Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, quod cum post coronacionem nostram in primo introitus nostri in ecclesiam Strigoniensem, ob deuocionem, quam pie mentis affectu gerimus erga Sanctum martirem Adalbertum, promisissemus nomine offertorio prefate Strigoniensi Ecclesie in decenti possessione benignitate solita prouidere; memores huiusmodi promissionis nostre; attendentes nichilominus, nil tam esse salubre tamque pium, quamquam (igy) Ecclesiis Dei, et personis in eisdem Deo iugiter famulantibus, prouisionem facere specialem: hac consideracione inducte, quandam terram nostram Reginalem, cum terra dicte Ecclesie Strigoniensis Epel uocata mixtim adiacentem, ad duo aratra sufficientem, super qua exercituales populi Reginales residebant, in perpetuam elemosinam, et ob remedium anime Serenissimi domini Regis Stephani clare recordacionis soceri nostri, eidem Ecclesie Strigoniensi de plenidutine gracie nostre, ex certa sciencia et mera liberalitate, dedimus, donauimus et contulimus perpetuo pacifice possidendam, ab usu et potestate eorundem populorum exercitualium pure et simpliciter eximendo. Ut igitur hec nostra donacio robur perpetue firmitatis obtineat, nec ullo unquam tempore ualeat retractari; presentes dedimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus uenerabilis patris Thome Epi-

scopi Waciensis, aule nostre Cancellarij et Comitis de Plys, fidelis nostri; anno Domini M° CC° octuagesimo quarto.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 547. l.; kivonatát közölte Fejér Cod. Dipl. VIII. k. 3. r. 214. l.)

281.

IV. Márton pápa a jadrai érseknek meghagyja, hogy Galvanus ellen, ki kelletlen módon a skardonai püspökséget elfoglalta, a kanonoki törvények értelmében eljárjon. 1284.

Martinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Jadrensi saludem in Apostolicam benedictionem. Dudum nobis quondam frater Johannes Magister Ordinis Fratrum Predicatorum significare curavit, quod licet per litteras Sedis Apostolice sit inhibitum, ut nulli fratres ipsius Ordinis, si eos in Episcopos eligi aut postulari forte contigerit, electioni seu postulationi de se facte audeant consentire, nec Prelatus, vel etiam Legatus Sedis ipsius dictos fratres, nisi de Magistri eiusdem vel Priorum Provincialium, qui pro tempore fuerint, licentia et consensu, aut speciali mandato Sedis eiusdem, ad Episcopatus, vel alias quaslibet dignitates extra dictum Ordinem assumere vel ordinare presumant; per easdem quoque litteras sit decretum irritum et inane, quicquid contra inhibitionem huiusmodi a quibuscunque contigerit attemptari, auctoritate Apostolica semper salua: tamen frater Galuanus Dalmatinus, professus dicti Ordinis, prouisione seu electione de ipso ad Episcopatum Scardonensem facte contra inhibitionem et decretum huiusmodi temere consentire presumpsit. Quare dictus Magister fecit a nobis cum instantia postulari, ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Unde ne predictus Galvanus de tante ambitionis gloriari posset excessu, tibi per alias nostras sub certaforma de-

dimus litteras in mandatis, ut inquisita super hoc diligentius veritate, si rem invenires ita esse, dictum Galvanum ab officio beneficioque suspenderes, etiam si ad consecrationem [ipsius processum existeret per quemcunque, ac eundem sic suspensum ad nos infra competentem terminum, quem sibi prefigeres, destinares, pro meritis recepturum; nobis nichilominus, quicquid super hoc te facere ac invenire contingeret, necnon et diem huiusmodi prefixionis, et formam, per tuas litteras predictarum litterarum tibi super hoc directarum seriem continentes fideliter exponendo. Tu itaque volens mandatum Apostolicum reverenter exequi, ut teneris, eundem Galvanum coram te auctoritate nostra legitime citare curasti, ius suum, si quod habere se crederet, plenius ostensurum, eidem nichilominus intimando, quod ipsius corporalis absentia non obstante in inquisitione predicta termino sibi prefixo procederes secundum nostrarum continenciam litterarum; eique iniungendo districtius, ut si quas litteras super absolutione ipsius ab Ordine supradicto fortassis haberet, illas tibi ostenderet in termino prelibato. Cumque procurator eiusdem Galvani coram te in termino comparuisset eodem, vocem licet frivole appellationis emisit: at tu eundem Galvanum reputans non immerito contumacem, quamquam factum huiusmodi tibi notorium videretur, super eo iuxta mandati nostri tenorem fideliter inquirere studuisti. Et quia invenisti per inquisitionem huiusmodi, predictum Galvanum Magistri vel Prioris sui Provincialis non obtenta licentia, tam super huiusmodi electione seu provisione de ipso presumpta, quam ut in eiusdem Scardonensis Ecclesie ab eo temere occupate, consecraretur Episcopum, presumptione temeraria consentisse; prefatum Galvanum iuxta formam mandati Apostolici tibi facti ab officio beneficioque suspendens, ipsum sic suspensum ad Sedem Apostolicam citavisti, prefixo sibi certo peremptorio termino, quo coram nobis personaliter compareret pro meritis recepturus; et nichilominus prefixionem ipsius termini tam in tua Jadrensi, prefato procuratore presente, quam in tue Diocesis Ecclesiis, cum ad ipsum Galvanum ex iusto metu nuntius aliquis accedere non auderet, publicari fecisti, prout hec omnia transmisse nobis tue littere continebant. Sed predictus Galvanus ad inobedientie vitium se convertens, comparere coram nobis aliquatenus non curavit, etiam

post lapsum eiusdem termini diutius expectatus; propter quod ipsum non immerito contumacem duximus reputandum, in eum per nos, exigente ipsius contumacia, excommunicationis sentencia promulgata. Licet igitur contra memoratum Galvanum ob huiusmodi temeritatem et contumaciam suam ad penam aliam propter hac infligendam eidem possemus de iure procedere; cum etiam intellexerimus, quod idem per potentie secularis abusum in predicta Ecclesia fecerit se intrudi, quamquam Ecclesie prefate provisio tunc per lapsum temporis, sicut accepimus extitisset ad Sedem Apostolicam devoluta; ut tamen agatur in hac parte maturius et procedatur benignius circa ipsum, fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Galvanum, non obstante appellatione predicta, quam frivolam reputamus, excomminicatum a nobis ob causam predictam in locis, de quibus videris expedire, denunties, et facias per alios publice nuntiari, et nichilominus ipsum ex parte nostra per te vel per aluim citare procures, ut infra trium mensium spatium a die citationis, quem terminum sibi ad hoc peremptorium assignamus, coram nobis se personaliter representet, facturus et recepturus quod super hoc duxerimus ordinandum; et aperte predicas eidem, quod nisi saniori ductus consilio coram nobis in predicto termino personaliter comparere curaverit, nos ad privacionem seu amotionem ipsius ab Ecclesia supradicta, et alias etiam contra eum, prout facti qualitas suggeret et iustitia suaserit, procedemus. Quicquid autem super hiis feceris, nobis per tuas patentes litteras, harum seriem continentes, studeas fideliter intimare. Datum apud Urbem Veterem XV. kalendas Maii Pontificatus nostri anno quarto.

(Theiner Ág., Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia. 99. l.)

282.

IV. Márton pápa a raguzai érseket felhatalmazza, hogy a stagnoi és trebignei megyék számára püspököt nevezhessen. 1284.

Martinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Ragusino salutem et Apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod Tribuniensis et Stagnensis Ecclesie Cathedrales, tue Provincie Metropolitico tibi iure subiecte, tanto tempore pastoribus iam vacaverunt, quod earum provisio est ad Sedem Apostolicam secundum Generalis statuta Concilii legitime deuoluta. Nos itaque, quibus ex iniuncto nobis Apostolatus officio sollicitudo Ecclesiarum imminet generalis, dispendiis, que ex diutina vacatione imposterum Ecclesie predicte possent incurrere, per nostre providentie studium occurrere intendentes, ac gerentes de tua circumspectione fiduciam in Domino specialem; fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si tibi constiterit ita esse, predictis Ecclesiis, singulis videlicet singulas personas ydoneas, de prudentium et religiosorum virorum consilio, hac vice auctoritate nostra preficias in Episcopos et pastores; eisque, ascitis tibi tribus vel duobus Episcopis, munus consecrationis impendas, faciens ipsis a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante, si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari aut interdici nequeant, vel suspendi, per litteras dicte Sedis non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum apud Urbem Veterm idus Junii, Pontificatus nostri anno quarto.

(Theiner Ágoston, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia I. köt. 100. l.)

283.

Lodomér esztergami érsek az esztergami káptalan s a bécsi és más idegen kereskedők közt a vám iránt keletkezett egyenetlenségeket kiegyenlíti. 1284.

Nos Lodomerius Dei gracia Strigoniensis Archiepiscopus et Comes Perpetuus loci eiusdem significamus vniuersis quibus expedit litterarum presentium per tenorem: quod cum inter discretos viros Magistrum Andream Doctorem Decretorum Prepositum et Capitulum Ecclesie nostre Strigoniensis, karissimos in domino fratres nostros, ab una parte; et inter mercatores de superioribus partibus Alemannie, et specialiter de Wyenna, uel eciam vndecunque per terram vel per aquam in Hungariam cum suis mercibus descendentes ab altera, exorta fuisset materia questionis super eo; quod ijdem mercatores de frugibus, videlicet de frumento, syligine, ordeo et auena, pisis, fabis, leguminibus, rapis et de alijs mercimonialibus rebus suis minutis, predictis fratribus nostris tributum soluere contentebant. Tandem nos huiusmodi questionibus inter ipsas partes finem imponere cupientes, iuramento quorumdam ciuium Strigoniensium, qui super solutione et prestacione tributi, et diuturnitate temporis cognouerunt omnimodam veritatem, hoc negocium duximus committendum. Et ijdem demum nobis aperuerunt sub religione iuris iurandi, vt dicti mercatores de omnibus mercibus suis tributum dare deberent, iuxta morem et consuetudinem aliorum. Unde nos decreuimus sententialiter statuentes, quod omnes mercatores, sicut prediximus, in Hungariam venientes, de omnibus mercibus suis et rebus alijs mercimonialibus, cuiuscunque generis, maneriei (igy) uel speciei existant, predictis fratribus nostris iustum tributum et consuetum sine contradiccione in perpetuum soluere teneantur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras sigillo nostro dari fecimus communitas.

Datum Strigonij anno Domini M° CC° LXXXIV in dominica Esto Mihi.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 469. l.)

284.

Domokos comes a király udvari törvényszékének albirája meghagyja a hatvani konventnek, hogy Pous comest az őt illető birság fejében Buya helység birtokába helyezze. 1284.

Amicis suis Preposito et Conuentui de Hotuan Comes Dominicus Viceiudex Curie domini Regis amiciciam paratam. Noueritis, quod Comes Pous filius Mersa personaliter comparendo exhibuit litteras Capituli Budensis, iuxta tenorem quarum, secundum suam obligacionem, Jacou filium Kechen, Acham fratrem eiusdem, et Paukam filium Pouse, in vna marca pro facto principali, et duplo trium marcarum; item iuxta formam litterarum judicialium non comparendo nec mittendo per eundem Comitem Pous exhibitarum, in quatuor judicijs contra eundem Comitem Pous, eosdem comperimus remansisse. Quocirca amiciciam vestram petimus diligenter, quatenus vestrum detis testimonium, coram quo Leonardus filius Möchk de genere Buchk homo domini Regis pro facto principali, videlicet una marca et duplo trium marcarum, et racione quattuor judiciorum predictorum ipsum Comitem Pous introducat in possessiones ipsorum Jacou, Acha et Pauka Buya vocatas, a die introduccionis usque quintodecimum diem permansurum in eisdem, si non fuerit contradictum, contradictores autem si qui fuerint, et specialiter predictos Jacou, Acham et Poukam ad Regiam citet perseńciam ad terminum competentem; dicendo eisdem Jacou et Potuce uerbo Regio, quod in termino sibi assignato compareant personaliter coram domino Rege super facto principali perempniter responsuri;

et ante responsionem eorum satisfaciant de judicijs memoratis; alioquin ipsi negocio finem debitum imponemus iusticia mediante. Facti seriem domino Regi rescribatis. Datum Bude septimo die octauarum Omnium Sanctorum anno Domini M° CC° octuagesimo quarto. Presentes redditari exhibitori presencium, et series negocij comprehendentes in eisdem.

(Eredetie börhártyán, a sárpecsétnek töredéke még megvan; a budai kir. kamarai levéltárban.)

285.

Bertalan váradi püspök és Rorand erdélyi vajda mint kiküldött birák a Berthem helységben lévő vámhely jogositványa iránt határoznak. 1284.

Bartholomeus miseracione Diuina Episcopus Waradiensis, et Rorandus Wayuoda Transiluanus Comes de Zonuk, vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Nouerint vniuersi, patentes litteras domini Ladizlai Serenissimi Regis Hungarie nos reuerenter recepisse continentes, quod ipse dominus Rex super diuersitate tributorum, que in locis indebitis exiguntur, de omnium Baronum et Nobilium Regni sui consilio prouide ordinando, tributa, que post obitum domini Regis Bele felicis memorie ortum vel originem habuerunt, omnimo decreuisset abolere, nec ex aliqua causa racionabili in locis ad transeundum grauibus transitus fieret preparatus; quod Regia Magnitudo indagacieni nostre et fidei ac quatuor Judicum comisisset, prout in eisdem litteris Regie Celsitudinis plenius vidimus contineri. Igitur die per nos et Judices Nobilium in socios nobis adiunctos, ad hoc specialiter assignato, videlicet in octauis Beati Jacobi Apostoli in villa Pispwky, vbi super ipso facto tributorum et alijs negocijs per Regiam Maiestatem nobis commissis Conregacionem habebamus Gene-

ralem, nobilis vir Comes Thomas filius Pangracij de genere Chanad exhibuit nobis priuilegiales litteras Capituli Waradiensis super dimidietate tributi de Berthem, quod in portu Crysij exigi consueuit, cuius tributi medietas Magistro Achoni filio Pauli dicitur pertinere, confectas; sed quia quantitas ipsius tributi in eisdem litteris priuilegialibus non exprimebatur, nec nobis ad plenum constabat de eadem, vniuersos nobiles de Comitatu Biboriensi de facto ipsius tributi duximus requirendos; qui in fide eorum vnanimiter affirmarunt, dictum tributum fuisse institutum ab antiquo; et quia eciam dictus Comes Thomas super medietate ipsius tributi euidens et acceptabile exhibuit instrumentum coram nobis, in quo licet quantitas ipsius tributi non contineatur, tamen nos habito tractatu eum predictis judicibus socijs nostris decreuimus, vt racione ipsius totalis tributi de Berthem hactenus habiti et recepti, de quolibet curru salibus onerato singuli duo sales et duo denarij parui; et eciam de quolibet curru mercatorio onerato pannis, vino, vel alijs rebus mercimonialibus per ipsum locum tributi de Berthem transeunte, singula dimidia pondera exigantur pro tributo; cuius tributi totalis medietatem percipiet Comes Thomas memoratus, alia vero medietate ipsius tributi Magistro Achoni remanente. Hoc non pretermisso, quod super peditibus, equitibus et vacuis curribus, seu eciam oneratis de vno loco ad alium, non tamen causa mercimonij transeuntibus, tributa exigi inhibemus. Et hoc in ipso loco tributarij in predicto portu Chrysij publice volumus obseruari, vt omnibus transeuntibus in exaccione dicti tributi certa noticia habeatur, ne maior exaccio fieri possit, quam deberet. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum in villa Pispwky in predictis octauis Beati Jacobi Apostoli anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto.

(IV. László királynak 1284-ki megerősítő okmányából, mint fentebb 273. szám alatt.

286.

A pápai biztosok a domokosrendiek esztergami temploma számára bucsút engedélyeznek. 1284.

Uniuersis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, permissione Diuinina (igy) Guillermus Corinthiensis, Raynaldus Messanensis, Petrus Arborensis Archiepiscopi, Petrus Haiocensis (?), Vincencius Portugalensis, Herricus Saxenas, Bernardus Humanas, Symeon Balneoregensis, Tholomeus Sardamensis, Acerus Wexionensis, Andreas Asloensis, Obertus Clusiensis, Guido Papiensis, Gerahardus Brandburgensis, Aredolus Ouetensis, Robertus Rorensis, Arederious Senogaliensis, Orlandus Spoletanus, Paulus Tripolitanus, Bartholomeus Anteradensis, Bernardus Perusinus, Bonus Johannes Esculanus Episcopi, salutem in Domino. Licet is, de cuius munere uenit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue merita suplicum excedens et uota, bene seruientibus multo maiora tribuat, quam ualeant promereri: desiderantes tamen reddere Domino populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei, quasi quibusdam allectiuis muneribus, indulgenciis videlicet et remissionibus salubriter inuitamus, ut exinde reddantur Diuine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut Ecclesia Fratrum Predicatorum in Ciuitate Strigoniensi congruis honoribus frequentetur; omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam in festis subscriptis, videlicet in die (dedica)cionis et in anniuersario eiusdem, in festo Beati Petri martiris, in festis Sanctorum Confessorum — — — — Dominici et Martini, (in festo Sancte) Katerine Virginis et martiris et — — — octauas omnium solemnitatum predictarum causa deuocionis accesserint, uel manum (por)rexerint adiutricem; Nos de Omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, singuli singulas quadragenas annis singu-

lis de iniuncta sibi penitencia, dummodo consensus Diocesani accesserit, misericorditer relaxamas. In cuius rei testimonium presentes litteras fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum apud Vrbem Veterem anno Domini millesimo ducentesimo LXXX°IIII° Pontificatus domini Martini Pape Quarti anno quarto.

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion III. köt. 623. l.)

287.

Peymesi Vilmos a templomrend magyarország-szlavoniai mestere Dessai Lukács jadrai polgárnak Zablatában bérbirtokot adományoz. 1284.

Nos frater Guillemus de Peymes Domorum Milicie Templi per Hungariam et Sclauoniam Magister significamus vniuersis presencium noticiam habituris, quod nos attendentes grata et fidelissima deuotaque seruicia per nobilem uirum dominum Lucam de Dessa ciuem Jadrie, nobis et fratribus nostris quam pluries exhibita et inpensa et adhuc inpendere non dessinit incessanter de die in diem, primo considerata utilitate profectuque Domus nostre, communicato consilio et assensu dilectorum in Christo fratrum nostrorum, fratris Petri de Beizeyo Vice-Preceptoris in Auramia, fratris Oliuerij, fratris Thome, fratris Johannis de Foys in Zablata Preceptoris, fratris Johannis de Athys Preceptoris palacij de Auramia in maritimis existencium, quandam particulam terre nostre incultam, desolatam et vacuam, sitam in territorio nostro de Zablata Pozkaligna uocatam, sicut continuatur — — — — — ad mare, et usque ad predium de Zablata, cum certis ipsius terre terminis, pratis, vineis, pascuis, arboribus, terris cultis et incultis dedimus, assignauimus et confirmauimus dicto domino

Luce de Dessa, et heredibus suis masculinis, heredorumque (igy) masculorum ipsorum succesoribus, quamdiu uixerint et fideles Domui Templi extiterint, cum omnibus prefate terre iuribus, prouentibus et utilitatibus pacifice possidendam; sub tali forma, quod usque ad complementum duorum annorum a confeccione presencium finitorum, pro eo, quod terra predicta inutilis et inhabitata permanebat, prefatus L. aut heredes ipsius nullum censum Domui nostre soluere tenebuntur, completis uero duobus annis idem L. uel ipsius heredes pretaxati, uiginti libras monete paruulorum Venetorum in festo Sancte Marie Uirginis Augusti Domui nostre de Auramia soluere teneantur annuatim. Hoc adiecto, quod iobagiones, quos idem dominus L. aut ipsius heredes nominati super predictam terram causa commorandi adduxerint, de tribus magnis iudicijs, uidelicet de homicidio, incendio uel de mutilacione membrorum seu arborum, coram nostro dominio debeant iudicari, terciam uero partem iudicij idem L. optinebit, Domus uero duas partes. Ne igitur sepe nominatus L. aut ipsius heredes per aliquem ualeant inposterum molestari uel inpediri, presentes eisdem contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno Domini M° CC° LXXX° IIII° in festo Beati Andree Apostoli.

(Marcel nonai püspök és Salamon a templomrendiek magyarországi tartomány-perjel 1291-ki hiteles másolatából; a nemzeti muzeum kézirattárában. V. ö. Fejér Cod. Dipl. VII. köt. 5. ı. 598. l.)

288.

A nyitrai káptalannak bizonyságlevele Rasnicza, Iván és Kuchmeg keresztyén kunok barsmegyei birtoka, határjárása iránt, melyet Mihály mesternek és testvére Farkasnak eladnak. 1284.

Vniuersis Christi fidelibus, quibus presentes patuerint, Nitriensis Ecclesie Capitulum salutem in Domino sempiternam. Significamus vobis, quod Iwan et Kuchmeg Cristiani Cumani de Comitatu Borsiensi, ad nostram accedentes presenciam, litteras Ladizlai illustris Regis Hungarie et Domini nostri nobis exhibuerunt, hunc tenorem continentes; quod nos hominem nostrum virum ydoneum et fide dignum cum homine eiusdem domini Regis Mikus nobili de Babindon ad circuiendam terram eorumdem Cumanorum Rasnicha vocatam in Comitatu Borsiensi existentem, mitteremus. Nos igitur fauentes Regio precepto, ut tenemur, nostrum misimus hominem ad id exequendum, qui demum rediens ad nos unacum eodem homine ipsius domini Regis, concorditer propositum extitit per eosdem; quod ipsam terram reambulassent, nouas metas iuxta ueteres erigendo, et eandem vsui septem aratrorum invenissent, excepta Isok fratris eorundem, similiter Cristiani Cumani; quam quidem terram ex permissione et uoluntate eiusdem domini Regis, prout in litteris patentibus ipsius nobis constitit euidenter, Magistro Michaeli, et Farcasio fratri suo, filijs Dama, et per eum suis heredibus, heredumque successoribus pro uiginti et una marca ab eisdem coram nobis plenarie perceptis, iure perpetuo uendiderunt possidendam; et huic vendicioni predictus frater ipsorum Isok, et Tescench, quidam alter Cristianus Cumanus, frater predicti Kuchmeg, item Comes Petrus, cum filio suo Bors, Bees filius Bees cum fratre suo Bors, item Zocho, Bense, Domus et Miko, iobagiones Castri Borsiensis, commetanei et uicini eiusdem terree (igy), qui in reambulacione iam dicte terree presentes extite-

runt, sicut idem homo noster dixit, consensum prebuissent beniuolum et fauorem. Obligantes se nichilominus ijdem Cumani, quod si processu temporum eadem terra, per eosdem uendita, ab eisdem Magistro Michaele et Farcasio, uel a suis heredibus, per quempiam reuocari niteretur, uel in litem traheretur; sepefati Cumani et eorum successores ipsos Magistrum Michaelem et Farcasium, ac eorum heredes, defendere tenerentur, eadem terra in ius perpetuum eorundem remanente. Cuius quidem terre metee (igy) hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte orientali, ubi sunt metee capitales terre Nimthin et Vezequen iuxta magnam uiam, que uadit a Marouth in Comitatum Bors; per eandem magnam uiam transiendo peruenit ad unam arborem ilicis, eundo inter plagam orientalem; et inde descendit ad lacum] Rasnicha uocate (igy), ibi transiendo peruenit ad fonticulum: deinde progrediendo per unam uallem uirgultosam, ubi sub duabus arboribus ilicis est magna meta terrea; deinde ascendit ad unum monticulum usque meridiem, ubi contiguat terre Castri Borsiensis, que dicitur terra Jurk; deinde iuxta predictam terram Jurk descendit, ubi peruenit uiam magnam, per quam itur ad Bors, eundo per eandem uiam satis in bona quantitate; deinde exit de uia usque occidentalem; deinde eundo inter occidentalem et septemtrionalem peruenit ad monticulum; deinde descendit ad lacum predictum, ubi transit ad arbores prunarum; deinde ascendit ad monticulum, et peruenit ad arborem piri; deinde uadit ad metam, que attinet ad Vezequem, que est iuxta virgultum; deinde transiens ad plagam septemtrionalem de meta ad metam usque ad primam metam, que iacet iuxta magnam uiam uersus plagam orientalem; ibique terminatur. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum VII. idus mensis Aprilis anno Domini millesimo C°C° octagesimo quarto. Ecclesie nostre Lectore Magistro Bartholomeo existente.

A B C

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion III. köt. 544. l.)

289.

A nagyváradi káptalannak jelentése IV. László királyhoz, hogy Péter, Mihály comesnek fia, Ekeuch és Pozdum birtokába iktattatott. 1284.

Excellentissimo domino suo Ladizlao Dei gracia Illustri Regi Vngarie Capitulum Ecclesie Waradiensis oraciones in Domino. Receptis litteris Serenitatis Uestre cum Abram filio Pousa homine vestro Petrum presbiterum de coro Ecclesie nostre pro testimonio uice nostri misimus ad mandata uestra exequenda; qui demum ad nos rediens nobis dixit, quod terram castrensium uestrorum de Zobouch Ekeuch uocatam, et Pozdum castrensium de Burzua, uacuas et habitatoribus destitutas, presentibus omnibus commetaneis et vicinis, et alijs quam plurimis quibus decebat, per ueteres metas et antiquas reambulatas, nullo contradictore existente statuissent et assignassent Petro filio Comitis Mychaelis perpetuo possidendas. Datum feria tercia proxima post festum Pentecostes anno Domini M° CC° octuagesimo quarto.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a nemes Kállay család levéltárában.)

290.

A nagyváradi káptalan átírja az általa 1283-ban kiadott 260. sz. a. osztálylevelet. 1284.

Capitulum Waradiensis Ecclesie omnibus quibus presentes patuerint salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi: quod nos feria quinta proxima post octauas Beati Regis Stephani anno Domini M°C°C° octuagesimo quarto ad peticionem Comitis Mauricij filij Bucho factum diuisionis inter ipsum et cognatos eiusdem habitum in registro nostro cons — — — et inuentum, de uerbo ad uerbum presentibus fecimus annotari. Cuius quidem facti tenor talis est.

Capitulum Ecclesie Waradiensis stb. (következik a fentebb 260. sz. a. olvasható osztálylevél.)

(A váradi káptalannak 1811-ben kelt átiratából, mely eredetiben az erd museum kéziratttárában van; közli Szabó Károly.)

291.

A nagyváradi káptalannak bizonyságlevele, hogy Dénes mester, Kemennek fia, testvéeit birtokuk elidegenítésétől eltiltotta. 1284.

Nos Capitulum Ecclesie Waradiensis damus pro memoria: quod Magister Dyonisius filius Kemen in octauis Medij XL-me anno Domini M° CC° octogesimo quarto coram nobis personaliter constitutus, Demetrium, Kemen et Nycolaum filios Magistri Laurencij fratris sui prohibuit a vendicione, impignoracione, et qualicunque distraccione terrarum, quas

ijdem dicerent ad se pertinere; protestatus nobis, quod si aliquas terras hactenus uendidissent uel impignorassent, aut de cetero uenderent seu impignorarent ipso ignorante et inrequisito distraxissent; easdem et ipse ad emendum seu recipiendum pro pignore, si quas ijdem uellent alienare terras, promptus esset et paratus, nichilominus alium. Terrarum emptoribus, et specialiter Thome filio Abraam, et Nycolao filio Mauricij, adiiciens uocem contradiccionis. Datum ut supra.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a nemes Kállay családnak levéltárában.)

292.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Purbusei Benedek Purbuse birtokának egy részét Sebee, Fábián és Mihály comeseknek eladta. 1284.

A B C D

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo notum facimus tenore presencium vniuersis, quod Benedictus filius Turloud pro se et pro Laurencio ac Bogomerio fratribus suis, Timodin filius Tumpa pro se similiter et pro Markalius fratre suo, Gothardo filio Philpe, ac Jurk filio Georgij generacionibus suis, Bela filius Farkasij, Herrandus filius Pauli pro se et pro Paulo filio Nicholay, nobiles de Purbuse coram nobis constituti, de terra eorum Purbuse vocata quandam particulam terre, videlicet quinque funiculos, cum funiculo quindecim amplexuum, continentem, existentem juxta terram Jacobi filij Georgij de eadem Purbuse, prout incipit illa terra a fluuio Izturmen et tendit vsque villam Kulked vocatam, vendiderunt Sebee, Fabiano et Michaeli Comitibus pro duodecim marcis, partim in denarijs latis, partim in estimacione condigna, receptis coram nobis. Quorum quidem

vendicioni Jacobus filius Georgij predictus, commetaneus dicte terre consensum prebuit et assensum; hoc adiecto, quod si a quoquam ijdem Sebee Comes et fratres sui fuerint molestati, Benedictus et generaciones sue predicte tenentur ipsos a molestantibus omnibus expedire; qui si expedire nequierint, extunc terram equeualentem in alijs terris suis statuere tenebuntur Sebee Comiti et fratribus suis antedictis. Quod vt ratum sit, presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Magistro Michaele Preposito Ecclesie nostre, Eguka Cantore, Andrea Custode, Garmano Decano existentibus. Anno gracie M° ducentesimo octuagesimo quarto.

(Eredetie a Rumy család levéltárában, másolata a magyar academia kézirattárában.)

293.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy több Bornovozi nemes Glynában lévő birtokrészét eladta. 1284.

Fassio perennalis Wlk filii Budur ac aliorum plurium nobilium de Bornovoz, fratrum quippe et proximorum eiusdem, in Capitulo Zagrabiensi sub expeditoria cautione edita; cuius vigore totales portiones suas haereditarias in Glyna existentes cum pertinentiis (dempta solum, et ultro quoque pro se ipsis reservata quadam particula, in qua erat monticulus, sita inter rivum Lokaveoh et puteum Braik) Comiti Petro filio Petrilo, Coyano et Ivanus filiis Wlk, nobilibus de dicta Bornovoz, eorumque haeredibus communiter vendiderunt sub authentica.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből; az eredeti példány Zágrábba vittetett.

294.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele a Bornouzi nemesek közti birtokcseréről. 1284.

Divisionales inter Comitem Petrum filium Petrilo ab una, parte vero ab alia Coyanum et Ivanum filios Wlk nobiles de Bornouz super terris ipsorum de Glyna, ac respective concambiales super certis ipsorum terris emptitiis in vicinitate terrarum Cruciferi de Gora et Bornouch vocatarum, iuxtaque paludes Prodor et Merivicha, aquam item Glyna et rivum Wlchie jacentibus, ex Capitulo Zagrabiensi cum serie metalium privilegialiter expeditae. Sub authentica.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből; az eredeti példány Zágrábba vittetett.

295.

Esztergam város községe bizonyos házhely fejében, mely neki városháza építésére átengedtetett, viszont megengedi, hogy a káptalan az őt illető vámot a városban bárhol szedhesse. 1284.

Vniuersis quibus expedit significamus presencium per tenorem, Nos Comes Elkynus Judex ceterique Ciues Strigoniensis Ciuitatis: quod licet tributarij honorabilis Capituli Strigoniensis tributum ipsius Capituli non alias, nisi in loco fori ipsorum in Ciuitate Strigoniensi de omnibus rebus exigere tenerentur; tamen quia ipsum Capitulum nostre necessitati compaciens eo, quod domum iudicialem alias habere

nullo modo poteramus, nisi in terra ipsius Capituli, ubi ipsum tributum exigi est consuetum, et idem Capitulum ipsum locum seu terram eorum pro edificacione domus iudicialis Ciuitatis nostre ad nostram supplicacionem nobis perpetuo iure concesserunt; et quia timebant, ne per hoc in ipso tributo dampnum paterentur: ydeo nos eidem Capitulo assumpsimus testimonio presencium, ut tributarij eiusdem Capituli predictum tributum ab omnibus mercatoribus, tam nostris, quam forensibus, ubicunque volunt, siue in porta, siue in uico nostro, siue in cameris, siue foro, liberam habeant exigere facultatem, et contra resistentes tribirarijs eiusdem Capituli auxilium nostrum impendemus, dummodo fuerimus requisiti per eosdem, nullum dampnum, nullamque alienacionem, uel molestiam in facto dicti tributi eisdem per nostros fieri faciemus; sed iuxta formam priuilegij domini Bele Regis, ut hactenus, exigatur. Si uero aliqua grauamina quouis colore inuento ipsi Capitulo in facto dicti tributi faceremus, vel fieri procuraremus; tunc ipso facto domum iudicialem, quam fecimus in terra ipsorum, a nobis plenam habeant rehabendi facultatem. Si uero absque lite remittere non curaremus nos uel successores nostri, contra ipsum Capitulum in centum marcis conuincamur, dummodo grauamina et dampna notoria fuerint euidenter. Datum in octauis Pentecostes Anno Domini M° CC° octogesimo IIII°.

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion III. köt. 546. l.)

296.

Chák nemzetségbeli Ugrin mesternek Keniz helységet tárgyazó adománya Gycad nemzetségbeli Tivadar bán számára. 1284.

Nos Magister Vgrinus filius Magistri Pous de genere Chak memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod consideratis fidelitatibus et seruicijs meritorijs pariter et graciosis Theodori Bani filij Theodori de genere Gycad, quibus idem multipliciter meruit complacere nobis iugiter famulando; volendes eidem aliquali recompensacione seruiciorum suorum occurrere, licet maiora et ampliora pro seruicijs suis nobis impensis meretur, tamen in aliqualem retribucionem seruiciorum ipsius Theodori Bani, quandam possessionem nostram hereditariam Keniz vocatam iuxta fluuium Gyungus in Comitatu Castri Ferrei existentem, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs vniuersis dedimus, donauimus, contulimus et tradidimus predicto Theodore Bano et suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, ne processu temporum per quempiam in irritum possit nostre donacionis series reuocari, presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum ab Incarnacione Domini M° CC° octuagesimo quarto.

(Eredetie bőrhártyán, vörös-violaszínű függő pecsét alatt; s IV. László királynak ugyan 1284-ki megerősítő okmányából, mint fentebb 275. sz. a. mindkettő a szombathelyi káptalan levéltárában.)

297.

A Nona dalmatiai város és Arbe sziget közti ellenségeskedések-nek elintézése. 1284.

In Christi nomine Amen. Anno Incarnacionis eiusdem M° CC° octuagesimo quarto, indiccione XIII., die vndecima intrante mense Decembris Jadre; temporibus equidem domini Johannis Danduli Inclyti Ducis Veneciarum; et Mag. Laurencij venerabilis Jadrensis Archiepiscopi, ac domini Johannis Contareni Egregij Comitis. Nos quidem Pasqua de Varicassa Ciuis Jadrensis judex, arbiter, arbitrator et amicabilis compositor inter Egregium virum dominum Marcum Michaelem Comitem Arbi et Commune eiusdem Ciuitatis Arbensis ex una parte, et nobilem virum dominum Volcetam Potestatem None et Commune eiusdem Ciuitatis None ex altera parte, vt constat per publicum instrumentum compromissi facti manu Homodei filij quondam Johannis Denarij Imperiali auctoritate Notarij et nunc Arbensis Jurati Notarij in anno Natiuitatis Christi M° CC° LXXX° quarto, indiccione XII. die vltimo Nouembris; auditis et intellectis, et diligenter examinatis personaliter in utraque ciuitate cum solemnibus nuncijs et ambasciatoribus utriusque Terre omnibus litibus et questionibus, et controuersijs ac discordijs, que vertebantur inter utramque Ciuitatem, videlicet Arbum et Nonam, tam pro diuiso quam pro communi, coram omnibus propositis et allegatis per utramque partem; et super his habita deliberacione et consilio diligenti plurium sapientum tam secularium quam religiosorum, et cum diligenti studio inuestigata et cognita veritate; et vocatis eciam dictis partibus et citatis coram nobis, et conductis hinc in ciuitate Jadre per legitimos nuncios et ambasciatores utriusque Ciuitatis et utriusque Communis astantes presentes ad hec, tam pro communi quam pro diuiso suarum Ciuitatum, secundum formam et potestatem nobis datam per utramque partem in dicto compromisso: Dei nomine inuocato

pro bono pacis et concordie dicimus, pronunciamus, laudamus, sentenciamus, arbitramur et confirmamus, et laudum, arbitrium, concordiam et per firmam sentenciam arbitralem. Et primo quod sentencia, quam Illustris dominus Marcus Michael Comes Arbensis protulit in Dobressam ciuem Nonensem, quem fecit suspendi propter opera sua mala, fuit digna et sancta et iusta; et quoniam predictus Dobrissa iuerat furatum ad insulas predicti domini Comitis Arbensis, et inuentus ac captus in furto manifesto, fuit dignus et meritus predictam suspensionem; et illud, quod predictus dominus Comes Marcus Michael fecit in ipsum Dobressam, bene fecit, et dignum et iustum fuit; vnde hominibus None tam pro diuiso quam pro communi inponimus perpetuum silencium super hoc; liberantes et absoluentes predictum dominum Comitem Arbensem et successores suos, et Commune Arbense, et omnes ac singulos homines de Arbo et eius Districtu, tam pro diuiso quam pro communi ab ipsa questione et morte eiusdem Dobresse, sub pena M librarum denariorum paruorum Venetorum secundum formam dicti compromissi. Item quia vna barcha Arbensis capta fuit tempore tregue per homines None, et conducta Nonam: dicimus et sentenciamus, quod Commune et homines None soluere debeant et teneantur in manibus suprascriptis domini Marci Michael Comitis Arbensis XX libras denariorum Venetorum paruorum usque ad Carnispriuium proximum in ciuitate Arbensi sub pena dicti compromissi; qui vero dominus Comes Arbensis diuidat et distribuat ipsas XX libras denariorum inter suos ciues et homines, sicut ei placuerit et melius apparebit. Item de morte Cernote Nobilis ciuis Arbensis, qui tempore guerre interfectus fuit in prelio per homines None venientibus Arbensibus super Nonenses, debellante vna parte cum alia super territorium None: dicimus, sentenciamus per laudum, sentenciam et arbitrium, quod homines et Commune Arbense, et propinqui ipsius Cernote, omnes et siguli, tam pro diuiso quam pro communi Arbenses habeant silencium perpetuum sub predicta pena compromissi, absoluentes Commune et homines None omnes super hoc; quia hoc factum in guerra et prelio manifesto, et in prelijs talia fieri consueuerunt, et euitari non queunt. Item pro omnibus damnis factis per homines Arbenses hominibus None, tam pro

diuiso quam pro communi, in dicta guerra: dicimus et sentenciamus; quod Commune et homines Arbenses soluere debeant et teneantur in manibus suprascriptis domini Volcete Potestatis None XL libras denariorum Venetorum paruorum in ciuitate None vsque ad Carnisprivium proximum, sub premissa pena compromissi; qui vero Potestas None diuidat ipsas XL libras denariorum paruorum inter suos ciues et homines None, sicut ei placuerit et melius apparebit. Item dicimus et sentenciamus per sentenciam arbitralem, quod omnia et singula damna facta et data, tam in tregua quam in guerra, post suspensionem predicti Dobrosse per utramque Ciuitatem, tam pro diuiso quam pro communi, sint cassa, vana et nullius valoris ex utraque parte, sub pena dicti compromissi, et super his per utrumque Commune et diuisum ipsorum Ciuitatum perpetuum silencium habeant. Saluis tamen racionibus utriusque partis ante dictam guerram et ante suspensionem dicti Dobresse, quas vna Ciuitas haberet petere super alteram, tam pro diuiso quam pro Communi; in quibus volumus, quod utraque pars possit vti suis racionibus ante dictum tempus secundem jura et antiqua pacta, que sunt inter ipsas duas Ciuitates. Pronunciamus insuper et confirmamus plenam et firmam pacem et concordiam inter utrumque Commune et diuisum ipsarum Ciuitatum, sicut in suis antiquis instrumentis et pactis veteribus legitur et plenius continetur. Et pro maiori cautela et nexu firmitatis fecimus jurare duodecim bonos et nobiles viros de Arbo, et duodecim, de Nona, predictam pacem et pacta antiqua, et predictam sentenciam nostram; et omnia et singula suprascripta semper attendere et obseruare se et Communia sua et diuisim. Hi autem sunt ciues Arbenses, qui jurauerunt predicta: Stephanus de Firma, Philippus Genani, Matheus de Hermolao, Nicola de Pribe, Stephanus de Galzigna, Martinussius de Rouigna, Madius de Clemente, Oreste de Foscho, Epube de Zame, Stephanus de Demine, Martinus et Marinus de Machna Isti vero sunt ciues Nonenses, qui jurauerunt predicta: Migostus Judex, Moyssa Chrance Jamonethi, Paulus filius Borislaui, Jacobus Dragchis, Rodouanus Stringi, Tolislaus Budislauig, Rodoslauus frater Archipresbyteri, Desenus Darysig, Volcina Drusigi, Voychna Dresevig, et Stephanus Danchouig. Qui omnes et singuli sancti tam

Arbenses quam Nonenses coram nobis prenominato Pasqua de Varicasse judice arbitro sacramento jurauerunt ad Sancta Dei Euangelia super librum predictum pacem et concordiam, ac sentenciam nostram, et omnia et singula sacramenta et pacta antiqua, plene attendere et obser-uare, et facere obseruari et attendi per Ciuitates, et Communia et Diuisum, et in nullo contrauenire sub pena M librarum secundum formam compromissi. Super cuius nostre arbitralis diffinicione Nobilem virum Guidonem de Varicassa ciuem Jadrensem constituimus et dedimus in Prestaldum ad omnia suprascripta taliter percomplendi.

Et ego prenominatus Guidotus de Varicasse, Prestaldus super hoc constitutus, omnia que superius sunt expressa, vera esse testificor in salute anime mee coram his Nobilibus viris Jadre, vocatis et rogatis testibus: Dessa de Fafogna, Friderico quondam Grisogoni de Mauro, et Paulo de Borache, Thomasio Penazo, Damiano de Slorado, Prodde de Cosa, Barthe quondam Grisogoni de Mauro, Jadrensibus ciuibus et alijs.

Ego Pasqua de Varicasse suprascriptus Iudex Arbiter inter Arbenses et Nonenses manum misi.

Ego Stane de Varicasse examinator manum meam misi.

Ego Henricus Imperiali auctoritate Notarius et Judex Juratus his interfui; et rogatus scripsi et roboraui.

(Lucius, de Regno Dalmatiae et Crovatiae libri sex, Bécs 1758. 178. l.)

298.

Trau város tanácsának választása. 1284.

Die Dominico XV. Octobris M° CC° LXXX° quarto, congregatis Judicibus, Consiliarijs, et pluribus alijs hominibus volentibus venire in platea Tragurij facta fuit eleccio Consiliariorum Consilij presentis, datis quindecim ballottis, septem scriptis et octo non scriptis, more solito. Qui Consiliarij electi

sunt hij: Dominus Dessa Amblasij, dominus Valentinus Casariza, dominus Georgius Cega, dominus Duymus Domiche, dominus Siluester de Mengas, dominus Thomas Janniche, dominus Matheus domini Luce, dominus Dessa Smiti.

Die lune XXIII. Octobris congregatis Consiliarijs in palacio Communis Tragurij, inter quos dominus Palmerius domini Falci Potestas predicte Ciuitatis proposuit, quod sit de Maiori Consilio faciendo prouidendum et faciendum, petens sibi consilium exhiberi. In quo post multas concionaciones placuit maiori parti, facto inter eos partito per ipsum dominum Potestatem, quod eligantur ad presens quadraginta Consiliarij. Qui Consiliarij electi sunt hij quadraginta: Sier Comes dominus Jannicha, sier Comes dominus Luzius, sier Comes dominus Andreas Comitis Marini, dominus Dessa Morsiche, dominus Marinus Cosariczi, dominus Nicola Casiocti, Petrus Valentini, Julla Plati, Gregorius domini Luzi, Janninus Diuoiz, Raddus Petri, Georgius Galuici, Petrus Celic, Simon Comitis Marini, Petrus Duymi, Maurus Stochi, Nicola Longus, Cibrianus Marini, Amblasius Martini, Marinus Bertanni, Dessa Duymi Celie, Strehia, Gausinnia Marini, Stephanus Doymi Celie, Doymus de Casarizi, Marinus Stephani, Temini Vite, Redosij de Firmino, Barti Siluestri, Matheus Dobri.

Consiliarij facti die XV. Octobris; Dessa Amblasij, Valentimus Casariz, Georguis Cega, Duymus Domiche, Siluester de Mengas, Thomas Janniche, Matheus domini Luce, Dessa Smiti.

Infrascripti sunt Aduocati electi per Consiliarios die predicta: Priula Casiocti, Dessa Morsiche Faue, Gregorius domini Luzi, Petrus Duymi Ceghe.

Isti sunt Camerarij: Julla Ploci die Mercurij tercia iurauit, Serbella Desse die Dominico septima iurauit.

Trau város régi statutarius könyvéből Lucius Memorie storiche di Trau 204. l.)

299.

IV. László király Chanad nemzetségbeli Tamás comest Pongráczmak fiát Csanád, Orod és Temes megyei családi birtokában megerősiti. 1285.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Comes Thomas filius Pangracij, filij Kelemus Bani, nepos Belerig de genere Chanad, petendo a nobis humiliter, quod consideratis suis fidelibus seruicijs meritorum, et specialiter pro facto mortis Ladizlai fratris sui vterini, qui in nostris prouincijs per Cumanos crudeliter extitit interemptus; omnes possessiones suas hereditarias, in Comitatibus scilicet Chanadiensi, Orodiensi et Thimisiensi existentes, solum ipsum separatas ab alijs fratribus suis fratruelibus in vsu fructuum concernentes, authoritate nostra Regia defenderemus, et eundem illesum ab omnibus inuasoribus, tam Cumanis, quam eciam a nobilibus Regni nostri, et eciam de generacione sua, quia ipse discessit et recessit ad alias possessiones suas cum nobili domina matre sua adductas et traditas in Kereskwz existentes, conseruaremus, et si quas ex eis aliqui fideles nobiles Regni nostri vel Cumani nomine possessionum hereditariarum, quia essent ad presens habitatoribus destitute, sibi dari et conferri a nobis, vel a Stephano aut Bela Regibus parentibus nostris felicium recordacionum postulassent, perquisita veritate ipsa collacionem et donacionem dignaremur reuocare, et easdem possessiones in toto vel in parte ipsi Comiti Thome restituere et resignare. Quarum quidem possessionum nomina inferius declarantur; videlicet Zent Leurench, Kysfalw, Molumzegh, Ladan, Palata, Pradanmunustura, Bodugazzonfalwa, Scauath, cum piscinis et omnibus

suis piscaturis, Temerken, Keer, Paducy cum terra Agar vocata et piscatura Agarfoka et Agartho vocatis; item Chaka, Pasan, Zent Miklos, cum piscaturis Patoktho, Chakato et Pasanto vocatis in longitudine et latitudine; item medietas possessionis Beel; item medietas possessionis Kwkener; item medietas possessionis Pabe, et medietas possessionis Zambur; item medietas possessionis Chawas eum loco molendini; item medietas possessionis Kalanteluk similiter cum loco molendini. Et quia peticio ipsius Comitis Thome fore iusta videbatur et cordi nostro valde placida; sed non constabat nobis, vtrum ipse possessiones sue fuerint, et ad ipsum solum pertinerent; ideo venerabili in Christo patri domino Gregorio Episcopo et Capitulo Chanadiensis Ecclesie fidelibus nostris litteratorie dedimus in mandatis; quod conuocatis commetaneis et vicinis predictarum possessionum, et maxime nobilibus de genere eiusdem Comitis Thome, cum quibus omnes alias possessiones suas communiter se dicebat possidere, sciant et inquirant omnimodam veritatem, vtrum predicte possessiones ad ipsum solum Comitem Thomam in proprietate et in vsu fructuum pertineant, an cum alijs nobilibus de generacione sua; et sicut eis veritas de premissis et singulis premissorum constitisset, nobis seriatim rescribere debuissent. Tandem ijdem Episcopus et Capitulum nobis rescripserunt in hunc modum; quod cum nos conuocacionem et congregacionem trium Comitatuum, videlicet Themessiensis, Orodiensis et Chanadiensis per Magistrum Martinum dictum Palachk fidelem nostrum authoritate nostra Regia pro quibusdam nostris negocijs peragendis fieri in Chanadino iussissemus; ipse dominus Episcopus et Capitulum Chanadiensis Ecclesie de nostro mandato, vt premisimus, ab omnibus vicinis et commetaneis presentibus in eadem congregacione, et specialiter a nobilibus et fratribus patruelibus de genere eiusdem Comitis Thome, videlicet Makou Bano filio Isac, Gregorio filio Elek, Dionisio et Gregorio filijs Chanad, Dominico Barnaba et Michaele filijs Comitis Barnabe, Benedicto filio Philippi, Theodoro et Ireneo filijs Dominici, ac Petro filio Wgud in eadem congregacione existentibus, publice assurgendo quesiuisset, de predictis possessionibus proprietatem attributam predicto Comiti Thome filio Pangracij, et vsuum fructuum earundem sibi soli perti-

nere. Qui quidem nobiles trium Comitatuum et omnes fratres patrueles prefati Comitis Thome vna voce respondissent, quod omnes possessiones predicte ipsi Comiti Thome filio Pangracij et suis parentibus semper pertinuissent, et nunc pertinere dinoscerentur; exceptis alijs omnibus possessionibus nobilium predictorum, quas cum fratribus suis patruelibus predictis communiter dinoscerentur possidere; prout in litteris Regis Bele felicis recordacionis fassi fuissent plenissime contineri. Nos igitur scita inquisita exinde omnimoda veritate, vt premittitur, quod omnes predicte possessiones Comiti Thome filio Pangracij antedicto et filijs eiusdem sint hereditarie, et sibi soli in vsu fructuum pertinere, ipsum Comitem Thomam cum filijs et cum omnibus possessionibus suis prenotatis ad nostram recepimus proteccionem specialem, reuocantes omnes donaciones et tradiciones earundem possessionum, si quas nos cuiquam fecissemus, aut nostri predecessores Reges fecissent, restituentes omnes predictas possessiones in toto et in parte cum omnibus vtilitatibus et piscaturis sibi attinentibus predicto Comiti Thome et filijs suis ac heredibus eiusdem vniuersis perpetuo possidendas; pronunciantes omnes litteras nostras et nostrorum predecessorum Regum cassas, friuolas et inanes, si quas forsitam aliquis per quamcunque concepcionem verborum potuissent obtinere. Hoc non pretermisso, quod Mako Banus et Gregorius filius Elek assurgendo in eadem congregacione dixissent, quod quia ipsi essent fratres patrueles et proximiores in linea consanguinitatis ipsi Comiti Thome; ideo si ipsum eis premori contingeret sine herede, tunc principaliter non ad alios de generacione sua, sed ad ipsos predicte possessiones deuoluerentur; et e conuerso, si ipsi nobiles sine herede decederent, omnes possessiones eorundem ipsi Comiti Thome et filijs suis similiter deuoluerentur; prout eciam in litteris eiusdem Bele Regis plenissime dinosceretur contineri. Et hoc ijdem predicti nobiles de generacione ipsius Comitis Thome affirmassent; saluo eo, quod porcio magni Philippi filij Belenigh inter ipsos indiuisa remansisset, et communiter fructus earundem vterentur, iuxta condiciones in predictis litteris Regis Bele contentas. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus dilecti

nostri et fidelis, venerabilis in Christo patris domini Thome Episcopi Waciensis aule nostre Vice Cancellarij anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, sexto kalendas Maij Indiccione duodecima, Regni autem nostri anno decimo quarto.

(**Báthory István országbirónak 1372-ki októvás átiratából, a budai királyi kamarai levéltárban.**)

300.

IV. László király megerösiti a hybe-i vendégeknek privilegiumait. 1285.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod hospites nostri de Hybe ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium domini Stephani Dei gracia Serenissimi Regis Hungarie karissimi patris nostri pie memorie, super libertate ipsorum confectum, petentes a nobis cum instancia, ut ipsum priuilegium ratum habere, et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cujus tenor talis est.

Stephanus D. gr. Hungarie stb. Rex. stb. (következik V. István királynak 1270-ki privilegiuma, mint gyüjteményünk VIII. vagyis a második folyam III. kötetében 311. l.)

Nos itaque iustis, et legitimis supplicacionibus et peticionibus eorundem fidelium hospitum nostrorum de Hybe inclinati, dictum priuilegium karissimi patris nostri non abrasum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte viciatum, de verbo ad verbum presentibus insertum, authoritate et patrocinio presencium duximus confirmandum. In cuius rei memoriam perpetuamque stabilitatem presentes concessimus litteras

dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Thome miseracione Diuina Episcopi Vaciensis, aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto. Regni autem nostri anno decimo quarto.

(III. Endre királynak 1297. megerősitö okmányából néhai Rajcsányi Ádám gyüjteményében.)

301.

IV. László király Pous comest Mersának fiát a Batur helységet tárgyazó 1283-ki 250. sz. a. adományában megerősiti. 1285.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in Domino sempiternam. Vt collaciones Regum perpetuo robore fulciantur, debent non inmerito litterarum patrocinio communiri. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Comes Pous filius Merse ad nostram accedens presenciam nobis dixit conquerendo: quod cum nos quandam terram drauchariorum nostrorum Batur vocatam respectu seruiciorum suorum, et duorum equorum suorum bonorum pro nostra persona valencium, nec non quinquaginta equarum suarum de equacia sua, sibi contulissemus, prout in nostro priuilegio exinde confecto plenius vidimus contineri; ipse quosdam incolas dicte terre, videlicet Farcasium et Jurk, Isep ac filios suos, Nicolaum filium Syke, nec non Symoun filium Cheet, ac cognatos ipsorum, propter temporis inpacati turbaciones et Regni nostri varia discrimina de ipsa terra deponere seu expellere nequiuisset; petens a nobis cum instancia, vt nos collacionem sibi per nos factam conseruare, et conseruando innouare, ac innouando confirmare

liberalitate Regia dignaremur. Nos itaque ipsius Comitis Pows peticionibus fauorabiliter inclinati, volentesque ipsius obsequijs, et restauracione duorum equorum suorum, ut premisimus, bonorum, et quinquaginta equarum suarum per nos receptarum, occurrere Regio cum fauore: ipsam terram Batur drawchariorum nostrorum, super qua ecclesia in honore Beati Martini fundata esse dicitur, eidem Comiti Pows reli(n)quimus, tradimus et conferimus, ac collacionem ipsius factam innouando confirmamus, iure perpetuo pacifice possidendam, dantes eidem plenam auctoritatem dictos incolas ipsius terre seruando in ipsa terra si uoluerit, vel deponendi de eadem. Volentes, vt omnes littere per dictos Farcasium et socios suos seu quoslibet alios impetrate, seu instrumenta ac priuilegia optenta, uiribus careant et inania habeantur, et ubicunque exhibita fuerint, nullius sint penitus firmitatis. Vt igitur huius nostre collacionis (series) robur optineat perpetue firmitatis, nec possit ullo unquam tempore in irritum retractari; presentes eidem Comiti Pows concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Thome Dei gracia Episcopi Waciensis aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC° octuagesimo quinto pridie kalendas Junij, indiccione tredecima, Regni autem nostri anno tredecimo.

(Eredetie bőrhártyán, az egykor függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

302.

IV. László királynak Durma nevü földet tárgyazó adománya János Jakabnak fia számára. 1285.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem: quod Johannes filius Jacobi ad nostram accedens presenciam a nobis pecijt diligenter, ut quandam terram Durma vocatam in Comitatu de Vngh existentem, super qua quidam Odun nomine residebat, qui nunc heredum carens solacio dicitur decessisse, eidem de benignitate Regia dare et conferre dignaremur. Verum quia de qualitate et quantitate dicte terre non constabat, et vtrum sit sine herede decedentis, tunc nobis non constabat, fidelibus nostris Preposito et Conuentui de Lelez nostris dederamus litteris in mandatis, vt cum Stephano filio Jako homine nostro testimonium ipsorum idoneum transmitterent fidedignum, coram quo idem homo noster prefatam terram, si sine herede decedentis inueniret, extunc presentibus commetaneis et vicinis, reambularet, et eidem statuat, si non fieret contradictum. Qui postmodum nobis rescripserant, quod cum prefato homine nostro testimonium ipsorum misissent fidedignum, et quod presentibus commetaneis et vicinis eidem statuissent nullo contradictore apparente. Nos vero consideratis seruicijs et fidelitatibus prefati Johannis, que idem in omnibus expedicionibus Regni nostri fideliter exhibuit et inpendit, prefatam terram Durma cum suis vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis, eidem et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo duximus conferendam; et super hoc nostrum eidem conferemus priuilegium, cum presentes nobis fuerint reportate. Datum prope monasterium Sancte Barbare in quindena Pentecostes anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto.

(Az egri káptalannak 1384-ki átiratából, mely 1643. és 1762. a leleszi konvent által ujonnan átiratott; a budai kir. kamarai levéltárban.)

303.

IV. László király megerősiti a Garam melletti sz. benedeki apátság népeit törvénykezési szabadságukban. 1285.

Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie fidelibus suis Borsensi, Nytriensi, de Kamarun, de Pylis, de Zolum et Chengradiensi Comitibus pro tempore constitutis salutem et graciam plenam. Cum dominus Bela auus, et Stephanus pater noster karissimi, illustres Reges Vngarie clare recordacionum, sicut in priuilegijs eorumdem vidimus contineri, vniuersos populos Monasterij Sancti Benedicti de Goron a cuiuslibet Parochialis Judicis judicio exemerint; et nos ipsos populos in eadem libertate velimus conseruare,pietate Regia condescendentes eisdem; fidelitati vestre damus firmiter in mandatis, quatenus populos predicti Monasterij in nullo casu debeatis iudicare, seu eciam in aliquo molestare; quia nos eosdem populos proteccioni Thome filij Andree Comitis duximus committendos. Volentes, vt si qui aliquid accionis habuerint contra populos sepedictos, in nostri presencia experiantur cum eisdem, iuris ordine observato, uel coram Judice Curie nostre. Datum Bude in octauis Natiuitatis Domini, anno eiusdem M°CC°LXXX° quinto.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 624. l.)

304.

Daadolo János velenczei doge megbizottukat küld Trau városához. 1285.

Johannes Dandulus Dei gracia Veneciarum etc. Dux prudentibus viris Rectori et Vniuersitati Traguriensi dilectis suis salutem et dileccionis affectum. Ecce viros nobiles et prudentes Marcum Treuisanum, et Jacobum Michael, dilectos fideles et ambasciatores nostros ad vos personaliter destinamus; prudenciam vestram rogantes et hortantes attente, quatenus ea, que ijdem ex parte nostra dixerint, indubitanter credatis, et curetis effectui demandare. Datum in nostro ducali palacio XII. Augusti, XIII. indiccione. (1285.)

(Lucius, De rebus Dalmatiae et Croattae libri sex, Bécs 1757. 178. l.)

305.

Miklós nádor Laztay helységét a kedhelyi apátságnak adományozza. 1285.

Quoniam teste sapiencia bonorum operum gloriosus est fructus, tanto quisque in eterne claritatis regno gloriosior constituitur, quanto nunc in operibus bonis religiosior et deuocior inuenitur. Fallax autem, immo nulla est gloria, quam non sincerum sancti operis meritum parturiuit. Harum rerum clara consideracione permoti nos Nycolaus Comes Palatinus filius Heinrici quondam Bani tam presentibus quam futuris hominum generacionibus fieri cupimus manifestum, quod in

elemosinarum largicione, que a morte liberat, et animam non patitur ire in tenebras, fortem habentes fiduciam, villam nostram Laztay vocatam, commetaneam et collimitaneam possessioni Monasterij Montis Sancte Marie, quam a Jacobo Comite filio Ponith sub forma iuste, legalis ac spontanee commutacionis rite accepimus, predicto Monasterio Montis Sancte Marie, cum agris, vinetis et vniuersis iuribus atque utilitatibus ad eam pertinentibus, sub metis ac limitibus, quibus nos eam tenuimus libera donacione contulimus sub titulo iuste proprietatis perpetuo possidendam. Constat vero, eandem possessionem coram Capitulo Ferrei Castri jvre commutacionis ad nos fuisse legaliter deuolutam, sicut in litteris eiusdem Capituli super eodem concambio confectis luce clarius continetur. Sic eciam possessionem illam prenominato Monasterio dedimus vt nullus jobagionum sev nobilium aliquam proprietatem se in eadem possessione, seu libertatem sibi possint vel debeant vendicare. Vniuersi autem quacunque prerogatina premineant, more colonorum ville illius censu annuo ipsi Monasterio tenebuntur. Alioquin eos Abbas et Conuentus de possessione illa poterunt de iure, si voluerint, remouere. In cuius rei testimonium presentes litteras eidem Monasterio dedimus sigillis domini Jahannis Bani dilecti fratris nostri, et nostro, fideliter communitas. Testes autem sunt Comes Laurencius de Nek, Symon et Mychahel Comites de Martin, Gregorius, Andreas et Schvr Comites filij Petri, Comes Herbordus de Osl, Durizlaus et Ladizlaus cari nostri, et alij quam plures. Actum et datum anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo octogesimo qvinto XVI. kalendas Ivlij.

(Eredeti bőrhártyán, melyről a két sárga zsinóron függött pecsétoknek előbbike elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban. Ugyanazon adományra vonatkozik Miklós nádornak egy másik, szintén 1285-ki okmánya Fejérnél Cod. Dipl. V. k. 3. I. 308. l.)

306.

Lodomér esztergami érsek bizonyságot tesz arról, hogy az esztergami szent-tamási káptalan a főkáptalan javára az Ebeden követelt halászati jogtól elállott. 1285.

Nos Lodomericus Dei gracia Strigoniensis Archiepiscopus et Comes Perpetuus loci eiusdem, significamus vniuersis, quibus expedit, presencium per tenorem: Quod cum inter discretos viros karissimos in Domino fratres nostros, Magistrum videlicet Andream Doctorem Decretorum Prepositum, et Capitulum Ecclesie nostre Strigoniensis ex una parte, et inter Magistrum Benedictum Doctorem Decretorum Prepositum Ecclesie Sancti Thome martiris de Promontorio Strigoniensi et fratres sev Canonicos Ecclesie sue ex altera, suborta fuisset materia questionis super piscarijs, piscaturis, siue piscinis vsonum et sturionum constitutis in Danubio circa villam nostram Ebed vocatam, in quibus ipse Magister Benedictus se ac predictos fratres suos, Canonicus Ecclesie sue, pretextu trium hominum suorum, commoranciam in vna solaque curia de eadem villa Ebed, dicebat porcionem habere debere, illam scilicet, que a piscatoribus earundem piscinarum, annis singulis, ab antiqua consuetudine temporis cuius vix extat memoria, predictis fratribus nostris Preposito et Capitulo Ecclesie Strigoniensis debetur. Tandem partes pro bono pacis perpetue ad talem composicionem, scita et intellecta huius rei veritate a senioribus et veridicis hominibus, quibus longa diuturnitas dierum et temporum testis erat pariter et magistra, se deuenisse dixerunt: Vt ipse Magister Benedictus et fratres sui Canonici predicte Ecclesie Sancti Thome, ad sui cordis meram conscienciam recurrendo, cesserunt plane et simpliciter questionibus et omnibus iuribus, actionibus et excepcionibus suis, eis in hac parte competentibus, et competituris sibi, que adpresens, sicut prediximus, intentabant aut intentare de iure poterant uel de facto, predictas piscaturas

relinquentes administrari pacifice ad vsum predictorum Prepositi et Capituli Ecclesie Strigoniensis, sicut ab antiquo tempore usque nunc fuerat consuetum; ita, ut de facto earundem piscaturarum nec ipse Magister Benedictus, nec Canonici Ecclesie sue, aut aliquis successorum ipsorum ueteres resumere, uel novas immitere aliquo modo uel ingenio poterunt questiones, facientes finem et remissionem, prudentes, scientes et ydonei, et pactum uestitum de vlterius non petendo. In cuius in (igy) firmitatem et memoriam sempiternam presentes litteras ad peticionem et instanciam parcium predictarum nostro sigillo dari fecimus communitas. Datum Strigonij anno Domini M°CC°LXXXV° vicesimo secundo die Pasce.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 625. l.)

307.

Lőrincz jadrai érsek, Srimaz és Zuri szigeteket tárgyazó Sebenico érdekében hozott határozatát visszavonván, Jadra városnak azokra vonatkozó jogát elismeri. 1285.

Venerabili in Christo fratri domino fratri Georgio Dei gracia Episcopo Traguriensi, amico in Christo dilecto Laurencius Periander Jadrensis Archiepiscopus salutem et fraternam in Domino caritatem. Cum pridie siue noviter, quando placuit vobis consecracioni ecclesie nostre personaliter interesse; presentibus venerabili patre domino fratre J. Archiepiscopo Spalatensi, et vobis, cum alijs suffraganeis eius atque nostris, quamdam litteram sigillo nostro signatam Petro Archidiacono Sibinicensi et Sibinicensibus concessimus super duabus insulis, Srimaz scilicet et Zuri; dicentes in eadem, quod iste due insule, sicut audieramus, erant et pertinebant ad Sibinicenses. Postea dum per antiquos homines et fide di-

gnos, audientes et intelligentes plenius veritatem, visis quibusdam eciam instrumentis et priuilegijs, in quibus manifeste probatur, quod predicte insule pertinebant et erant de iure et proprietate Ciuitatis Jadrensis a tempore, cuius non extat memoria: predictam confessionem nostram per errorem factam, quam propter ignoranciam, aut negligenciam seu occupacionem nimiam occasione dicte consecracionis ecclesie nostre fecimus de consilio sapientum et religiosorum, auctoritate presencium totaliter reuocamus, irritamus; irritantes et cassantes eamdem, in hoc iura canonica exequentes, iuxta verbum Summi Pontificis dicentis: „Sentenciam Romane Sedis non negamus posse in melius commutari, cum aliquando dictum fuerit aut scriptum contrarium veritati.“ Et ne occasione dicte testificacionis nostre sicut nulle et tanquam nulle, processu temporis inter Ciuitatem Jadrensem et Castrun (?) Sibenicensem questio aliqua valeat suscitari; presentem litteram reuocatoriam nostri sigilli pendentis munimine, ac eciam signo et nomine infrascripti Notarij roboratam vobis duximus transmittendam. Datum Jadre anno Domini M°CC° octuagesimo quinto, indiccione XIII. die secunda mensis Junij. Presentibus venerabili patre domino fratre Augustino Dei gracia Episcopo Ciuitatis Noue Nouesia, et religioso viro Johanne Abbate Sancti Grisogoni; nobilibus viris Marino Girardo, et Ricobono de Venecijs, nunc mercatoribus Jadrensibus.

Ego Laurencibus Dei gracia Jadrensis Archiepiscopus manu propria.

Ego Vincencius Ecclesie Sancti Stephani Presbiter et Jadrensis Notarius hys interfui, et de mandato predicti Archiepiscopi hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 117. l.)

308.

Pál horvátországi bán Jadra várost ajánlja a pápa pártfogásába. 1285.

Sanctissimo in Christo patri et domino Clementi (? VI. Honorius volt akkor pápa) Divina providencia Sacrosancte Romane Ecclesie Summo ac Uniuersali Pontifici, domino suo plurimum reverendo, Paulus Banus Chroatorum, et Dominus Bosne, pedum oscula beatorum cum prontitudine serviendo (igy). Quia non qui inceperit, sed quod persevaverit, recipit bravium; ac illud presertim pium est laudandum, quod fine clauditur meliori: idcirco in deuocione debita permanere, et cum prompta ac fideli continuacione serviciis servicia accumulare, Vestreque Sanctitatis mandatis et preceptis, non parcendo periculis et expensis, per omnia cupiens obedire; considerans Vestre Dominacionis contra Venetos latas sentencias, ac eorum visa protervia et duricia, ob honorem et gloriam Sancte Matris Ecclesie in medium Jadratinorum nostrorum devotorum et fidelium, qui Vestre Sanctitatis speciali ducti fiducia, a Venetorum violento dominio recedentes ad libertatem debitam pervenerunt: requisitus per eosdem, meum primogenitum, Banum Maladinum Banum Bosnensium, misi cum potencia ad defendendum et manutenendum et protegendum predictos Jadratinos, tamquam odediencie filios et devotos, contra Ventos supradictos. Sane quia dicti Veneti continuo tenent galeas armatas ante Jadram, in insulas ipsorum devastando, nec habeam ad presens galeas ad obviandum eisdem hostiliter, sicut decet rebelibus Ecclesie: Sanctitati Vestre placeat de benignitate consueta taliter super hec providere, quod dicti Jadratini fideles vestri et devoti, non possint, nec valeant per dictos Venetos, vel per aliquos amicos et fautores eorum, prece et precio infectos, modo aliquo agravari, vel aliqualiter molestari; cum aliqui obliti sue salutis proprie et mandati Vicarii Jesu Christi, tam apud Ferrariam ausu temerario se oppo-

suerunt toto posse manifeste, quam hic oponere contra nos videantur; sed quod liberi et securi prefati Jadratini Vestre Sanctitatis mediante auxilio, consilio, proteccione speciali, et fauore, sicque protegantur, quod alii exinde speculum et exemplum habeant, similia sine esitacione aliqua securius faciendi, ac Vestre Sanctitatis beneplacitis et mandatis per omnia cum obediencia debita complacenda; et quod Veneti antedicti de sua protęrvia non possint amplius gloriari, sed eorum pena et correccio sit metus multorum, et deinceps non attentet aliquis ac presumat similius contra Romanum Pontificem et Vniuersale Dominium perpetrare Domino concedente. Datum Scardone die XVI. Junii.

(Az egykori velenczei köztársaság „Commemoriali" czimű államkönyvének I. kötete 168. l. után, a belgrádi tudományos társulat „Glasznik"-jából XV. köt. 205. l.)

309.

Gergely trau-i püspök és Trau város közti eggezkedése a tized tárgyában. 1285.

In Dei nomine Amen. Anno Domini M°CC°LXXX°V°, indiccione XIII° die dominico XXX. Decembris; temporibus domini Ladislai Dei gracia Serenissimi Regis Vngarie, venerabilis patris domini Gregorij miseracione Diuina Episcopi Traguriensis; Magnifici viri domini Gregorij Comitis Tragurij, et nobilis viri domini Palmerij domini Falci de Firmo Ciuitatis Tragurij Potestatis. Ad honorem et reuerenciam Dei Omnipotentis et Beate Marie Virginis, nec non et Beati Laurencij martiris, et Sancti Johannis confessoris. Predictus venerabilis pater dominus Gregorius Traguriensis Episcopus, vna cum domino Geruasio Archidiaceno Primicerio Casiotto, et toto Capitulo sue dicte Ecclesie Sancti Laurencij Episco-

patus Traguriensis, nomine et vice dicti Capituli ex vna parte; et nobilis vir dominus Palmerius domini Falci de Firmo predicte Ciuitatis Tragurij Potestas, de voluntate Generalis Consilij dicti Communis ex altera; vnanimiter et concorditer super decimis dandis ad talem concordiam deuenerunt, scilicet: quod quilibet Traguriensis ciuis teneatur et debeat exhibere decimam hoc modo; pro quolibet boue arante vnum modium bladi, scilicet medium modium grani, et medium ordei, pro omnibus decimis debito exhibendis, exceptis decimis agnorum. Illi vero, qui terram proprijs manibus colunt, vel boues alienos conducunt, decimam consuetam dare teneantur, sicut hactenus persoluerunt. Et si blaue deuastarentur casu fortuito temporibus guerrarum vel tempestatum, quod sit in voluntate laborantis de dando vel decimam de eo quod recolligeret ille qui laboraret, vel ipsum modium pro quolibet boue. Quam decimam quilibet dare teneatur quolibet anno vsque ad kalendas Augusti; et si quis non daret vsque ad dictum terminum, soluat Communi Tragurij pro banno X libras Venetorum paruorum, et nihilominus dictam decimam dare teneatur. Et Potestas, Consules et Judices Communis Tragurij, qui pro tempore fuerint, teneantur predicta facere obseruari, et operam efficacem dare vt obseruentur; et si aliquis vel aliqui non dabunt ipsas decimas, ut supra dictum est, Potestas,Consules et Judices, qui pro tempore fuerint, faciant publice bandiri; et inhibeant, vt nullus laboret de terris et possessionibus illius, qui non daret decimam ad bannum predictum; et ipsa banna teneantur exigere pro Communi. De quo concordio duo sunt scripta consimilia instrumenta, videlicet vnum pro qualibet parte. Actum Tragurij in palacio predicti domini Episcopi; presentibus sapientibus viris dominis Dessa de Amblasio, Gregorio de Cega, Thoma Janiche, Mattheo de Pascha, Amblasio Desse, Gregorio Gualimerij, et Dessa Duymi de Morsica examinatoribus testibus.

Ego Dessa Duymi examinator conscius examinaui.

Et ego Jacobus de Firmo Communis Tragurij et predicti domini Potestatis Juratus Notarius rogatus scripsi et publicaui.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 138. 1.)

310.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Jakab Óvári Korald mester fia, és Kemen comes, peres ügyeikre nézve barátságosan egyezkedtek. 1285.

Nos Capitulum Quinqueecclesiensis Ecclesie memorie commendamus, quod Jacobus filius Magistri Coraldi de Owar ab una parte, et Comes Kemen filius Laurencij ex altera in nostri presencia constituti; super litibus siue causis, discordijs et iniurijs motis — — — — os, sicut — — — — secundum arbitrium Comitis Egidij filij Petri de Sancto Dyonisio, Andree filij Petri, Teha filij — — — de genere Budmer, Gregorij Bani filij Phylpus, et Arnoldi de Boxa de genere Nempthy, aliorumque proborum virorum comprouincialium, dixerunt se taliter concordasse: quod quia idem Comes Kemen eundem Jacobum et seruientes suos quosdam indebite captiuauit, equos, (animalia) et uestes eiusdem Jacobi et seruiencium suorum, ac ceteras res quaslibet et bona eorundem auferendo: ex eo idem Comes Kemen dabit centum marcas, quas pro liberacione ipsius Jacobi recepit a — — — refundet eidem Jacobo coram nobis in terminis infrascriptis. Preterea si idem Jacobus in sabbato proximo post diem Cinerum hoc in anno (cum) sexaginta hominibus nobilibus prestiterit sacramentum coram nobis super eo, quod idem Kemen supra tres uillas eiusdem Jacobi Nogkemed, (Kys)kemed et Jula vocatas die fori, quod quidem forum in predicta villa Kemed celebratur, irruendo destruxerint easdem, in qua quidem destruccione in predicta villa Jula sex Gallici jobagiones eiusdem Jacobi sint interfecti, quorum homicidia sunt computata ad sexaginta (octo) marcas, et predictarum villarum dampnum ad triginta duas marcas; extunc idem Comes Kemen ipsas centum marcas persoluere tenebitur predicto Jacobo in terminis tunc per nos assignandis. Ceterum in dominica die qua cantatur — — — idem Comes Kemen intrabit vnam domum pro carcere apud

fratres Predicatores de Quinqueecclesijs, mansurus in eadem solus septuaginta tribus diebus, in septuagesimo autem quarto die manebit cum centum hominibus nobilibus, de quo exeundo cum eisdem hominibus idem Comes Kemen discalciatus, selicto cingulo, supplicans eidem Jacobo reuerenciam faciendo. Supra dictarum autem ducentarum marcarum tunc per eundem Comitem Kemen persoluendarum predicto Jacobo termini sunt isti: scilicet iu octauis Epiphanie Domini proxime venturis Comes Kemen dabit quinquaginta marcas; item in octauis Beati Gregorij dabit vigintiquinque marcas, et duos equos valentes sex marcas insimul, hoc est quilibet equus valeat tres marcas et non ultra; item in octauis Apostolorum Phylippi et Jacobi dabit vigintiquinque marcas, et eciam duos equos similiter ualentes sex marcas; item in octauis Sancti Regis dabit quinquaginta marcas; item in octauis Epiphanie Domini dabit quinquaginta marcas. Tamen quorumlibet terminorum soluciones (partim in pensis b)analibus sex pen(sas) pro marca computando, partim in extimacione condigna fiant semper. Hoc non pretermisso, quod quilibet eciam seruientes eiusdem Comitis Kemen, quos ipse secum habuit tunc, quando eundem Jacobum captiuauit, quamdiu apud eundem Kemen erunt, super captinacione et spoliacione eiusdem Jacobi erunt expediti, si uero se ab eiusdem Comitis Kemen seruicijs — — noue se alias remouerint, idem Jacobus extunc contra quemlibet ex ipsis liberam agendi et procedendi quomodolibet plenam habebit facultatem. E contra Jacobus supradictus a quibuslibet seruientibus suis, illis scilicet, quoscunque tunc secum habuit, quando et seruientes suos idem Kemen captinauit, iam nunc ipse Jacobus eundem Comitem Kemen tenebitur expedire semper — — que; excepto Corraldo filio Jone, qui quidem Corraldus donec apud eundem Jacobum maneat, idem Jacobus ab eodem Corraldo expediet Comitem Kemen antedictum; si uero ab eodem Jacobo idem Corraldus se remouerit, iam tunc idem Jacobus non tenebitur expedire. Si qua uero parcium de huiusmodi composicione aut in toto aut in parte resilierit quandocunque, aut forte in futurum motrix uel suscitatrix discordiarum iniuriarumue extiterit, et quandocunque super hys omnibus Comes Egidius filius Petri, Andreas filius alterius Petri, Gregorius Banus filius Phylpus, et Ornold de

Boxa per modum judiciorum, uel per modum arbitrij facient concordiam inter partes: pars non consenciens arbitrio uel iudicio eorundem quatuor nobilium, ad quorum dicta, et secundum relata eorum contra quamlibet partem dabimus litteras nostras domino Regi vel judici suo cuilibet deferendas. Itaque si predictus Comes Kemen, sicut premittitur, contumax fuerit repertus, extunc sine strepitu alicuius judicij ante litis ingressum persoluere debebit ducentas marcas Jacobo antedicto, et insuper Mychael filius Comitis Nicolai de genere Budmer centum marcas eidem Jacobo soluere debebit, prout idem Mychael impresenciarum astando ad hec se obligauit spontanea uoluntate; e contra si prefatus Jacobus, sicut premittitur, contumax fuerit repertus, extunc similiter sine strepitu alicuius judicij ante litis ingressum trecentas marcas soluere debebit Comiti Kemen sepedicto. Datum in quindenis Sancti Mychaelis anno Domini millesimo CC°LXXX° quinto.

(Eredetie börhártyán, felette megrongált állapotban, a mélt. báró Revay család levéltárában.)

311.

Trau város községének nyilatkozata, midőn Pál bán által a spalatoiak elleni háborura felszóllittatott. 1285.

In Dei nomine Amen. Anno Domini M°CC°LXXX°V° indiccione XIII. die dominico XV. Aprilis; temporibus domini Ladislai Dei gracia Illustris Regis Vngarie, venerabilis patris domini Gregorij Episcopi Traguriensis, Magnifici viri domini Georgij Comitis Traguriensis, et nobilis viri domini Palmerij domini Falci de Firmo Ciuitatis Traguriensis Potestatis; in publico et Generali Consilio Ciuitatis Tragurij, in palacio dicti Communis ad sonum campane, vt moris est, congregato. Nobilis vir Comes Stipsa filius Nanisse, nuncius et

ambaxator Egregij viri domini Bani Pauli, ex parte dicti domini Bani precepit Potestati et Communi Tragurij, vt exercitum deberent facere cum ipso Bano contra homines de Spalato, infedeles Regis Vngarie, et stare iuxta ipsum Banum; alioquin ipse dominus Banus habebit ipsos Tragurienses pro infedelibus, quemadmodum et Spalatenses, et eis faciet sicut Spalatensibus. Qui dominus Palmerius Potestas predictus nomine et vice Communis Tragurij, et pro ipso Communi; et eciam dominus Dessa Amblasij nobilis vir Tragurij voluntate ipsius domini Potestatis, et ad cautelam dicti Communis Tragurij, conuocatis in dicto Consilio venerabili patre domino Episcopo, et alijs pluribus clericis et laicis et religiosis personis protestati sunt et protestando dixerunt, quod dictum exercitum volontarie non faciunt, immo coacti, et per vim, mandato predicti domini Bani; et per hoc non volunt, nec intendunt venire contra concordiam factam cum Spalatinis; quia per vim faciunt Tragurienses modo exercitum contra Spalatinos. Actum Tragurij in palacio Communis; presentibus venerabili patre domino Gregorio Episcopo Traguriensi; domino Geruasio Archidiacono Traguriensi; domino Paulo Abbate Monasterij Sancti Johannis de Tragurio; domino Vgrino monacho dicti Monasterij; fratre Mauro et fratre Thoma de Ordine Predicatorum; fratre Stephano Guardiano et fratre Luca de Ordine Minorum; Stani Varicassi de Jadra; Syraccho de Ragusio; domino Joannino de Ponte; domino Joannino Salinbene, et domino Joannino Titiolo de Venecijs; et Duymo Domiche examinatore.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 116. l.)

312

Raguza község követei Cattaróban bizonyos letéteménynek, mely elvittetett, visszaadatását követelik. 1285.

In Christi nomine Amen. Anno Domini M°CC°LXXX°V° indiccione XIII. die penultimo mensis Octubris, Catari, in presencia Marchisij Rauacolli Consulis Venetorum in Cataro, Vgòlini de Marca, et Leonardi Bonuisini, mercatorum de Venecijs, testium ad hec vocatorum et rogatorum. In Consilio Ciuitatis Catari congregato per sonum campane, vt moris est, Sersius Clementis et Nicola de Crossia, nuncij et ambassiatores domini Comitis et Communis Ragusij, fecerunt et porrexerunt hanc protestacionem in scriptis, cuius tenor talis est:

Coram vobis dominis Judicibus, Consiliarijs et Communi Catari, nos Sersius Clementis et Nichola de Crossio, Nuncij et Ambassiatores nobilis viri domini Michaelis Mauroceni honorabilis Comitis Ragusij, Judicum et Consiliariorum, et tocius Communis dicte Ciuitatis Ragusij ad hoc specialiter missi, dicimus et proponimus pro parte dictorum domini Comitis et Communis Ragusij, quod cum Juppanus Desa, filius quondam domini Regis Ladislaui, et domini Bellosclaua mater eiusdem Dese, deposuerit in Ragusio quasdam res, venerunt Ragusium Johannes de Pribi Nicholaus Dobronis, Johannes Gymanoi Johannes Gille, Marcus Basilij, et Medosius Thome Dragonis Sindici et Procuratores Communis Catari ad hoc specialiter constituti stb. et acceperunt de manibus domini Comitis et Communis Ragusij dictas res de predicto deposito stb. (azoknak visszaadását igérvén, ha törvényesen követeltetni fognak.) Cum igitur prenotata Belosclaua mater dicti Dese nunc venerit Ragusium cum litteris domini Regis Vrosij, continentibus quod dicte res debeant dari prenotate domine Bellosclaue;

et petat dictas res de predicto deposito stb. (azoknak visszaadatását szorgalmazzák.)

(„Thomasinus de Sauere, Notarius Publicus Sacri Palacij, et ducali auctoritate, et Ragusii Scriba" — közokmányából, a bécsi császári titkos levéltárban.)

313.

IV. László királynak, Németi és Thóti helységeket tárgyazó adománya Pál mester veszprémi prépost számára. 1286.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarie, Cumanieque Rex omnibus, tam presentibus, quam futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in largitore salutis. Quum Regum et mundi Principum reverencie congruit et honori, ut suos subiectos de bonis efficere studeant summo opere meliores, non solum metu penarum; verum magis exortacione uberrima premiorum, ut in suis illustret largicio principalis zelum fidei purioris munificencijs donatiuis; cum nichil ipsis causandum esse credatur, quibus plurima dominus condonauit, et multorum dominio protulit, ac Regalis Troni fastigijs quodam quasi singulari miseracionis Diuine consilio presigniuit occulto, ut humana condicio ipsius, iugiter a primeuo libertate nature nulli prorsus obnoxia, Regum et mundi Principum submittatur imperio obnixius seruitura, exemplo sanctissimo euangelice ueritatis, que maiora et plurima pollicetur ministris et seruis fidelibus, qui in sibi traditis seu creditis, licet exilibus et minutis, zelum exhibuerunt operis per effectum propensioris diligencie seu fidei illibate. Hinc est, quod cum honorabilis et peritus vir Magister Paulus, Wesprimiensis Prepositus, Legum Doctor, qui nostro Regno, nobis et Corone a suis progenitoribus obsequiosus extitit et fidelis, ac nostris

et Regni nostri in seruicijs varios labores sollercius pertulit et erumpnas; eciam maria transfretando, et in Romanam Curiam frequencius nostris in obsequijs transeundo ac una presertim uice suis proprijs sumptibus expensis cercius sibi commissa semper inuiolate in rore fidei sedulis obsequijs comprobauit: nos Celsitudinis Regie de gracia liberali, uolentes ipsius Magistri Pauli Prepositi deuocionem et fidem largitis beneficijs ampliare, intendere et, ut congruit, repensare dampna, que pertulit, plurima, nostris obsequijs mancipatus Corone per obices et rebelles; duas eidem villas Regias liberas, quas hospites Regni nostri incolunt, videlicet Nempty et Thouty, prope Corpona constitutas ab una parte paucis intermedijs villis, ab alia uero prope villam Capituli Strigoniensis, Zebheleb uocatam, positas, collocatas te sitas supra viam magnam, qua itur in Zebnech Bana (Selmeczbánya), uel argenti fodinam, sic uocatam, cum telonio, uel tributo solito et usitato Regali, quod in ipsis exigi consueuit ab antiquo, exemptas et exceptas a iurisdiccione cuiuslibet omnino Comitis, uel Judicis, et specialiter Comitis nostri de Zolum, qui pro tempore fuerit Regie de Maiestatis indulto, in omnibus ciuilibus et criminalibus causis, tam nunc pendentibus, quam futuris, realiter et perpetuo eximentes; illo eciam non obstante, si qui forte nostre Serenitatis priuilegia exhiberent super donacione predictarum villarum, a nobis consimili sibi facta; quia etsi easdem pro tempore quibusdam concesserimus ad utendum et fruendum, perpetualiter tamen nulli, preterquam Magistro Paulo Preposito in presenti, et quia nostre Maiestatis bulle propter plurima de eisdem preter nostra mandata nostre teneritatis perniciose commissa in tempore, nobis, de beneplacito tocius Regni nostri, mandantibus abrogate fuerunt et incise; vnde si qua apparerent super eo priuilegia alia, illa penitus inania et uiribus decernentes uacuata; concessimus, dedimus et donauimus sibi, suisque successoribus, heredumque heredibus et deinceps, perpetuo possidendas; dantes eidem liberam facultatem alienandi, uendendi, cumque alia possessione permutandi cum ecclesiastica, uel priuata persona, donandiue inter uiuos, uel eciam in testamento relinquendi, Ecclesie nominatim, uel persone ecclesiastice, si uoluerit, uel alijs hominibus uel personis extraneis, uel suis agnatis, seu

cognatis, cuicunque et quandocunque uoluerit, cuiuscunque alienacionis transferre titulo, irreuocabiliter perpetuo possidendas. In cuius rei testimonium efficax et perpetuam firmitatem, presentes nostras priuilegiales concessimus litteras, sigilli nostri dupplicis karaktere communitas. Datum per manus Magistri Theodori Prepositi Zebeniensis, aule nostre Vice Cancellarij, dilecti et fidelis nostri; anno Domini M°CC°LXXX°VI°, indiccione quartadecima mense Nouembris, Regni autem nostri quintodecimo.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 692. l.)

314.

IV. László királynak Paagh helységet tárgyazó adománya a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1286.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod quia Paulus dictus Chomoz de genere Chak populos et possessiones Ecclesie Beate Virginis et domine Elysabeth sororis nostre karissime de Insula deuastauit et destruxit; quandam villam ipsius Paagh vocatam, quam ex nostra donacione possidebat, tum racione ipsius destruccionis eidem Ecclesie nostre illate, cum eciam pro eo, quia maior pars terre dicte ville Paagh Ecclesie nostre de Theluky fuisse dicitur, auferendo et alienando ab eodem, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis predicte domine sorori nostre, et per eam ipsi Ecclesie contulimus de gracia speciali iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. Datum Bude feria quinta proxima post Dominicam Palmarum anno Domini M°CC° octuagesimo sexto.

(Eredetie börhártyán, a hátul odanyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

315.

IV. László király azon javakat, melyeket Omodé mesternek adományozott, megerősiti özvegye és árvai számára. 1286.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem: quod quia Magister Omodeus bone memorie filius Omodei temporibus vite sue Bele auo nostro, et Stephano patri nostro karissimis felicium recordacionum Illustribus Regibus Hungarie, et demum nobis ab infancia nostra fideles semper et laudabiles inpendit famulatus: ob merita seruiciorum eiusdem, domine relicte ipsius et orphanis suis hanc graciam de benignitate Regia duximus faciendam, quod vniuersas possessiones, quas eidem Magistro Omodeo adhuc viuenti contuleramus, nostris priuilegialibus litteris confirmando, prefate domine relicte sue, et orphanis eiusdem reliquimus jure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, nec easdem ab ipsis alienare aut auferre intendimus, donec Domino concedente nobis fuerit vita comes; ymo promittimus, quod quamprimum Domino volente status Regni nostri in melius reformabiter, ipsam collacionem nostram predicto Magistro Omodeo, et per eum suis heredibus factam, mediante nostra aurea bulla, confirmamus; dummodo tenor presencium nobis in memoriam reducatur. Datum Bude tercio die quindenarum Pentecostes anno Domino M°CC° octogesimo sexto.

(I. Lajos királynak 1358. IV. idus Maii kelt megerősitő privilegiumából; a főmélt. herczeg Batthyány család levéltárában.)

316.

IV. László király visszavonja azon okmányokat, melyekkel Joachin mester hütlennek nyilatkoztatva volt. 1286.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendamus significantes vniuersis quibus expedit presencium per tenorem: nos intellexisse, quod Radislaus, et Stephanus frater ejusdem, tacita veritate, non ex consensu, nec ex conniuencia nostra litteras nostras priuilegiales recepissent super eo, quod Magister Joachinus in infidelitate perpetrata fuisset interemptus. Vnde cum idem Magister Joachinus nullam infidelitatem contra nostram Maiestatem commiserit, imo semper nostre Maiestati studuit multipliciter suis meritoriis seruicijs complacere: volumus, quod omnia priuilegia nostra et littere nostre, si que super huiusmodi facto contra dictum Magistrum Joachinum processerint, cassentur, et vbicunque fuerint presentate, uires non habeant, sed penitus pro irritis et cassis habeantur; quia dictus Magister Joachinus pro fidelitate Corone Regie debita per suos emulos extitit interemptus. Datum Bude quarto die quindenarum Pentecostes, anno Domini M°CC° octuagesimo (sexto.)

(Eredetie bőrhártyán a pécsi püspöki könyvtár okmányi gyűjteményében.)

317.

IV. Honorius pápa a raguzati érseket felhatalmazza, hogy a trebignei és stagnoi egyházak számára püspököket nevezzen.
1286.

Honorius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Ragusino salutem et Apostolicam benedictionem. Lecta coram nobis tua petitio continebat, quod dudum ad aures felicis recordationis Martini Pape IIII. predecessoris nostri pervento, quod Tribuniensis et Stragniensis Ecclesie Cathedrales tue provincie, metropolitico tibi iure subiecte, tanto tempore pastoribus iam vacarunt, quod earum provisio est ad Sedem Apostolicam secundum Generalis statuta Concilii legitime deuoluta; predecessor ipse dispendiis, que ex diutina vacatione imposterum Ecclesie predicte possent incurrere, per sue providentie studium intendens occurrere, ac gerens de circumspectione tua in Domino fiduciam specialem, tibi per suas dedit litteras in mandatis, ut si tibi constaret ita esse, predictis Ecclesiis, singulis videlicet singulas personas ydoneas de prudentum et religiosorum virorum consilio ea vice auctoritate sua preficeres in Episcepos et pastores, eisque ascitis tibi tribus vel duobus Episcopis, munus consecrationis impenderes, ac faceres ipsis a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Verum quia predecessor ipse, antequam predicte eius littere tibi presentate fuissent, debitum nature persoluit, nobis humiliter supplicasti, ut ne ex diutina vacatione prefate Ecclesie dispendia patiantur, providere super hoc misericorditer curaremus. Nos itaque, quibus ex iniuncto nobis Apostolatus officio sollicitudo Ecclesiarum imminet, dispendiis huiusmodi occurrere cupientes, fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus super premisis s auctoritate nostra pro·

cedas iuxta predictarum eiusdem predecessoris nostri continentiam litterarum. Datum Rome apud Sanctam Sabinam V. idus Martii Pontificatus nostre anno primo.

(Theiner Ágoston; Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia I. köt. 103. l.)

318.

Lodomér esztergami érsek a Vancsa érsek által az esztergami templomban alapított oltárt az ottani örkananokságához csato'ja. 1286.

Lodomerius Diuina miseracione Sancte Strigoniensis Ecclesie Archiepiscopus, eiusdemque loci Comes Perpetuus, vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in actore salutis. Pie męntis applectanda deuocio eo est benignius prosequenda, quo sancciori proposito talentum a Domino temporaliter acceptum in salutis ministerium pro animarum remedio commendatur, ut beneficio temporali in spirituales usus assumpto, resoluto corpore, nutriatur anima, fomentis spiritualibus delinita. Dadum siquidem venerabilis pater Stephanus Episcopus Prenestinus, tunc Archiepiscopus Sancte Strigoniensis Ecclesie felicis recordacionis pro remedio anime patris sui Comitis Vrbazij, cuius corpus intra porticum ecclesie Strigoniensis traditum extitit sepulture, intra campanilia supra uultam in honore Beate Lucie virginis construi fecit altare, illud pontificali ministerio dedicando, collatis ad ministerium eiusdem altaris et stipendium presbiteri ministrantis, pro remedio anime patris sui, duabus vineis, intra territorium vinearum de Striginio, et terra Vrkuta uocata (igy) prope Strigonium, cum omnibus vtilitatibus suis, silua, feneto et ceteris appendicijs, sicut in ipsius priuilegio exinde confecto plenius continetur; ut in laudem Dei et salutem anime patris sui in eodem

altari misse celebracio pro quiescencium spiritibus non deesset. et quia defunctorum pias voluntates pontificali semper decens est studio adiuuari, ut crebra fiat salutis oblacio et intensius uigeat deuota collacio tribuentis; ipsum beneficium in persona viri discreti, Deo deuoti, Marcelli presbiteri, Custodis Ecclesie nostre Strigoniensis, non tam personaliter, quam realiter, ipsi scilicet Custodie, cuius erant redditus tenues et exiles, per quem eciam et successores ipsius ad ipsum personatum dictum misse officium credimus et speramus vberius et frequencius exerceri, de omnium fratrum nostrorum beneplacito et consensu perpetuo duximus annectendum; ita, ut diebus singulis, salua honestate sua et debita deuocione, per se uel vicarium sacerdotem, nisi impediente infirmitate corporis, celebrari iuxta formam, antiqnitus ab eodem domino Stephano tunc Archiepiscopo Strigoniensi patre venerabili constitutam: taliter ipsum beneficium personatui vnientes, vt utrimque alteri consulatur ex altero, et provisio paternalis magis excrescat, quam decrescat in exsecutionibus Diuinorum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras concessimus, munimine nostri sigilli roboratas. Datum Strigonij in festo Beati Laurencij martiris, anno Domini M°CC°LXXX° sexto.

(Az esztergomi káptalannak átiró okmányából Knauz. Magyar Sion III. köt. 626. l.)

319.

Az esztergami káptalan beleegyezését nyilatkoztatja Lodomér érsek intézkedéséhez, melylyel a Vancsa érsek által alapitott oltár az ottani őrkanonoksághoz csatoltatott. 1286.

A B C

Vniuersis presentem paginam intuentibus Magister Benedictus Doctor Decretorum Prepositus, et Capitulum Ecclesie Strigoniensis salutem in Domino sempiternam. Bone rei dare consultum, et pio operi subuenire, et presentis uite subsidium et eterne remuneracionis premium cernitur expectare. Eapropter nouerint uniuersi, presentes pariter et futuri, quod venerabilis pater dominus noster dominus Lodomerius Dei gracia Strigoniensis Archiepiscopus et Comes Perpetuus loci eiusdem, de nostro consensu, beneplacito, consilio et assensu plebaniam altaris Sancte Lucie virginis, in campanili nostre ecclesie existentis, quam olim dominus Stephanus Cardinalis Episcopus Prenestinus, tunc temporis videlicet Archiepiscopus Strigoniensis pie recordacionis, pro refrigerio anime Comitis Vrbazij patris sui construi fecerat, et salubriter ordinarat in persona discreti viri Marcelli Custodis Ecclesie nostre, Custodie Strigoniensi duxit annectendam irretractabiliter, et in perpetuum vniendam, vna cum terra Urkuta vocata, et duabus vineis, in usum ministeriorum eiusdem altaris concessis; in hijs et in alijs idem dominus noster Lodomerius Archiepiscopus nostre Ecclesie prospiciens meliora. Nosque ipsius domini Lodomerij Archiepiscopi annexionem et unionem huiusmodi ratam et gratam habentes, et confitentes pie ac prouide esse factam; ob maiorem certitudinem nostre beniuolencie et ratificacionis, ac approbacionis in signum, priuilegium eiusdem super hoc facto confectum, ad uberiorem cautelam de uerbo ad uerbum in tenorem presencium redigi fecimus et transcribi. Cuius quidem priuilegij tenor est talis:

Lodomerius Diuina miseracione Sancte Strigoniensis Ecclesie Archiepiscopus stb. (következik a fentebbi 318. sz. a. okmány.)

Nos igitur, ut huius unionis et annexionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec per quempiam hominum vllo umquam tempore eidem vnioni et annexioni valeat aliquatenus obuiari; presentibus litteris sigillum nostrum apponi fecimus et appendi. Datum per manus discreti viri Magistri Cypriani Ecclesie nostre Lectoris, anno Domini M°CC°LXXX° sexto XVIII. kalendas Septembris.

(Az eredeti után Knauz, Magyar Sion III. köt. 627. l.)

320.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Pápa nemzetségbeli Pál Zakach-i részbirtokát adományozta Hector, János fiának. 1286.

Nos Magister C. Prepositus et Capitulum Jauriensis Ecclesie memorie commendantes significamus vniuersis, quod nobilis vir Paulus filius Lamperti de genere Papa coram nobis personaliter constitutus, retulit uina uoce, quod quandam particulam terre sue Zakach uocate in Comitatu Wesprimiensi existentis a parte terre Komund certis metis seperatam propter bonum amicicie et proximitatis unionem contulisset et donasset Hectori filio Johannis proximo suo similiter coram nobis personaliter constituto, asumens ipsum Hectorem ab omnibus impeticionibus dicte terre, si qui in processu temporum fuerint, expedire proprijs laboribus et expensis ; proprietate ipsius particule terre semper apud eundem Hectorem remanente. Datum in festo Beati Demetrij anno Domini M°CC° octogesimo sexto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a hátul oda nyomult pecsét már lehullott, a nemz. muzeum kézirattárában.

321.

IV. László királynak Voyk és Herescen nevü földeket tárgyazó adománya Endre comes, Endre comes fia számára. 1286.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Regali dignum est et expediens, eos, qui in seruicijs dominicis et obsequiosis famulatibus diucius se exercent, munificencia gratulari, vt eo amplius ipsorum exemplo ceteri ad fidelitatis opera vehemencius inuitentur. Proinde ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium harum serie uolumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Comes Andreas filius Comitis Andree quasdam terras Thome filij Ind sine herede decendentis, Voyk et Herescen uocatas, in Comitatu Nytriensi existentes, petiuit a nobis sibi dari. Verum quia nobis de qualitate et quantitate dictarum terrarum ueritas non constabat, fidelibus nostris Capitulo Nytriensi nostris litteris dedimus in mandatis, ut unum ex ipsis cum Georgio de Hynd homine nostro pro testimonio mitterent fidedignum, coram quo idem homo noster reambulando dictas terras, presentibus omnibus commetaneis et vicinis statueret et assignaret ipsi Comiti Andree, si non fieret contradictum, contradictoribus uero ad nostram presenciam euocatis. Quod quidem Capitulum demum nobis rescripserunt in hec uerba:

Excellentissimo domino suo Ladizlao stb. Capitulum Nytriensis Ecclesie stb. (következik a nyitrai káptalannak jelentése mint alább 327. sz. a.)

Nos itaque consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis ipsius Comitis Andree, que nobis in diuersis expedicionibus tam generalibus quam particularibus, et specialiter in conflictu, quem contra Regem Boemorum, nostrum et Regni no-

stri capitalem inimicum, habuimus, ubi idem Rex occubuit, impendit, commitendo eciam se diuersis casibus fortune, pro fidelitate nobis debita letalia wlnera subportando, dictas terras Voyk et Herescen uocatas ad nostras manus deuolutas, sub antiquis metis et terminis, cum omnibus utilitatibus earundem dedimus et contulimus ipsi Comiti Andree, et per eum suis heredibus, ac eciam suis fratribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Theodori Prepositi Scybiniensis aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC° octuagesimo septimo, Regni autem nostri anno sedecimo.

(Eredetie bőrhártyán melyről a pecsétnek töredéke barna selyemzsinóron függ ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

322.

IV. László király Pousát és Bokut pozsonyi várjobbágyokat birtokukkal együtt nemesi rangra emel. 1287.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem litteram inspecturis, salutem in omnium saluatore. Quoniam gloria Regis et honor, ac Regni tutamen et defensio in multitudine bellatorum crescere consueuit et augeri: dignum est, ut Regia Maiestas bellancium collegio viros idoneos sumpmo opere studeat agregare. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire; quod quia Powsa filius Budolo, et Bocou consanguineus eiusdem, de jobagionibus Castri nostri Posoniensis oriundi,

Johanni Comiti Posoniensi dilecto et fideli nostro in diuersis expedicionibus, que in illis partibus in defensione confinij Regni nostri emerserunt, gratos semper et laudabiles vna cum domino eorundem impenderunt famulatus; pro quibus non solum in conspectu Baronum nostrorum, verum eciam coram nostre Maiestatis obtutibus commendari meruerunt: Nos igitur tum ad peticionem et instanciam ipsius Comitis Johannis, tum eciam in recompensacionem fidelitatum et seruiciorum eorumdem, ipsos transtulimus pure et simpliciter de jobagionatu dicti Castri, cum terris ipsorum existentibus in Saap et in Januk, conferentes eis donum tam solempnis libertatis, vt de cetero illa et eadem gaudeant et fruantur libertatis prerogatiua, qua veri, primi, et naturaliter seruientes Regales gratulantur sub vexillo Regio militantes. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Theodori Prepositi Scebiniensis, aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri; anno Domini M°CC° octuagesimo septimo; indiccione quindecima, Regni autem nostri anno sedecimo.

(Eredetie börhártyán, a vörös-zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett, Hideghéthy Antal ur tulajdona; Hibásan közölve Fejér által Cod. Dipl. V. köt. 3. r. 356. l. közli Nagy Iván.)

323.

IV. László králg megujítja Erzsébet ifjabb királynénak Burus-Bela nevü földet tárgyazó adományát Péter comes, Miklós mester fia számára. 1287.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis sa-

lutem in omnium saluatore. Equitas suadet et requirit, ut quod cuique iustis et legitimis racionibus datur uel relinquitur, id solidum debeat perpetuo permanere. Proinde ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium harum serie uolumus peruenire; quod nos consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis Comitis Petri, filij Magistri Nycolai, nepotis Weech, que nobis in diuersis expedicionibus Regni nostri tam generalibus quam particularibus fideliter inpendit et indefesse, quandam terram Reginalem Burus Bela uocatam in Comitatu Strigoniensi existentem, per dominam E. consortem nostram karissimam mediante priuilegio eiusdem eidem donatam et collatam, dedimus et reliquimus cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs dicto Comiti Petro, et per eum suis fratribus perpetuo possidendam; eo tamen modo et ea plenitudine, quemadmodum ipsa terra mediante priuilegio dicte consortis nostre karissime per eundem Comitem Petrum antea habita extitit et possessa. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem prensentes concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti uiri et Magistri Theodori Prepositi Scybiniensis aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC° octuagesimo septimo, Regni autem nostri anno sedecimo.

(Eredetie börhártyán, a sárga-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

324.

IV. László király rendelete Buda város elöljáróságához, hogy a nyúlszigeti apáczazárda számára a zalánkemeni és zimonyi kereskedőktől a vámot beszedje. 1287.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Judici de Castro Budensi pro tempore constituto, Juratis et vniuersis ciuibus Castri eiusdem salutem et graciam. Dixit nobis do-

mina Elisabeth nostra soror karissima, quod vos quosdam mercatores de Zolunkemen et de Zemlen non seluto tributo consueto abire permisistis. Vnde cum per hoc iuri ipsius domine Elisabeth non modicum derogetur; fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus statim uisis presentibus ab omnibus mercatoris (igy) de Zolunkemen et de Zemlem ac ab alijs quibuscumque tributum consuetum dari et persolui faciatis ex integro, non obstantibus litteris nostris, si que per eosdem mercatores fuerint presentate. Ceterum uolumus, quod de tributo, quod per uestram negligenciam non est persolutum, officialibus eiusdem domine Elisabeth omnimodam satisfaccionem impendatis, remotis amore, timore uel fauore aliquorum; quia uolumus, quod omnes mercatores tributum karissime sorori nostre debitum persoluant iuxta consuetudinem ab antiquo obseruatam. Datum Bude in octauis Petri et Pauli Apostolorum anno Domini M°CC° octugesimo septimo.

(Eredetie bőrhártyán, pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

325.

IV. László király, hogy a nyúlszigeti apáczazárda jogaiban hátrány ne történjen, megtagadja Buda váróstól a kért vásári jogositványt. 1287.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie memorie commendamus significantes quibus expedit vniuersis, quod licet ciues nostri de Castro Budensi a nobis petiuissent annuantim nundinas celebrari; tamen, quia considerauimus sororibus de Insula Virginis Gloriose dampnum per hoc in tributo suo non modicum generari, ad peticionem et instanciam domine Elisabeth sororis nostre karissime concessimus, ut ipse nundine non debeant celebrari, prout eisdem ciuibus concessum non

extitit usque modo. Datum Bude die dominico ante festum Marie Magdalene, anno Domini M°CC° octuagesimo septimo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott királyi pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

326.

A székes-fehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Pylis nemzetségbeli Demeter comes Sárkán helységnek felerészét Miklós comes fiainak eladta. 1287.

(C)apitulum Ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire: quod Comite Demetrio filio Comitis Nicolai de genere Pylis ab una parte, Johanne filio Pangracij de Garas pro Petro et Zoard filijs Comitis Nicolai nepotis Weech ex altera coram nobis constitutis, jdem Comes Demetrius medietatem cuiusdam possessionis Sarkan uocate in Comitatu Strigoniensi existentis, ab alia medietate eiusdem, porcione scilicet filiorum Bechend Bani exceptam, cum domina uxore sua, filia uidelicet dicti Bechend Bani, sicut dixit, traditam cum suis utilitatibus confessus est se uendidisse pro triginta quinque marcis communis argenti predictis Petro et Zoard perpetuo possidendam et habendam, et ipsam recepisse pecuniam ab eisdem. Eo interposito, quod quicunque dictam medietatem a prefatis Petro et Zoard, et eorum heredibus in posterum repeteret, idem Comes Demetrius et eius heredes expedire tenerentur proprijs laboribus et expensis. Prefate itaque uendicioni et empcioni quidam, qui se Bench filium Rupheyn de Lylug esse dixit, nomine commetaneo comparendo, consensum prebuit et assensum. In cuius rei memoriam presentes ad peticionem dicti Comitis Demetrij predictis Petro et Zoard dedimus litteras nostro si

gillo communitas, anno Domini M°CC° octuagesimo septimo VI. kalendas Aprilis. Reuerendo viro Magistro Antonio Ecclesie nostre Preposito, Esau Cantore Myke Custode, Nicolao Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a sárga-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

327.

A nyitrai káptalannak jelentése IV. László királyhoz, hogy Endre comes Voyk és Herescen helységekben statuáltatott. 1287.

Excellentissimo domino suo Ladizlao Dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Nytriensis Ecclesie oraciones in Domino tam debitas quas deuotas. Receptis litteris uestris et diligencius inspectis, cum Georgio de Hynd homine uestro nostrum hominem misimus pro testimonio fidedignum, qui ad nos reuersus dixit, quod idem homo uester quasdam terras Thome filij Ind sine herede decedentis, Voyk et Herescen uocatas in Comitatu Nytriensi existentes, Comiti Andree filio Comitis Andree iuxta preceptum uestrum et mandatum, sub eisdem metis et terminis, quibus idem Thomas tenuit et possedit, presentibus commetaneis et vicinis ipsarum terrarum, et ipsis non contradicentibus ymo consencientibus statuisset nemine contradictore penitus existente. Datum quinta feria proxima ante dominicam Palmarum.

(IV. László királynak 1287-ki adománylevéléből, mint fentebb 321. sz. a.)

328.

A zágrábi káptalannak Graduch és Gemanigy helységek közti határjárást tárgyazó bizonyságlevele. 1287.

Metales terrae Graduch et Germanigy, alias Jarmanigy, in vicinitate possessionis Brochyna Abbatis de eadem, ac iuxta vallem Cobyldol, fluvios item Brathyna, Golobynnik, Behon, Bruznyk, Zuynchy, Petin, Thorbochyn Blagusugy, montesque Wyherdobrotyn et Goriche, ac locum Lokowyscha vocatum situatarum; quas videlicet Draguan filius Herne, Herenk filius Obrad, et Wolk filius Jako de predicta Graduch; item Brathk filius Pethk, Gordona filius Wydozlou, et Wolkoy filius Guduslou de attacta Germanici, nobiles de Brochyna velut suas hereditarias pro 60 marcis denariorum Zagrabiensium sub expeditoria cautione Stephano Bano filio Comitis Stephani, et eius haeredibus universis mediante fassione coram Capitulo Zagrabiensi celebrata perennaliter vendiderunt; anno 1362. pro Georgio et Michaele dictis Zwdor filius Dominici de Bulch, ac Petro, Symone, Stephano, Joanne et Emerico fratribus ipsorum, erga exhibitionem sub sigillo Leustachii Sclavoniae Bani transsumptae. Sub authentica.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből. Az okmány eredeti példánya Zágrábba vittetett.)

329.

A keresztesek esztergami konventjének bizonyságlevele, hogy Huntpáznán nemzetségbeli Lampert comes az esztergami káptalannal birtokcserét kötött. 1287.

A B C

Frater Hermanus Magister, et vniuersi fratres Cruciferorum Sancti Stephani Regis de Strigonio, vniuersis, quibus presentes ostenduntur, salutem in omnium saluatore, qui est uera salus. Ad uniuersorum noticiam tenore huius scripti volumus peruenire: quod Comes Lampertus filius Pazdan de genere Hunthpazdan (így), ad nostram venit cum Cazmerio filio suo presenciam, et nobis dixit, quod particulas possessionum suarum in Bekasmeger ante Budam, in Dorogh, et Cheu iuxta viam et Ciuitatem Srigoniensem habitas, dedisset Capitulo Strigoniensi, et coram nobis cum suis priuilegijs donauit, coram omnibus suis commetaneis et proximis, et non contradicentibus perpetuo et irreuocabiliter possidendas et tenendas. E conuerso idem Capitulum ipsi Comiti Lamperto et filio suo donauit quoddam predium suum Raich cum piscina in fluuio Arua et alijs suis vtilitatibus, sicut eis dominus Endre Rex contulit, similiter perpetuo iure et irreuocabiliter possidendum et tenendum, in filios filiorum et heredum per heredes. Cuius priuilegium idem Capitulum coram nobis eidem assignauit. In cuius permutacionis testimonium partes a nobis sibi presentes dari postularunt, et nos suadente iusticia duximus easdem concedendas. Datum in octauis Pasce, anno Domini M°C°C°LXXX°VII°.

(Az eredeti után Knauz, Magyar Sion III. köt. 694. l.)

330.

A keresztesek esztergami konventjének bizonyságlevele, hogy Maróthi Fülöp comesnek fiai Thuteus nevü örökbirtokukat Miklós és Péter mestereknek, Weech unokáinak eladták. 1287.

Frater Dominicus Magister Domus Hospitalis Sancti Regis de Strigonio et Conuentus eiusdem Domus, vniuersis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire: quod Comes Nicolaus, Georgius et Turdos, filij Comitis Phylpus, nobiles videlicet de Moroth, coram nobis personaliter constituti confessi sunt vina uoce, quod terram suam hereditariam Thuteus vocatam vendidissent et coram nobis vendiderunt Magistro Nycalao et Magistro Petro, nepotibus Weech, quinque marcis plenarie receptis et habitis ab eisdem, in eisdem metis et terminis, sicut ipsi ijdem dignoscuntur possedisse, iure hereditario in filios filiorum inreuocabiliter et in perpetuum possidendam. Cuius quidem terre propin quiores conterminales predicti Comes Nycolaus, Georgius et Thurdos a parte aquilonis eosdem Magistrum Nycolaum et Petrum; a parte uero meridionali terram Ecclesie Albensis a parte silue esse afirmarunt. Obligantes eciam se iam dicti Comes Nycolaus, Georgius nt Thurdos ad hoc, et filios suos, ymo filios filiorum eorundem, ut si per quempiam racione ipsius terre processu temporum contra memoratos Magistrum Nycolaum et Petrum, uel suos heredes heredumque suorum successores materia questionis fieri contingat, expedire tenerentur (propriis) laboribus et expensis. Vt igitur huius vendicionis seu empcionis series robur perpetue firmitatis obtineat nec per quempiam in irritum valeat retractari, ad instanciam et peticionem eorundem Comitis Nycolai, Georgij et Thurdos sepedictis Magistro Nycolao et Petro presentes concessimus

litteras apposicione sigilli nostri communitas. Datum anno Domini M°CC° octuagesimo septimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét vörös-sárga selyemzsinóron függött; a budai kir. kamarai levéltárban.)

331.

A sági konventnek bizonyságlevele, hogy Dywychei Mátyás és testvére Tivadarnak árvája, Tyvadar megöletése tárgyában Kurtusi Pállal egyezkedtek. 1287.

A B C

Ladizlaus Prepositus et Conuentus fratrum Ordinis Premonstratensium de Saag omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod personaliter constituti coram nobis Mathias filius Deme de Dywyche et orphanus Thyuodori filius fratris sui ex una parte, ab altera uero Paulus filius Madach de Kurtus tam pro se quam pro fratribus suis Benedicto et Andrea ijdem filij Madach secundum arbitrium proborum virorum et de uoluntate parcium pro morte et occisione prefati Thyuodori soluerunt coram nobis Mathie et orphano supradictis viginti marcas in argento finito. Assumpmens ipse Mathias, quod quicunque prefatos filios Madach racione et occasione mortis et occisionis sepedicti Thyuodori niteretur molestare, ipse teneretur eos expedire et excusare proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Dominica Indica anno Domini M°CC° LXXX° septimo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek függőpecséte már elveszett, a nemz. muzeum kézirattárában.)

332.

Trau város nagytanácsának határozatai a községi kormányzás tárgyában. 1287.

Anno M°CC°LXXX°VII° die XXV. Marcij, Generali et Maiori Consilio Ciuitatis Traguriensis, mandato predicti domini Capitanei in palacio dicti Communis, sono campane et voce preconis more solito congregato; predictus dominus Capitaneus proposuit, et consilium sibi dari pecijt: quod cum deliberatum fuerit, quod eleccio noui Regiminis faceretur qualiter, et quomodo sit dicta eleccio facienda consilium petit exhiberi. In reformacione cuius consilij placuit toti Consilio, facto partito per predictum dominum Capitaneum de leuando ad sedendum placuit, quod fiat eleccio de hominibus de Firmo vsque ad quinque eundo de primo ad secundum vsque ad vltimum; et si omnes electi recusauerint, ille qui iturus est pro dicta ambaxiata, faciat nouam eleccionem cum consilio domini Palmerij de Falco cum salario sexcentarum librarum cum vno socio, vno notario, et cum illa familia ad voluntatem ipsius Potestatis; et quod suum tempus incipiat ea die, qua de suo officio prestiterit sacramentum.

Item placuit, quod impetretur securitas pro Potestate et familia sua a domino Comite de Dalmissanis — — — — — electus nuncius Siluester Mingacij.

Electi sunt per Consilium de Firmo: dominus Johannes de Cauendenis; dominus Raynaldus Georgij; dominus Raynaldus Paradelsi; dominus Petrus Jacobi Marci; dominus Fransiscus Suppi.

Item partito facto super ambaxiata retracta in presenti Consilio per Joardum ex parte domini Comitis, qui retraxit, et dixit: quod quia dominus Episcopus dicitur velle ire ad Curiam Romanam contra Sibenicenses, ipse dominus Comes remisit pacem, et Comitatum seu officium Comitis; et quod deinde non habeant in eum spem, immo custodiant se. Placuit

toti Consilio; quod ambaxatores, qui sunt ituri ad dominum Banum pro dicta occasione, vadant ad ipsum dominum Comitem; et illam excusacionem, quam facturi sunt coram domino Bano, faciant coram eo.

Item facto partito per predictum dominum Capitaneum, si ob hoc facienda est aliqua custodia de hominibus vel animalibus; placuit toti Consilio, quod illi, qui custodiunt portas, non permittant exire bonas dominas extra terram, seu extra ianuam.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 121. l. A mennyiben itt többször a „praedictus dominus Capitaneus" említtetik, Lucius így szól: „il capitanio. che era all'hora in luoco del Podesta, il cui nome non s'esprime." stb.,

---

333.

IV. László király az esztergami egyház jobbágyait, különösen a szebeléhieket, megerősiti régi szabadalmaikban. 1288.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in actore salutis. Quoniam Regie conuenit Maiestati Sacrosanctas Dei Ecclesias, in quibus queritur et inuenitur salus et venia peccatorum, sicut alijs dotibus et beneficijs stipare munificencius donatiuis, sic eciam in sui libertate conseruare donata, ut possessiones et bona Ecclesie et jobagiones, ad Dei Ecclesiam pertinentes, nullis iniuriosis Comitum, seu aliorum potentatum laicalium distracti interdum eciam citacionibus, litibus et pulsati judicio debeant indebite molestari: nobis Dei per graciam in tronum Regni sublimatis multociens Sancte Strigoniensis Ecclesie a nostris antecessoribus, felicium Regum Hungarie super populorum suorum libertatibus, in quibus ipsa Sancta Strigoniensis Ecclesia merum et mixtum

imperium habere dinoscitur, fuerunt exhibita priuilegia, hoc expressissime continencia, contenta ipsorum intuentibus et tenores: quod populi omnes vniuersi et singuli, possessiones et ville ipsius Sancte Strigoniensis Ecclesie, in quibuscunque Regni nostri partibus constituti seu constitute sint, nonnisi Sancte Strigoniensis Ecclesie Prelati, venerabilis videlicet patris nostri domini Sancte Strigoniensis (Ecclesie) Archiepiscopi, in quocunque judicio graui vel leui, magno ac paruo teneantur astare, illi videlicet, qui possessiones incolunt archiepiscopales, et suorum propriorum jobagionum censentur nomine seu vocantur; alij autem jobagiones honorabilium virorum fratrum nostrorum, eiusdem Sancte Strigoniensis Ecclesie Prepositi videlicet et Capituli, nullius alterius Judicis Regni nostri, vtpote Comitis Palatini, Judicis Curie nostre, uel alterius, quocunque idem nomine apelletur, preterquam ipsius Sancte Strigoniensis Ecclesie Prepositi, vel Judicis seu Comitis ipsius Prepositi et Capituli, qui ab eisdem fuerit pro tempore constitutus, si cause qualitas hoc requirit, coram alio forsan citatus Judice, uel Comite comparere teneatur; quod eciam sub Regie indignacionis interminacione omnibus prorsus Regni nostri Judicibus auctoritate presencium districcius imperamus. Eximentes una cum omnibus alijs Sancte Strigoniensis Ecclesie possessionibus et jobagionibus omnibus tam generaliter, quam eciam specialiter villam Zebheleb, vicinam ville Nemty prope Corponam, et villam Gereky prope Ipul, et omnes alias a jurisdiccione Comitis Huntensis nominati, qui pro tempore de Regia gracia fuerit constitutus; qui vero aliquem jobagionum dicte Ecclesie Strigoniensis in Zebheleb commorantem ciuilibus et pecuniarijs causis uoluerit conuenire, eciam coram ipsius ville villico, sicut et in alijs liberis villis Regni nostri, si voluerit, consequi poterit justicie complementum. Scientibus omnibus, et pro firmo tenentibus, et specialiter nostro Huntensi Comite, quicunque alternis vicibus in Huntensem Comitem de liberalitatis Regie munificencia fuerit sublimatus, quod maxime indignacionis Regie aculeos sue desidie de cetero culpa, nostris tam pijssimis refragando mandatis, incurret, si secus presumpserit, quod non credimus, attemptare; et quitquid contra eosdem ipsius ville uel villarum jobagiones judicando ipsos inuitos, cum suo-

parere judicio nullatenus teneantur, idem Comes fecerit, uel decreuerit judicando, cassum penitus et irritum habeatur; et actor seu aduersarius, qui citare fecit eosdem, a sua cadat penitus accione. Nec eciam huius nostri priuilegialis indulti quesitum in fraudem reconueniri possint et debeant dicte Sancte Strigoniensis Ecclesie jobagiones ville predicte, nec fideiussores prestare cogantur, ut respondeant reconuenienti coram Huntensi Comite, uel alijs Judicibus, in quorum presencia ipsi villani de Zebheleb urgente necessitate compulsi justiciam consequendi, conuenire alios forsitam suis vicibus compelluntur; quin, sicut nolumus dictos jobagiones nostre Sancte Strigoniensis Ecclesie coram alijs Regni nostri Judicibus seu quibuscunque Comitibus conueniri; sic eciam ipsos sepedictos Ecclesie nostre jobagiones de Zebheleb nec agentes contra alios Judicij in figura, in ipsorum, Comitis videlicet Huntensis et aliorum presencia quorumcunque Comitum, reconueniri permittimus, auctoritate presencium coram ipsis; ne nostre tam iustissimum, tamque deuotissimum Serenitatis indultum priuilegium, multa nostrorum Baronum, ac sublimium Optimatum Regni nostri, seu Procerum consilio maturiore decretum, quod firmissimum esse volumus omni euo, saltim taliter indirecte ualeat lacesciri. Adiicimus eciam presentis nostri priuilegij per tenorem, quod nullus prorsus Baronum Regni nostri, videlicet nec noster Comes Palatinus, nec Judex Curie nostre, nec Magister Thauarnicorum, nec quispiam alius nobilium Regni nostri, quacunque prefulgeat dignitate, descensum suum presumpmat facere super villam eandem Zebheleb sepedictam; quod si quisquis contra hoc nostrum indultum venire presumpserit, reus dati dampni Sancte Strigoniensis Ecclesie eo ipso, quod descensum in dicta villa fecerit, comprobato per omnia ad iuramentum Judicis ac quatuor Juratorum dicte ville, tamquam si alijs legittimis probacionibus de consuetudine Regni nostri conuictus extiterit, puniatur. Hoc idem dicimus de predonibus et latronibus Regni nostri, qui dictam villam offenderent spoliando, uel aliquos jobagiones, aut aliquem ville eiusdem commeantes, aut transeuntes negociacionis sue pro causa, per Regni nostri itinera, forsitan spoliarent: verum ubi dampna maiora infligerentur toti ville, aut aliquibus villanorum; tunc Sancte Strigoniensis Ecclesie De-

cano adiuncto, quantitatem et qualitatem dampnorum suorum jurisjurandi religione dependant, per quod aduersarij eorum, qui ville, vel villanis nocuerint, pro conuictis per omnia plenarie censeantur. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris domini Th(ome) Episcopi Waciensis aule nostre Cancellarij dilecti et fidelis nostri; anno Domini millesimo CC° LXXX° octauo, Regni autem nostri anno sextodecimo, indiccione prima, quartodecimo kalendas Maij.

(Zsigmond király 1412-ki átirata után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 696. l.)

334.

IV. László királynak Weresalma nevü földet tárgyazó adománya Péter, György comes Abauj megyei föispán fia számára. 1288.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Regali dignum est et expediens eos, qui in seruicijs dominicis se exercent, munificencia gratulari, ut ceteri ipsorum exemplo inuitati ad maiora fidelitatis opera perducantur, discantque suo naturali domino efficacius adehere (igy). Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Petrus filius Comitis Georgij Comes Noui Castri dilectus et fidelis noster, quandam terram Weresalma uocatam in Comitatu de Sarus existentem, quam Ewze et filij sui possidebant, a nobis sibi dari postulauit. Verum quia super facto eiusdem terre nobis ueritas non constabat, fi-

delibus nostris Capitulo Agriensi nostris litteris dedimus in mandatis, ut ipsorum mitterent hominem fidedignum pro testimonio, coram quo Johannes Fynta dictus homo noster accederet super faciem eiusdem terre, et ipsam statueret eidem Comiti Petro, si non fieret contradictum, contradictores ad nostram presenciam ad terminum competentem euocando. Quod quidem Capitulum Agriense nobis rescripserunt hunc tenorem continentes, quod idem Comes Johannes homo noster accessisset super faciem dicte terre, et ipsam in presencia hominis eorumdem ipsi Comiti Petro nemine contradicente statuisset. Nos itaque, pui ex officio suscepti regiminis nostri debemus pensare merita singulorum, et unicuique respondere iuxta exigenciam suorum meritorum, considerantes multiplices et laudabiles famulatus ipsius Petri Comitis, et Jowanka fratris sui, quos ijdem exhibuerunt nobis cum sumpmo ardore fidelitatis in diuersis expedicionibus Regni nostri; et specialiter tunc, cum perfida gens Tartorum (igy Tartarorum helyett) Regnum nostrum hostiliter adhierat, et uastus, destrucciones, incendia et nocumenta quam plurima committebat in Regno nostro peragendo, ijdem Comes Petrus et Jowanka ob fidelitatem Corone Regie debitam, et pro defensione incolarum Regni nostri contra eosdem Tartaros se opposuerunt preliando, vbi idem Jowanka per dictos Tartaros letalia excipiens uulnera diem clausit extremum. Nos igitur in aliqualem recompensacionem seruiciorum eiusdem Comitis Petri, propter mortem dicti Jowanka, et propter seruicia ipsius Comitis Petri, licet modicum sit, quod ad presens agimus, et idem Comes Petrus maiori remuneracione dignus et attollendus haberetur, ipsam terram Weresalma uocatam cum omnibus utilitatibus suis eidem Comiti Petro et suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. Cuius terre mete, prout in litteris eiusdem Capituli uidimus contineri, hoc ordine distinguntur: Prima transiens meta de ultra Copou et unam transiens aquam nomine Lytighe, ab illa meta usque terram Weresalma; deinde remote perueniens illa meta usque in quandam aquam Tarcha uocatam; deinde de Tarcha uadit in medio Syn via magna procedendo ad paruam aquam, que nominatur Ozyu potok, et in illa procedit alte usque ad unum

magnum pratum, quod est medium terre supradicte; exinde de prato descendit superius usque ad domum Michaelis; et de domo ipsius Michaelis descendit illa meta ad unam aquam lutosam, que uocatur Sarus potok, deinde ducit usque ad Litene, et exinde ipsa meta procedit usque ad fluuinum Tarcha, procedendo usque ad primam metam ipsius terre. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Thome Dei gracia Episcopi Waciensis aule nostre Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC° octuagesimo octauo, Regni autem nostri anno sextodecimo.

(Eredetie börhártyán, a sárga-vörös selyemszinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

335.

IV. László királynak Gyarmat nevü földet tárgyazó adománya Zuard mester, Miklós comes fia számára. 1288.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie-Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire: quod Magister Zuard filius Comitis Nicolai nepotis Weech ad nostram accedens presençiam, quandam terram nobilium sine herede decedencium, Balasey uidelicet et Gregorij filiorum Wyd, ac Chetre filij Zelemen, Gormoth vocatam, vacuam et habitatoribus, vt dicebat, destitutam, ad manus nostras Regias de Regni consuetudine deuolutam a nostra pecijt Maiestate sibi dari. Verum quia nobis de qualitate et quantitate dicte terre veritas non constabat, fidelibus nostris Conuentui Domus Hospitalis Sancti Regis de Strigonio dedimus

in mandatis, ut suum hominem mitterent pro testimonio, coram quo Ladizlaus filius Lupreth de Iulafener homo noster accederet ad terram Chetre, Balisey et Gregorij predictorum Gormoth vocatam, et sciret rei ueritatem de predicta terra, vtrum esset vacua et habitatoribus destituta, nec ne; et si uacuam eandem inuenit, statueret dicto Magistro Zuard, si non fieret contradictum, contradictores vero ad nostram citaret presenciam ad terminum competentem. Qui quidem Conuentus nobis demum rescripsit in hec uerba:

Excellentissimo domino suo L. D. gr. Illustri Regi Hungarie Conuentus Cruciferum Sancti Regis Stephani stb. (következik a keresztesek esztergami konventjének 1288-ki jelentése mint alább 352. sz. a.)

Nos itaque considerantes fidelitatis et seruiciorum merita dicti Magistri Zuard, quibus in diuersis Regni nostri expedicionibus coram nostre Maiestatis oculis meruit multipliciter commendari, eandem terram Gormoth cum suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, que fuit Chetre, Balisey et Gregorij predictorum sine herede decedencium, ad manus nostras Regias, vt premisimus, deuolutam, eidem Magistro Zuard, et per eum sius heredibus heredumque suorum successoribus de plenitudine nostre gracie dedimus, contulimus, tradidimus et donauimus iure perpetuo pacifice et irreuocabiliter possidendam. Vt igitur huius nostre collacionis series robur optineat perpetue firmitatis nec possit ullo unquam tempore in irritum ratractari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas Datum per manus venerabilis patris Thome Dei gracia Episcopi Waciensis aule nostre Cancellarij lecti et fidelis nostri; anno Domini M°CC° octuagesimo octauo septimo kalendas Julij, Indiccione prima, Regni autem nostri anno sedecimo.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

336.

IV. László királynak Zuda nevü földet tárgyazó adománya Zemplén vármegye több várjobbágya számára. 1278.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire; quod Comes Demetrius filius Andree de genere Rusd ad nostram accedens presenciam a nobis instantissime supplicando postulauit, ut quandam terram Zuda vocatam, Castri nostri de Zemlen, que eidem per dominum Regem Stephanum patrem nostrum karissimum collata fuerat cum priuilegio suo roborando, et per nos postmodum ipsius karissimi patris nostri donacio confirmata, Lukachio et Ezen filijs Andree dimidietatem ipsius terre; item aliam dimidietatem Johanni (et) Michaeli filijs Kecchem, et Luka patrueli eorumdem, seruientibus suis, dare et conferre de benignitate Regia dignaremur. Nos igitur consideratis seruicijs et fidelitatibus prefatorum filiorum Andree et Kecchem, que ijdem cum omni feruore fidelitatis in omnibus expedicionibus Regni nostri, se diuersis fortune casibus submittendo, fideliter inpenderunt, prefatam terram Zuda, cum omnibus vtiltatibus et pertinencijs suis, memoratis Lukachio, Ezen, Johanni, Michaeli et Luka iure perpetuo, et in heredum heredes, duximus conferendam, sub eisdem metis et terminis, quibus per Comitem Demetrium prefatum limitata fuerat et possessa. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri Magistri Johannis Prepositi. Budensis, Albensis Ecclesie Electi, aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M°CC°LXX° octauo Regni autem nostri anno septimo.

(Eredetie börhártyán, a pecsét elveszett; a mélt. báró Perényi család levéltárában.)

337.

IV. László királynak Barcza nevü földet tárgyazó határozata Miklós és Márton, Miku fiai, s a kassai vendégek közt. 1288.

Nos (L. Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes) significamus quibus expedit vniuersis — — — — — — — — — — — — — —. Miku p — — — Barcha uocatam et hospites de Kassa — — — — — eiusdem Hannus et Georgius nomine — — — — — sine herede decedentis tacita ueritate — — — — sent sibi dari; tamen — — — — — — et Nicolaus ac Martinus filij — — — — — Edus Comes, cognati ipsorum de Barcha, fratres dicti Myku patrueles ad nostram accedentes presenciam retulerunt, quod terra Barcha esset ipsorum hereditaria — — — — et porcio, que in eadem — —. — — contingit — — racione proximitatis — — — et in quam alij — — — — possidendam. Verum quia cuicunque in suo iure non uolumus derogari — — — terram — — — — — — — testimonio eisdem possidendam, prout idem Myku (pater eorum) dinoscitur ab antiquo possedisse. Datum in Sceps die Sabbati ante Dominicam Letare anno Domini M°CC° octagesimo octauo.

(Eredetie bőrhártyán, igen megrongált állapotban és már alig olvasható; a Bárczay család levéltárában.)

338.

IV. László király a nyúlszigeti apáczákat birtokukban megerősíti. 1288.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod nos ad peticionem et instanciam domini Zawisij Ducis de Opauia karissimi generis (igy) nostri, et domine Elizabeth consortis eiusdem sororis nostre karissime, vniuersas possessiones nobilium dominarum Deo jugiter famulancium de Insula Beate Virginis, uillas scilicet, vineas, molendinum et pallacia de Calidis Aquis, ac ipsam insulam Beate Virginis cum omnibus pertinencijs earundem ubique in Regno nostro existentibus, simul cum tributo fori seu porte Castri Budensis, prout antea pro ipsis dominabus exigi consueuerat; reddidimus et restituimus eisdem nobilibus dominabus, et per eas Monasterio Beate Virginis perpetuo possidendas pariter et tenendas; omnes litteras et instrumenta, si que in contrarium super facto possessionum dictarum nobilium dominarum pro aliquo ex parte nostri processissent, auctoritate presencium reuocantes. Datum Strigonij Sabbato proximo post quindenas Pentecostes, anno Domini M^{c}CC^{o} octuagesimo octauo.

(Zsigmond királynak 1428-ki átiratából, mely papiron kelt „Bude in die Rogacionum" s melyet kért „religiosus vir frater Cosmas Ordinis Sancti Dominici Prior Claustri Beate Virginis de Insula Leporum nominibus ei in personis religiosarum dominarum sanctimonialium eiusdem Claustri;" a budai kir. kamarai levéltárban.)

339.

IV. Miklós pápa a raguzai érseknek meghagyja, hogy a velenczeieket arra birja, miképp az aquileai patriarchatus birtokában és Istriában elfoglalt várakat visszaadják. 1288.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Ragusino salutem et Apostolicam benedictionem. Habet nostris auribus inculcata relatio, quod dilecti filii nobilis vir . . . Dux et Commune Venetorum ad occupationem bonorum et iurium Aquilegensis Ecclesie manus avidas extendentes, Parentinam, Emonensem et Justinopolitanam Civitates, et Sancti Laurentii Montonensis et Gresignane Insule, Magle, aliaque nonnulla castra, terras, villas et loca in Istrie partibus constituta, que ad eandem Ecclesiam pertinere dicuntur, et in quibus venerabilis frater noster . . . Patriarcha Aquilegensis iurisdictionem omnimodam obtinere proponitur temporalem, per violentiam occupaverunt, eaque detinent taliter occupata, nonnulla castrorum et villarum ipsorum illicitis ausibus data licentia nequiter destruentes, alias Patriarche Ecclesieque predictis, ac venerabili fratri nostro . . . Episcopo et civibus Tergestinis, ac aliis suis adherentibus, coadiutoribus, fautoribus et sequacibus in hac parte per incendia et rapinas dampna maxima et graves iniurias inferendo, in eorundem Patriarche et Ecclesie, ac aliorum predictorum non modicum preiudicium et gravamen; quamobrem instigante humani generis inimico inter Patriarcham et quamplures illarum partium nobiles, ac alios predicte Ecclesie vasallos et adherentes eisdem ex parte una, et dictos Ducem et Commune Venetorum ex altera, gravium discordiarum et guerrarum discrimina sunt, ut asseritur, suscitata; quorum occasione grandia personarum et animarum pericula multimoda, dampna rerum retroactis contigere temporibus, et ne graviora contingant ulterius, verisimiliter formidatur. Unde nos ex debito pastoralis officii volentes huiusmodi obviare periculis, et ani-

marum profectibus providere; cupientes etiam, ut civitas Venetiarum in pacis pulcritudine sedeat et in requie opulenta quiescat; prefatos Ducem et Commune per alias nostras sub certa forma litteras rogamus, monemus et hortamur attente, ut ipsi tamquam viri pacifici mentes suas et animas habilitantes ad pacem, seque Apostolice Sedis beneplacitis coaptantes; attendentes etiam, quam dispendiosum animabus et saluti contrarium fore conspicitur aliena contra iustitiam detinere, quodque locum sibi non vendicat peccati remissio, ubi ablati restitutio non precessit; ea que in hac parte Patriarche, Ecclesie, Episcopo, civibus et aliis adherentibus, fautoribus, et sequacibus memoratis per se, vel per alium aut alios sunt ablata, eis sublato difficultatis obstaculo restituere procurent, a quibusvis novitatibus, invasionibus et insultibus per se, et per suos etiam stipendiarios, et adherentes in hac parte sibi, et fautores, coadiutores et sequaces suos contra illos, aut aliquos vel aliquem eorundem, et terras ipsorum penitus abstinendo; ac revocando nichilominus alios suos stipendiarios vel armatos, qui provinciam Istrie in dampnum Patriarche, Episcopi et civium ac aliorum predictorum ad statum ipsius perturbandum, sicut asseritur, sunt ingressi; sic in premissis omnibus laudabiliter et efficaciter processuri, ut zelatores pacis et amatores concordie se per effectum operis demonstrent, nosque devotionem et obedientiam eorum, quam in hoc promptam cupimus invenire dignis exinde in Domino laudibus attollamus; si vero in Civitatibus, Castris, villis et locis eisdem credunt se ius aliquod habere, coram nobis infra terminum in predictis litteris comprehensum per syndicum, seu procuratorem ydoneum, ad hoc ab eisdem Duce et Communi specialiter constitutum comparere procurent: Nos enim, qui sumus omnibus in iustitia debitores, parati sumus facere ipsis super hiis exhiberi iustitie complementum. Quocirca fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatinus pro nostra et Apostolice Sedis reverentia huiusmodi negotium prompto assumens animo, et personaliter te Venetias conferens, Ducem et Commune prefatos ad huiusmodi restitutionem et revocationem stipendiariorum seu armatorum predictorum faciendam, quodque ipsi per se ac etiam per eosdem stipendiarios, adherentes, fautores, coadiutores et sequaces eorum a quibusvis

novitatibus, invasionibus et insultibus prorsus abstinere procurent, ex parte nostra, iuxta datam tibi a Domino gratiam, moneas et inducas, eos, si opus fuerit, ad restitutionem et revocationem easdem per censuram ecclesiasticam apellatione remota compellendo, nichilominus per se ac etiam stipendiarios et alios supradictos a novitatibus, invasionibus et insultibus quibuscunque omnino abstineant; et ut ipsi stipendiarij seu armati de provincia ipsa se absentent, censura simili compescendo; predictis Duci et Communi apertius expressurus, quod si forte in Ciuitatibus, Castris, villis, terris, et locis prefatis ius aliquod, sicut predicitur, se habere contendunt, compareant per syndicum vel procuratorem ydoneum infra predictum terminum coram nobis paratis facere ipsis complementum iustitie exhiberi. Quod autem fieri contigerit in hac parte, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas plenius explicare. Datum Reate XV. kalendas Septembris Pontificatus nostri anno primo.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia I. köt. 104. l.)

340.

IV. Miklós pápa a peclinai apátnak meghagyja, hogy a cattaroi püspököt az ottani domokosrendiek ellen elkövetett kihágások tárgyában, a római szék elé idézze. 1288.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei dilecto lio... Abbati Monasterij Sancti Michaelis de Peclina Ragusine Diocesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Petitio dilectorum filiorum ... Prioris et fratrum Ordinis Predicatorum Catharensium nobis exhibita continebant, quod cum ipsi, ac quondam Urbanus, tunc eorum Prior, dudum in ecclesia Sancti Bartholomei Catharensis, eis a venerabili fratre nostro

Dompnio Episcopo Catharensi de voluntate ac assensu eiusdem Ecclesie Patronorum, pro loco ipsorum, qui alias in ciuitate Catharensi artissimum locum habebant, liberaliter de novo concessa, Divina officia celebrarent, et per quendam eorum fratrem presbiterum missarum solempnia in honore Dei et Beati Dominici confessoris facerent celebrari, predictus Episcopus, conversus in arcum perversum contra factum proprium veniendo, associatis sibi quibusdam presbiteris, ad ecclesiam ipsam et usque ad eius altare, non absque multorum astantium, qui illic convenerant ad sollempnia huiusmodi audienda, scandalo, rabie hostili et ira concitatus accessit, et retrahens manu propria ipsum presbiterum celebrantem, cum iam huiusmodi sollempniis incepisset dicere Sursum Corda, illum sanguine cruentando, ac postmodum dictum Urbanum Priorem per caputium suum capiens, adeo ipsum constrinxit fortiter percutiendo eum, iam per ipsum Episcopum prostratum ad terram, usque ad effusionem sanguinis ictibus pugno pluries, quod dictus Urbanus occasione huiusmodi percussionum ei a prefato Episcopo illatarum infirmitatem maximam, et deinde continue egrotando mortem noscitur incurrisse; reliquos fratres afficiendo verberibus et contumeliosis verbis. Nec hiis contentus idem Episcopus mala malis accumulans, emissis is in altum vocibus dicere cepit: „Venite post me omnes, et eiiciamus fratres extra terram, et eorum locum penitus deleamus“; sicque cum predictus Episcopus ad hostia ecclesie Sancti Pauli Catharensis, ubi dictorum fratrum prior locus habetur, cum presbiteris aliquibus pervenisset, a se modestia episcopali penitus relegata, hostia ipsa violenter aperuit, ac postea hostio cuiusdam domus ipsius loci extra cardinem, fracto repagulo, temere iam deiecto, fratrem Savinum conversum dicti Ordinis, Dei timore postposito et amore, atrociter verberavit, alias predictis fratribus dampna et iniurias non modica inferendo, contra eos factis diversis processibus, et contra tenorem privilegiorum suorum Apostolicorum diversis excommunicationum sententiis contra iustitiam fulminatis in anime sue periculum, et dictorum Prioris et Fratrum non modicam iniuriam, preiudicium et gravamen. Nos igitur hiusmodi gravamina predictorum fratrum et iniurias, si veritate nitantur, quantumcunque foret ipsi Episcopo deferendum, nolentes sub equanimitate transire, ne

forte transiret aliis in exemplum, discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si tibi per famam vel indaginem constiterit de premissis, eundem Episcopum ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra quatuor menses post citationem tuam personaliter compareat coram nobis facturus et recepturus super hoc quod iustitia suadebit. Diem vero citationis et formam, et quicquid super hoc duxeris faciendum, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Datum Reate nonis Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia, I. köt. 105. l.)

341.

IV, Miklós pápa a morinai püspök választási jogára nézve, Trau város papságát az apostoli szék elé idézteti. 1288.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri ... Episcopo Nonensi, et dilectis filiis ... Abbati Monasterii Sancti Grisogoni Jadrensis et ... Archidiacono Spalatensi salutem et Apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Capitulum Ecclesie Morinensis in Dalmatia, qui apud ecclesiam Castri Sibenici Morinensis Diocesis residere dicuntur, petitionem monstrarunt, quod olim Ciuitate Morinensi a scismaticis Grecis destructa, bone memorie Morinensis Episcopus, qui tunc erat, dictique Capitulum et Clerus eiusdem Civitatis se ad predictum Castrum Sibenici, quod propinquum dicte Civitati fuisse dinoscitur, transtulerunt, ubi dictum Capitulum fuerunt per longa temporum spatia commorati, et adhuc permanere noscuntur, dictusque Episcopus ad quoddam monasterium positum in villa que Tragurium nuncupatur, accessit, ac in eadem villa diem clausit extremum: sed cum dicta Ecclesia Morinensis post

prefati Episcopi obitum pastore multo tempore vacavisset, prefatis Capitulo ipsi Ecclesie providere non curantibus de Prelato, clerici prefate ville Traguriensis pretendentes ius ad se eligendi successorem dicti Episcopi pertinere, ac si Traguriensis Ecclesia existeret Cathedralis, quendam in Traguriensem, ut dicebant, Episcopum elegerunt. Demum autem diversis temporibus succesive diversi a memoratis Morinensi Capitulo electi fuerunt, et super confirmationibus electionum huiusmodi varie a Sede Apostolica littere impetrate, in quibus ipsi se Capitulum prefate Sibinicensis Ecclesie nominabant; dicentes, quod in eadem Sibinicensi Ecclesia, pastore vacante, dicte electiones ab eis fuerant celebrate, licet nulla electionum ipsarum, variis intervenientibus casibus, extiterit confirmata. Ille quidem, qui penultimo fuit a Capitulo predictis electus, electionem suam per Metropolitanum loci obtinuit confirmari, et per aliquod temporis spatium pacifice administracionem Morinensis Episcopatus gessit; prefatis clericis dicte ville Traguriensis per prescripta tempora quosdam alios eligere presumentibus, qui ab eis vocabantur Tragurienses Electi, quorum electiones dictus Metropolitanus de facto dicitur confirmasse, et consecrationis manus eorum aliquibus impendisse. Demum autem dicti Capitulum Morinense se memorate Sibinicensis Ecclesie nominantes, dilectum filium Leonardum Faletro, Plebanum Ecelesie Sancti Angeli de Venetiis, virum providum et honestum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, in Sibinicensem Episcopum concorditer elegerunt; sed Gregorius, qui ultimo fuit a clericis memoratis electus, et per prefatum Metropolitanum confirmatus et consecratus, administrationi dicti Episcopatus temere se ingessit, et ingerere non veretur. Occassione vero contentionis, que super huiusmodi iure eligendi Episcopum inter prefatos Capitulum et clericos est taliter habita, inter habitatores dictorum locorum Sibinicensis et Traguriensis adeo gravis discordia est exorta, quod ex ea strages honinum et alia multa pericula provenisse dicuntur. Quare memorati Capitulum nobis humiliter supplicarunt, ut finem huiusmodi questionibus imponentes, predictum ius eligendi Morinensem Episcopum declarari ad ipsos Capitulum pertinere, dictisque clericis imponi perpetuum silencium super illo, et alias in huiusmodi procedi negotio, prout ius exigit, faceremus. Nos

itaque attendentes, quod causa huiusmodi de maioribus causis existit, quarum examinatio et decisio ad Romanum Pontificem noscitur specialiter pertinere, ac per hoc volentes causam ipsam tractari apud Sedem Apostolicam, et fine canonico terminari, discretioni vestre per Apostolica scripta monemus, quatinus vos, vel duo aut unus vestrum, per vos, vel per alium seu alios, tam eosdem Gregorium et Leonardum, quam clericos prefate ville Traguriensis predictos, et quoslibet alios qui sua crediderint interesse, ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra sex mensium spatium post citationem huiusmodi, per se, vel per procuratores ydoneos, cum omnibus actis, iuribus et munimentis suis dictam causam contingentibus, Apostolice se conspectui representent, facturi et recepturi super premissis, quod ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis et formam, et quicquid inde feceritis, nobis per vestras litteras harum seriem continentes fideliter intimetis. Datum Reate VI. kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia I. köt. 105. l.; Lucius, Memorie storiche di Trau 124. l.)

342.

IV. Miklós pápa a raguzai érseket megbizza, hogy Padua város hatóságát arra inditsa, mikép az ottani ártalmes statutumokat megszüntesse. 1288.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Ragusino salutem et Apostolicam benedictionem. Movet animum mentemque sollicitat, commissa nobis a Domino super custodiam gregis sui cura sollicitudinis generalis, ut de dilectorum filiorum . . . . Potestatis, Antianorum, Consiliariorum et Communis Paduanorum, ac Civitatis ipsorum statum prospero semper refovendo successu, patris more benivoli sedulo cogitantes, eos quorum

profectus salutares exquirimus, ab hiis, per que Diuina Maiestas offenditur, sollicite revocemus, et ad laudabilium exercitium actionum, quibus gratia celestis acquiritur, summopere inducamus. Ab olim siquidem, dum nos minor status haberet, audivimus, et postquam etiam Domino disponente conscendimus gradum Apostolice dignitatis, nostris est auribus inculcatum, quod in Civitate predicta nonnulla statuta, nedum iniqua, quinimmo nefanda et horrenda, quamplurimum crudelibus studiis observantur, quorum pretextu Clerus Civitatis et Diocesis Paduanorum multimodis offensis impetitur, lacescitur iniuriis, afficitur contumeliis, et periculis exponitur dire mortis, ipsa facti evidentia super hiis testimonium perhibente. Quia igitur tante horribilis tamque execrabilis abhominationis statuta nolumus, sicuti nec debemus, urgente constientia mentem, aliquatenus tolerare, cum Deo displiceant, turbent Ecclesiam, ecclesiastice preiudicent libertati, animarum et corporum dispendia generent, cedant in iuris iniuriam, et fidelium animos scandalizent, predictos Potestatem, Antianos, Consiliarios et Commune per alias nostras sub certa forma litteras monemus, rogamus et hortamur attente, per Apostolica eis scripta mandantes, ut advertentes sollicite, quod per nephariam eorundem observantiam statutorum Potestatis, Antianorum, Consilariorum et Communis ac Civitatis predictorum fama laudabilis quamplurimum denigratur, et grave imo gravissimum salutis eorum profectibus ingeritur detrimentum; statuta omnia Civitatis eiusdem publica vel secreta, ordinationes, scripturas, quacunque forma verborum scripta sunt, seu quocunque nomine censeantur, sive specialiter nominentur ab ipsis, sive cognominentur generali vocabulo statutorum, que in quantum contra libertatem Ecclesie et rerum ecclesiasticarum et personarum sunt, prout de facto procedunt, duximus irritanda, et declaramus nullius fore momenti, ac nullius prorsus existere firmitatis, sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo, de capitularibus seu statutariis suis aut quibusque libris vel cartis infra quindecim dies, a receptione predictarum litterarum nostrarum directarum eisdem computandos, ubicumque sunt scripta, curent penitus abolere, illa vel similia nullo umquam tempore restitutum coram te prestent publice iuramentum; sic mandatis nostris in hoc efficaciter parituri, ut devotionis sue sinceritas digne commen-

dationis titulum mereatur. Quocirca fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad Civitatem predictam te personaliter conferens, Potestatem, Antianos, Consiliarios et Commune prefatos ex parte nostra moneas et inducas, ut infra predictum terminum huiusmodi monitis, precibus, exhortationibus et mandatis nostris humiliter et efficaciter obedire procurent. Alioquin extunc in Potestatem, Antianos et Consiliarios predictos, et officiales eorum, et alios quoslibet, per quos Civitas regitur supradicta, excommunicationis sententiam promulgare, dictumque Potestatem, ac eos etiam prorsus inhabiles reddere ad dignitates seculares et officia quelibet et honores, et insuper Potestatem, Antianos, Consiliarios et Commune predictos generaliter et specialiter feudis omnibus, que a quibuscunque Ecclesiis et Monasterijs ac personis ecclesiasticis secularibus vel religiosis tenent, cummuniter vel divisim, Civitatem quoque predictam Studii dignitate, privilegiis et indulgentiis omnibus, ipsis et eidem Civitati super Studio ipso ab Apostolica Sede concessis, necnon et Potestaria, Capitaneatu, honore ac dignitate qualibet seculari, ita quod nullus in ipsius Civitatis Potestatem, Capitaneum seu Rectorem, aut Consulem vel officialem possit eligi vel assumi, sive ad aliquod in ea officium exercendum, et si quis aliquod ex illis recipere fortasse presumpserit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, nec possit ulterius ad alterius Civitatis vel loci regimen exequendum assumi, privare omnino auctoritate nostra procures. Universos quoque Magistros et scolares alienigenas de Civitate predicta prorsus expellere non postponas, ita quod ad eam absque speciail Sedis predicte licentia nullatenus revertantur, et si secus attemptare presumpserint, et obtentis beneficiis omnino priventur, et reddantur inhabiles ad alia obtinenda, et alias etiam tu contra predictos Potestatem, Antianos, Consiliarios et Commune Paduanum et Civitatem eandem spiritualiter et temporaliter, prout facti qualitas suggeret et videris expedire, procedas; contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postpossitas compescendo. Datum Reate kalendis Octobris, Pontificatus nostri Anno primo.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia I. köt. 106. l.)

343.

Omodé nádornak törvénykezési intézkedése Bek comes és annak fia Lőrincz Ruichai nemesek ellen. 1288.

Omodeus Palatinus Comes Musuniensis vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis animum in Domino gratulary. Ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum Martinus filius Comitis B(eke et Laurenci)us filius eiusdem nobiles de Ruicha in multis iudicijs non comparendo, nec mittendo contra Heym filium Magistri Wydus legitime remansissent in nostri presencia, sicut id (in diuer)sis nostris litteris, Capituli Agriensis et Conuentus de Jazow nobis exhibitis vidimus contineri; pro quibus terre seu possessiones ipsorum Fulbarcha, Pere et Tusa vocate nobis tanquam judicy in duabus partibus, et parti aduerse in tercia parte extitissent legitime deuolute; volentes itaque ipsi cause finem imponere legitimum, quia in predictas terras per nostrum hominem sub testimonio Capituli Agriensis mediante iusticia et de Regni consuetudine tribus vicibus idem Heym fuerat introductus, ad estimandas easdem terras misimus Comitem Johannem de Gucche, Gabranum de Zokol et Demetrium filium Alexij de Kokso homines nostros sub testimonio iam dicti Capituli Agriensis, qui conuocatis cognatis ipsorum Martini et Laurencij, commetaneis et vicinis estimarent, et estimatas, si placeret compararent. Qui quidem generaliter tam vicini, quam cognati, Elyas videlicet, Nicolaus et Henricus filij Johannis, Inok filius dicti Elye, Edus et Moyus filij Moycha nobiles de Barcha; item Johannes filius Kenez, Magister Aladarius filius Cheten, Magistri Stephanus et Ricolphus filij Pud, ac Magister Philipus et Mokyanus Palatinus filij Buken, coram nobis personaliter comparentes vno ore et corde renunciarunt omni empcioni. Nos autem vna cum nobilibus nobiscum in iudicio sedentibus, quia predicte terre tam ex parte ipsorum Martini et Laurencij,

qui easdem ordine iudiciario amiserant, quam ex parte commetaneorum predictorum, qui ipsas redimere noluerunt, nobis tanquam iudici, et actory fuerunt legitime deuolute; licet predictas terras Martinus et Laurencius memorati totaliter amiserant, tamen misericordia ducti, vnam earundem videlicet Tusa vocatam reliquimus Fabyano paruulo filio eiusdem Martini pro porcione sua tenendam et habendam, terram autem Pere vocatam ex permissione et beneplacito predictorum cognatorum et commetaneorum vendidimus pro viginti marcis Comiti Nycolao dicto Waguch cognato eorundem et per ipsum Myke et Petro fratribus suis plene habitis et receptis ab eisdem; terciam vero videlicet Fulbarcha vocatam ex permissione suorum cognatorum predictorum vendidimus Edus et Moyus supradictis similiter pro viginti marcis iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, omnibus predictis suis cognatis et commetaneis super inpeticione predictorum emptorum silencium perpetuum imponentes. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini myllesimo ducentesimo octuagesimo octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

344.

János kalocsai érsek bizonyságot tesz arról, hogy Oguz somogyi főispán és Aaz Mihálynak fia közt birtokcsere történt. 1288.

Nos J. Dei gracia Archiepiscopus Colocensis significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Oguz Comite Symigiensi ex una parte, et Aaz filio Michaelis ex altera coram nobis personaliter constitutis, tale inter se concambium confessi sunt se fecisse: quod idem Comes Oguz quan-

dam possessionem suam Zanto vocatam in Comitatu Tholnensi existentem cum omnibus utilitatibus suis, dedit et contulit ipsi Aaz perpetuo et irreuocabiliter possidendam; et e conuerso idem Aaz Comiti Ogus dedit et contulit porcionem suam, quam habet in Royk cum omnibus utilitatibus suis similiter perpetuo possidendam. Ita quod si idem Comes Oguz occasione eiusdem concambij super ipsa possessione Royk vocata processu temporum per quempiam impeteretur, ipse Aaz eundem expedire tenebitur proprijs laboribus et expensis. Si uero expedire non posset, de alia possessione sua pro ipso concambio eidem Comiti Oguz dare tenebitur possessionem equiualentem similiter perpetuo possidendam. Si uero Comes Oguz eundem Aaz ab impeticione expedire non posset, reddet sibi predictam possessionem suam Royk, quam recepit ab eodem. Datum in villa Gyos Lapa in festo S — — — — — anno Domini M°CC° LXXX° octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

345.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Konstantia Chuu-i Sándor özvegye, és fia Fülöp bizonyos rétet Godynus comes esztergami polgárnak eladták, 1288.

A B C

Uniuersis presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Strigoniensis saluten in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod mulier nomine Constancia filia Gregorij de partibus Vltradanubialibus, relicta videlicet Alexandri de villa Chuu de Comitatu Strigoniensi et de Dyocesi Wesprimiensi, ac Phylippus adolescens filius eiusdem, ad nostram presenciam accedentes,

terciam partem totalis feneti Rogerij et Lenduey in territorio de Chuu, quam ipsi habebant, cuius duas partes honestus vir Comes Godynus ciuis Strigoniensis a filijs eorundem Rogerij et Lenduey iam dudum empcionis titulo comparauit, prout in nostro priuilegio exinde confecto dicitur contineri, duabus marcis mercimonialis argenti plene habitis et receptis, se ipsos confessi sunt vendidisse et assignasse eidem Comiti Godyno et suis posteritatibus in perpetuum possidendam. Quod idem fenetum incipiens a terra ville Cholnuk iacet versus Ecclesiam ville de Chw predicte, sicut hec omnia et sigula premissorum ab eadem muliere et filio suo, et a Magistro Abraam familiari eiusdem Comitis Godyni, nomine et vice ipsius domini sui comparente, recollegimus et didicimus eciam seriatim. In cuius rei firmitatem perpetuam et memoriam sempiternam presentes litteras ad peticionem et instanciam eorundem nostro sigillo dedimus communitas. Datum per manus discreti viri Magistri Cypriani Ecclesie nostre Lectoris anno Domini M°CC°LXXX° VIII°. tercio nonas Octobris.

(Eredetie bőrhártyán, vörös-sárga selyemzsinóron függő, pecsét alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

346.

Az esztergami káptalan Miklós vargától elveszi jobbágyi várósi telkét és Mihály szabónak adományozza. 1288.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Strigoniensis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum edificia Nycolai filij Jacobi, sutoris, jobagionis nostri de contrata ecclesie Sancti Laurencij de Strigonio fuissent casualiter concremata, et sex annis retroactis in eodem fundo curie, videlicet super terra nostra, in qua domus sue antea consistebant

alia edificia sibi reficere recusasset, et nobis pensionem dimidie marce argenti in illis sex annis elapsis, preter collectas et alias exacciones, que nobis ex parte ipsius Nycolai ad ordinem et exemplum aliorum populorum nostrorum, sicut terre dominis competit, debebantur, per nos frequenter requisitus et monitus eciam soluere denegasset, se in diuersis locis et partibus continue absentando. Nos in facto eiusdem fundi curie respicientes nostre Ecclesie meliora, et lucro ac commodo terre nostre carere nolentes, nec ejusdem Nycolai absenciam et negligenciam ualentes ulterius sustinere; predictam aream curie, inter domos Dame et Johannis fabri constitutam, ad presens vacuam et edificijs destitutam, Michaeli sartori et suis posteritatibus concedendam irreuocabiliter, et perpetuo duximus statuendam; ita videlicet, quod preter collectas et alias exacciones, contribuciones et presentaciones, que pro tempore fuerant emergentes, idem Mychael sartor et sue posteritates annis singulis in perpetuum dabunt nobis et nostris successoribus circa festum Sancti Mychaelis Archangeli de Septembri sex pensas denariorum Vyennensium, minus decem denarijs, ad presens dimidiam marcam fini argenti et tria pondera facientes, uel soluent denarios vsuales pro tempore currentes tanti ualoris pro terragio siue censu, que nobis pretextu domorum suarum, quas in predicto fundo curie construent et facient suis laboribus et expensis, et Ecclesie nostre ex parte eorum annuatim et perpetuo, prout prediximus, debebuntur. Preterea eidem Mychaeli sartori fecimus hanc graciam specialem, ut hoc anno presenti predictam pensionem circa festum Sancti Martini propter nouitatem suam nobis soluere teneatur, in reliquis annis prenotatam pensitacionem, sicut premisimus, in festo Sancti Mychaelis Arcangeli soluturus. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes nostro sigillo dedimus communitas. Datum per manus discreti viri Magistri Cypriani Ecclesie nostre Lectoris anno Domini M°CC°LXXX°VIII°. V° kalendas Maij

A B C

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III, k. 699. l.)

347.

A csanádi káptalannak bizonyságlevele, hogy Borchuli nemzetségbeli Keyrannak fiai Popdi részbirtokukat Menai nemzetségbeli Péter, János fiának eladták. 1288.

Capitulum Ecclesie Chenadiensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire: quod Vchugan et Iuanchuch filij Keyran de genere Borchovl, simul cum commetaneo ipsorum Stephano filio Comitis Porobuch coram nobis personaliter constituti ab una parte; Johanne filio Petri de genere Mena ex altera; ijdem Vchugan et Iuanchuk partem terre Popd iure ipsos contingentem, que patri ipsorum a Bela felicis recordacionis Rege Hungarie fuerat collata et donata, dixerunt vendidisse Johanni memorato pro quindecim marcis, quas ab eodem professi sunt plenarie recepisse, commetaneo suo Stephano predicto in nullo contradicente. Vt igitur huius uendidicionis series rata et firma perseueret; nec eciam per aliquem cognatorum vel consanguineorum ipsorum, vel per aliquos extraneos in irritum possit reuocari, ad instanciam parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo LXXX° octauo. Agustino Preposito Ecclesie Sancti Saluatoris, Petro Cantore, Gregorio Custode, Symone Archidiacono de Carasu, Paulo Archidiacono de Kewe, Sebastiano sacerdote, et alijs existentibus.

(Eredetie börhártyán, a vörös-kék selyemzsinóron függött pecsét elveszett a budai kir. kamarai levéltárban.)

348.

A győri kaptalannak bizonyságlevele, hogy több Zurchuk-i birtokos Zurchukban lévő birtokrészeik határai iránt egyezkedett. 1288.

Nos Magister Carachinus Prepositus et Capitulum Jauriensis Ecclesie damus pro memoria, quod Erd, Wynabur, Herando, Samsone nobilibus de Zurchuk pro se et pro vniuersis cognatis eorum de linea generacionis sue ab una parte, Bench filio Peturne de eadem similiter pro se et pro Pousa filio Chekez cognato suo ex altera coram nobis constitutis, ijdem Erd, Wynabur, Herandus et Samson uice et nomine omnium cognatorum suorum prefatorum confessi sunt, quod porcionem eorundem Bench et Pouse in eadem terra Zurchuk, scilicet in ea parte, que ad ipsos a Zuda, Carachino et cognatis eorum deuenit in communi diuisione a porcionibus suis cum certis metis separando eisdem Bench et Pouse propter bonum pacis in uno ordine a parte metarum terre Zuda, Charachini et cognatorum suorum pacifice possidendam reliquissent. Cuius quidem separate porcionis metas et circumstancias tales esse dixerunt: quod inprimis ab oriente in Ogogteluk sunt tres mete; inde uenit et intrat in magnam viam in eadem plaga ducentem in Bogdan, et transit domum dicti Bench, et flectitur uersus aquilonem, et uenit ad duas metas iuxta eandem viam erectas; eundo inde parumper reuertitur uersus orientem, ubi sunt due mete; item inde uenit ad aquilonem uersus Vruzy, ubi sunt due mete; inde uenit iterum ad orientem ad quandam siluam Telukfeu uocatam ad erbosam viam, ubi sunt due mete; inde transit illam siluam ad occidentem et uenit iterum ad uiam procedentem de Vruzy, vbi sunt due mete; inde in eadem plaga super eandem uiam sunt due mete; item ad aquilonem redeundo in longitudine unius iugeris sunt due mete; inde uadit ad occidentem uersus paludem Zyktou, ubi sunt due mete; abhinc flectitur iterum ad aquilonem uersus

terram Duba, et uenit ad duas salices, ubi sunt due mete; inde uenit ad meridiem ad rubum, ubi sunt due mete; inde peruenit ad priores tres metas capitales. Datum tercio die post festum Beate Lucie Virginis anno Domini millesimo ducentesimo octagesimo octauo.

(A győri káptalannak 1290-ki átiratából a nemzeti muzeum irattárában. Ezen okmánynak gyűjteményünk IV. kötetében 328. l. ujabb másolat után közzétett szövegében lévő több hibánál fogva, azt ujból itt közöljük.)

349.

A nyitrai káptalannak bizonyságlevele, hogy László esztergami prépost káptalanjának Gyerki birtokot adományozta. 1288.

Capitulum Ecclesie Nitriensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam testimonio presencium volumus peruenire; quod discretus vir Magister Ladizlaus Prepositus Sancte Strigoniensis Ecclesie ad nostram personaliter ueniens presenciam, uolens terrena celestijs (így) commutare, retulit nobis ministerio uiue uocis, quod quia de bonis dicte Strigoniensis Ecclesie ad promocionem sui honoris tanta percepisse allegarat, vt eidem Ecclesie de eisdem inter humane fragilitatis euentus satisfacere minime potuisset; nolens suam conscienciam racione bonorum ipsius Ecclesie iam per eundem perceptorum spiritualiter honerare; sed pocius elemosinis alleuiare; quandam possessionem suam Gereky vocatam in Comitatu Huntensi iuxta fluuium Ipul existentem, empticiam et eciam pro meritorijs seruicijs suis a domino Rege Ladizlao optentam, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, sub eisdem metis et terminis, quibus per ipsum habita extitit et possessa, in perpetuam elemosinam dedit, donauit et contulit Capitulo eiusdem

Strigoniensis Ecclesie perpetuo iure et irreuocabiliter possidendam et habendam. In cuius donacionis testimonium nostrum priuilegium cum pendenti nostro sigillo eidem Strigoniensi Capitulo ad peticionem eiusdem domini Ladizlai Prepositi duximus concedendum. Datum per manus domini Farkasij Lectoris Ecclesie nostre; anno ab Incarnacione Domini M°CC° octuagesimo octauo, septimo kalendas Maij.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 695. l.)

350.

A pozségai káptalannak bizonyságlevele, hogy Gergely comes Zoydának fia Yelseuch-i birtokrészét Zoyda, Mátyás comes fiának eladta. 1288.

A B C

Capitulum Ecclesie Beati Petri de Posoga omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Gregorio Comite filio Zoyda ab vna parte, Zayda filio Comitis Mathie coram nobis personaliter constitutus; idem Comes G. confessus est viua voce, quod quandam particulam terre sue Yelseuch vocatam, iuxta terram Comitis Nicolai ab oriente adiacentem, pro debito octo marcarum, quibus supradicto Zoyde tenebatur, eidem Zoyde vendidisset perpetuo possidendam; assumpmendo eundem tenere in ipsa terra, tam a se, quam a filijs suis; ita quod quicunque eundem Zoydam racione ipsius terre impetere voluerit, ydem G. cum filijs suis tenebitur expedire proprijs laboribus et expensis. Si uero expedire non posset, de terra sua hereditaria in alio loco, vbi Zoyda voluerit, terram tanti valoris et tante vtilitatis statuere debebit pro eadem. Cuius terre, sicut idem Comes

Gregorius dixit, prima meta incipit super Oryauicha potoka in arbore albi salicis, transiens versus orientem; et transita quadam via ascendit ad Crysnaglaua; inde descendit ad metas et terminos terre Hursouch, et ibi per quoddam mege in latere byrch tendit versus meridiem ad arborem piri; inde peruenit ad metam terream; inde flectitur uersus occidentem et per vallem, que diuidit a Nicolao filio Hrank eundo cadit in Oryauicha; et per ipsum Oryauicha tendendo superius uersus aquilonem peruenit ad quoddam molendinum; et per Oryauicha potaka, que in fossato eiusdem molendini currit, tendit superius et cadit iterum in magnam Oryawycha; et per ipsam magnam Oryauicha peruenit ad metam antedictam, ibique terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roborando. Datum anno Domini M°CC°LXXX° octauo.

(Eredetie börhártyán, a sárga-vörös-violaszinü selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.

351.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Köbölkuti János Cheh nevü birtokát Miklós comes, Buda fiának eladta. 1288.

A B C

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo notificamus tenore presencium vniuersis, quod Johannes filius Enduru de Kubulkuth, Michael et Dionisius filij eiusdem, pro se et pro Valentino ac Paulo fratribus suis coram nobis constituti, de terris suis hereditarijs Cheh nuncupatis terram usui trium aratrorum sufficientem, in qua stat ecclesia in honore Beati Martini confessoris, sitam a parte aquilonis, ex consensu et voluntate Comitis Onch filij Comitis Thiburci per-

sonaliter astantis, vendiderunt Comiti Nicolao filio Buda pro nouem marcis latorum denariorum iure perpetuo pacifice et quiete inreuocabiliter possidendam heredum in heredes. Cuius quidem terre mete sic incipiunt: quod prima meta incipit ab occidente a meta eiusdem Comitis Nicolai in uia cruce signata, et currit ad aquilonem in magna via, ubi peruenit ad metas angulares; de quibus uertit se ad orientem, et currit per virgulta in magno spacio; deinde subyt terram arabilem usque riuum Oziuag nuncupatum, ubi sunt due mete terree; que saliendo intrat iterum terram arabilem, et intrat siluam magnam, et sic cum latitudine viginti quinque iugerum uenit ad alias metas angulares; de quibus currendo per ueteres metas iuxta quandam uiam directe ad meridiem peruenit ad metas Comitis Nicolai antedicti, ibique terminatur. Hoc adiecto, quod Johannes et filij sui ac ipsorum heredes Comitem Nicolaum et ipsius heredes a molestantibus omnibus racione terre uendite tenentur expedire proprijs laboribus et expensis; qui si expedire nequirent, extunc terram eque ualentem in alijs terris ipsorum hereditarijs tenentur statuere Comiti Nicolao supradicto. Quod ut ratum sit, presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Magistro Michaele Preposito Ecclesie nostre, Jacobo Custode, Cozma Decano existentibus. Anno ab Incarnacione Domini M°CC° octuagesimo octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a sárga-vörös-violaszinű selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

352.

A keresztesek esztergomi konventjének jelentése IV. László királyhoz, hogy Zuard mester, Miklós comes fia Ggarmat nevű földbirtokába iktattatott. 1288.

Excellentissimo domino suo L. Dei gracia illustri Regi Hungarie Conuentus Cruciferorum Sancti Regis Stephani oraciones in Domino continuas et deuotas aput Dominum pro eodem. Vestra nouerit Celsitudo, nos recepisse litteras uestre Maiestatis cum debita reuerencia, continentes, ut hominem nostrum mitteremus pro testimonio, coram quo Ladizlaus filius Lopret de Julafener homo vester accederet ad terram Chetre et Balisey ac Gregorij Gormoth vocatam, decedencium sine solacio liberorum, et sciret rei veritatem de predicta terra, vtrum esset vacua et habitatoribus destituta nec ne. Nos uero mandatis vestris assurgentes fideliter, vnum ex nobis fratrem nostrum curauimus destinare, qui postmodum ad nos rediens nobis dixit, quod prefatus Ladizlaus homo uester vna cum predicto fratre nostro ad faciem predicte terre accessisset, et eandem terram vacuam inuenisset, sine herede decedencium; et eandem reambulasset et statuisset coram eodem fratre nostro Magistro Zuard sine preiudicio iuris alieni, nullo obstante et contradicente. Cui terre terra Capituli Strigoniensis a parte occidentali, a parte uero orientali terra domini Archiepiscopi uicinantur, sicut a prefato fratre nostro dedicimus seriatim. Datum feria quarta post octauas Petri et Pauli Apostolorum.

(IV. László királynak 1288-ki adománylevéléből mint fentebb 385. sz. a.)

353.

IV. László király Gutkeled nemzetségbeli Endre, Dénes és Lothard, Lothard fiainak Valkó meggei népeit a nyestadó, hét denár és szulusma adózása alól felmenti. 1289.

(L)adizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Vt collaciones Regie perpetua firmitate solidentur litterarum solent testimonio communiri; inconcussum quippe permanet, quod Regio fuerit patrocinio communitum. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire: quod Endree, Dyonisius et Lothardus filij Lothardi de genere Gutkeled ad nostram accendentes presenciam a nobis instantissime supplicando pecierunt, vt collectam populorum suorum in Comitatu Wlko existencium, martuninarum videlicet, septem denariorum vt victualium, que wlgariter sulusma nuncupatur, eisdem relaxare de benignitate Regia dignaremus. Nos igitur consideratis seruicijs et fidelitatibus prefatorum Endree, Dyonisij et Lothardi, que in omnibus expedicionibus Regni nostri fideliter impenderunt, omnes populos seu iobagiones ipsorum, in prefato Comitatu commorantes, a predicta exaccione collecte marturinarum, septem denariorum et eciam victualium omnino duximus eximendos; ita vt de cetero Bano pro tempore constituto exaccioni seu collecte huiusmodi in nullo dinoscantur adiacere, sed omnino expediti et exempti habeantur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Thome Episcopi Wachiensis aule nostre Cancellarij dilecti fidelis nostri anno Domini M°CC°LXXX° nono.

(Robert Károly királynak 1314. „XV. kalendas Marcij" kelt megerősitő privilegiumából, melyet „Magister Mortunus filius Endre Bani" kért; a főmélt. herczeg Eszterházy család levéltárában.)

354.

IV. László királynak Wos és Zelebyg helységeket tárgyazó adománya Sydói Mihály comes számára. 1289.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod nos attendentes fidelitates et seruicia meritoria Comitis Mychaelis filij Emirici de Sydou fidelis nostri, que nobis cum sumpma fidelitate exhibuit et inpendit, ac mortem Comitis Nycolai fratris sui dicti Fatra, qui in seruicio nobis et Regno nostro exhibendo extitit interemtus, in memoriam reuocantes, villas Wos et Zelebyg uocatas in Comitatu de Kamarun existentes ad collacionem Regiam pertinentes, ipsi Comiti Mychaeli et suis heredibus heredumque suorum successoribus cum vtilitatibus et pertinencijs earundem vniuersis eo iure et ea plenitudine, quemadmodum primitus ydem ex nostra collacione dinoscitur possedisse, reliquimus, dedimus et contulimus perpetuo possidendas et habendas. Datum iuxta uillam Toty in crastino octauarum Omnium Sanctorum, anno Domini M°CC°LXXX° nono.

(III. Endre királynak 1291-ki megerősitő okmányából a nemzeti muzeum kéziratttárában.)

355.

IV. László királynak intézkedése, hogy a nyúlszigeti apácza-zárda összes birtokába visszahelyeztessék. 1289.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis; quod nos vniuersas possessiones Ecclesie Beate Virginis de Insula in Regno nostro ubique existentes, simul cum tributis in castro Budensi in foro, et in Pesth exigendis; item vineis, molendinis fenetis, siluis et piscinis, que uulgariter tana nuncupantur; item palacia in Calidis Aquis existencia, simul cum mansionibus pertinentibus ad ipsa; et specialiter Monasterium de Teluky, simul cum uilla, racione Patronatus pertinenti ad idem, auferendo a quolibet, reddidimus et restituimus eidem Ecclesie Beate Virginis; eo modo et ea plenitudine, quemadmodum per Belam karissimum auum nostrum, et Stephanum karissimum patrem nostrum, Reges illustrium recordacionum donate extiterant et collate, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas: omnia instrumenta si que per aliquem super facto collacionis dictarum possessionum a nobis optenta essent uel extitissent, cassa et uiribus irrita esse uolumus, et per omnia presentibus rouocamus. Datum in Rakus in octaua Ascensionis Domini, anno Domini M°CC° octuagisimo nono.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul odanyomott pecsétnek töredéke megvan, a budai kir. kamarai levéltárban. Ugyanott őriztetik ezen okmánynak Pálóczi László országbiró által 1463. „Bude sabbato proximo post festum Visitacionis Gloriosissime Virginis Marie", papiron „Petrus litteratus de Kesthewlcz legittimus procurator religiosarum dominarum Anne Priorisse et Conuentus sororum sanctimonialium Claustri Beate Marie Virginis de Insula Leporum" kiadott törvénykezési átirata.)

356.

IV. László királynak Zomor és Udvarnokban lévő részbirtokokat tárgyazó iktatási parancsa az esztergami káptalanhoz. Pál mester esztergami prépost több serviense számára. 1289.

Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie fidelibus suis Capitulo Strigoniensi salutem et graciam. Cum nos ad peticionem discreti viri Magistri Pauli Prepositi Strigoniensis Legum Doctoris et Aministratoris Quinqueecclesiarum, fidelis et familiaris Clerici Domus nostre, terras et possessiones Mathey et Cosme filiorum Mutud in territorijs de Zumur et de Vduornuk constitutas sine herede decedencium, Damyano, Endre, et Georgio filijs Andree primogeniti eiusdem Mutud, seruientibus ipsius Prepositi, pariter cum vineis, siluis et fenilibus ac alijs vtilitatibus suis, dederimus et donauerimus pleno iure ad manus nostras Regias iuxta Regni nostri consuetudinem deuolutas; volumus, et fidelitati uestre precipientes mandamus, quatenus detis testimonium vestrum ydoneum, coram quo Stephanus filius Lentur, homo noster, predictas terras et possessiones filiorum Mutud filijs dicti Andree sine juris preiudicio alieni cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs statuat et assignet, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint ad nostram citet Presenciam ad terminum competentem, et posthec diem citacionis et terminum assignatum, simul cum facti serie nobis fideliter rescribatis. Datum in Vgad feria sexta proxima ante festum Sancti Nicolai confessoris.

(Az esztergami káptalannak ugyanis 1289-ki jelentéséből, mint alább.) 361. sz. a.)

357.

IV. László királynak parancsa, hogy Oguz comes Agy nevü föld birtokában védelmeztessék. 1289.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fideli suo Terepk filio Johannis salutem et graciam. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus Comitem Oguz filium Buzad in quadam terra Agy vocata, quam nos eidem contulisse dicimur, ab omnibus indebite molestantibus debeas conseruare. Aliud non facturus. Datum in Suk in festo Beate Margarete virginis.

K i v ü l: Terepk filio Johannis.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

358.

Nemagnich István szerb királynak Poglizza dalmatiai kerület nemesei, és népeik számára kiadott privilegiuma. 1289.

Stephanus Nemagnich Dei gracia Rex Rassiae, Dalmatiae et Bosinae etc. omnibus Banis, Vajvodis, Comitibus, Serdariis, Officialibus et omnibus aliis Indicentibus militiae et locorum nostrorum, dilectionem et salutem auguramus. Spectabiles Nobiles loci Rogoznicae in Dalmatia parum distantis a mari vocati Comites Diklicich Rubraich (igy!), Davidovich, Blaxevich, Miculich, Vojnich et Radich, q u i o m n e s h i c (igy!) p e r v e n e r u n t a R e g n o H u n g a r i a e c u m e o r u m f a m i l i i s, et possederunt ipsum locum cum omnibus suis per-

tinentiis, ex quibus Nobilibus multi postea nati sunt Nobiles, praesentaverunt se Majestati Nostrae unus pro familia missi a Sp. suo Comite Vajvoda, Judicibus et ab universo suo Consilio ad dedicandos se ipsos, filios et universum suum populum Majestati Nostrae cum conditione, quod ipsi in eorum Consilio debeant creare Comitem Vajvodam, Judices, provisores sanitatis et Justitierem (?), et judicare in criminali et civili causa, et facere judicia alterius naturae secundum eorum consuetudines et leges; et nunquam debeant solvere Nobis et subditis Nostris tributum nullum de eorum fructibus generis cujusvis, nec de negotiis in ulla civitate et locis Regni Nostri, nec quiddam solvere herbatica, sed sint liberi et immunes a quovis genere tributorum; cum ipsi accurrerint affectu magno in bello cum exercitu nostro contra inimicos Nostros, et saepe demonstrati sint fortes in armis, et juraverunt fore fideles pro semper Majestati Nostrae. Nos igitur pro operibus eorum dignis confirmanus ipsis leges omnes, consuetudines, facta indulta, et concedimus eis tenere navicula pro eorum indigentiis et piscatione; et Clementia Nostra concedit eis totum, quod supra petierunt, et ut continetur, cum perpetua confirmatione non solum, sed etiam concedimus Nobilibus praedictis, quod totum illud, (quod) decisum erit ab eorum Comite Vajvoda, Judicibus et Consilio Nobilium, debet esse firmum, quantum si a Nobis judicatum esset. Et confirmanus illis omnia privilegia concessa a Serenissimis Regibus Hungariae, et omnia alia habita temporibus transactis, et totum id pro semper, et munimus sigillo Nostro Regali argenteo pendente. Pristinae quarto Octobris 1289. Stephanus. Ninoslaus Grabglanovich Secretarius.

(Ezen kiváltság többször megerősittetett; névszerint megerősitették azt: 1) 1810. Millosseri 6-a Septembris, Stephanus Cotromanovich Banus Bosinae. A' megerősités határozottan „omnia privilegia Regum Hungariae"-ra vonatkozik. Említtettnek „loca et civitates universi Banatus Nostri." 2) 1360. Pristinae 21-a Maii, Stephanus Tvartko Rex Rassiae, Bosinae, Partium maris et Dalmatiae." Említtetnek „loca et civitates Regni nostri." 3) 1423. april 4-kén a velenczei köztársaság. 4) 1437. martius 30-kán „Xansa Frangipani, Vegliae, Segnae, Modrussi, Cetinae, Clissae, Almissae Comes, Dalmatiae et Croatiae Banus." Ezen kiváltságok alapján hozták 1440. körül a poglizzaiak statutumaikat, de már ó-szláv nyelven és ciril betükkel, közzétéve Mesics M. által a déli szláv történelmi társulat Archivumának V. kötetében 241, sk. ll.)

359.

Lodomér esztergami érsek káptalanjával az esztergami határban földeket cserél. 1289.

Nos Lodomerius miseracione Diuina Strigoniensis Archiepiscopus et Comes Perpetuus loci eiusdem significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem: quod nos terras nostras totales, pro areis sev fundis curiarum aptas, in districtu Ecclesie Sancti Dominici retro villam Ermen constitutas, quas Nycolaum aurifabrum ciuem Strigoniensem, ex priuilegio bone memorie domini Philippi proximi predecessoris nostri, quondam Archiepiscopi Strigoniensis, inuenimus et comperimus indebite et illicite occupasse, ab eodem Nycolao pure et simpliciter auferentes; discretis viris Preposito et Capitulo Ecclesie nostre Strigoniensis, karissimis in Christo fratribus nostris, dedimus, tradidimus et contulimus in perpetuum possidendas, in concambio et permutacione terrarum eorum in suburbio Castri Strigoniensis constitutarum, circa ripam Danubij a parte occidentis, quas ab ipsis fratribus nostris pro pistrino, orto, et alijs edificijs nostris ibi in nostra curia constitutis, pro nobis et eciam successoribus nostris recepimus ab eisdem, tenendas iure perpetuo et habendas, nostra et successorum nostrorum considerantes hijs fieri et emergere meliora, jobagiones eorundem fratrum nostrorum eiusdem terre de facie remonendo. Que quidem terra sessionalis totaliter eisdem fratribus nostris, ut prediximus, per nos perpetualiter assignata, olim ad clauigeratum Archiepiscopatus Strigoniensis spectabat, et eam a meridie alia terra eorundem fratrum nostrorum prope ecclesiam Sancti Dominici constituta, ab oriente autem vinea filiorum Comitis Elkyni (ex ori)entis latere constituta et quatuor arbores nucum existentes ibidem, a septemtrione vero fossatum vinearum Petri generi Luce sacerdotis, et ab occidente alium fossatum separant et distingunt. In cuius concambij et permutacionis memoriam et

perpetuam firmitatem presentes litteras eisdem fratribus nostris, libenter et liberaliter nostre voluntati annuentibus in hoc facto, dari fecimus, sigilli nostri appensione munitas. Datum et actum Strigonij anno Domini M°CC° LXXX° nono in octauis Sancti Georgij martiris.

(Az eredeti után Knauz, Magyar Sion III. köt. 702. l.)

360.

Pál horvátországi bán békességet köt a velenczei köztársasággal. 1289.

In Christi nomine Amen; die dominico XIV. mensis Madii, presentibus Jacobo Donato Leonardi Gisi Sancti Eustachii, Pancracio Venerio Sancti Johannis decollati, et Marco Maripetro Sancti Severij, Cauto Canzellario, et Rustechino Benintendi Notario et scriba Ducatus Veneciarum testibus vocatis, et rogatis, et aliis multis. Coram Illustri domino Petro Gradonico Dei gracia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Duce et Domino Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie, astantibus sibi nobilibus viris Andrea de Molino, Leonardo Venerio, Marino Ruzino, Cratono Dandulo, Gabriele Delfino et Johanne Superancio Sancti Angeli. Nobiles viri domini Pasqua de Varicasso et Domaldus de Sadulino, cives Jadre, nuncii, procuratores, sindici et actores Egregii viri domini Pauli Brebariensis Bani et ejus fratrum Comitis Georgii et Comitis Mladini, ad infrascripta constituti, sicut apparet per instrumentum publicum inde scriptum et roboratum per manum Henrici Imperiali auctoritate Notarii et Jadrensis — — — — — — — anno ab Incarnacione Christi millessimo ducentesimo octogesimo nono, indiccione tercia die sexto intrante mense Martij, procuratorio, sindicario et actorio nomine pro predictis dominis Paulo Bano, et Comitibus Georgio, et Mla-

dino fratribus, solemniter inierunt, fecerunt, et firmaverunt meram puram et firmam treugiam usque ad tres annos continuos et completos, cum predicto Magnifico domino Petro Gradonico Dei gracia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Duce, et domino Quarte Partis et Dimidie totius Imperii Romanie, recipienti, et stipulanti pro se et Communi et hominibus Veneciarum, habitatoribus, subiectis, et districtualibus suis. Promittentes nomine quo dictum est supra dicto domino Duci recipienti pro se, pro Communi, et hominibus Veneciarum, quod predicti fratres, vel aliquis eorum per se seu per homines Almisii, seu per vllos eorum, vel alicuius eorum homines subditos, seu per homines qui se receptarent in Banatu vel Comitatibus predictorum dominorum fratrum, seu in aliis eorum terris, vel sub eorum, vel alicujus eorum dominio, non offendent, nec offendi facient, nec offendi permittent in personis vel rebus dictum dominum Ducem, Commune et homines Veneciarum, nec habitatores fideles, districtuales seu subditos dicti domini Ducis, nec aliquam terram seu locum habentem Rectorem pro dicto domino Duce — — — — — — — — — —

(A velenczei „Liber pactorum Ferarie" czimű államkönyvből 97. l.; a belgrádi tudományos társaság „Glasznikja" XV. köt. 207. l.)

361.

Az esztergami káptalannak jelentése IV. László királyhoz, hogy Pál mester esztergami prépostnak több serviense Zomor és Udvarnokban lévő részbirtokukban statuáltatott. 1289.

Exellentissimo domino suo domino Ladizlao Dei gracia Illustri Regi Vngarie Capitulum Ecclesie Strigoniensis oraciones in Christo debitas et deuotas. Vestra nouerit Regia Celsitudo, nos recepisse uestras litteras cum debita reuerencia in hec uerba:

Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie stb. (következik IV. László királynak iktató parancsa mint fentebb 356. sz. a.

Nos igitur Excellencie Uestre mandatis. ut teremur, fideliter et obedienter satisfacere cupientes, ad reambulandas et statuendas illas possessiones sev terras hominem nostrum ydoneum et fide dignum pro testimonio cum homine uestro curauimus destinare. Qui tandem ad nos reuersi nobis concorditer recitarunt; quod ipsi conuocatis commetaneis et vicinis, predictas terras siue possessiones Mathey et Cosme antedictorum, in territorijs de Zumur et de Vduornuk inter terras et alia iura aliorum hominum mixtim sitas, vna cum suis vtilitatibus, videlicet tribus vineis, fenetis, virgulto, siluis, et alijs omnibus appendicijs et pertinencijs suis in presencia commetaneorum et vicinorum suorum in nullo contradicencium, eisdem filijs Andree pacifice statuissent in perpetuum possidendas. Ex quibus commetaneis et vicinis Lucus et Blasius de Symeg, Tyba filius Magistri Benoh, filius Bartholomei nomine Nicolaus de Germen, Michael filius Sixti de eadem, Blasius et Antol filij Barca de Zumur, Leonardus de Bisey, Ders et fratres sui filij Gregorij de Bersey, et populi nostri de Epel reambulacioni et assignacioni earundem terrarum siue possessionum interfuerunt, consensum et assensum prebentes. Prout hec omnia et singula premissorum ab homine vestro et nostro recollegimus et didicimus seriatim. Datum in vigillia Beati Thome Apostolica.

(Eredetie börhártyán, a pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

362.

A győri káptalan átirja saját 1241-ki Egyházasurkun nevű birtokot tárgyazó bizonyságlevelét. 1289.

Capitulum Jauriensis Ecclesie vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quod Comes Valentinus filius Valentini de Gyourou coram nobis constitutus personaliter exhibuit nobis quoddam antiquum priuilegium suum sub nostre Communitatis sigillo confectum ante aduentum Tartarorum, qui temporibus quondam Bele Illustris Regis Vngarie primo Regnum Vngarie inuaserunt; et licet illud priuilegium pre nimia vetustate quasi consumi videbatur, et in quibusdam locis tinearum corrosionibus esset demolitum; tamen littere eiusdem coram nobis seriatim perlegi potuerunt: et petiuit idem Comes Valentinus a nobis instanter, quod ipsum priuilegium renouaremus, tenorem eiusdem nostris presentibus inseri faciendo. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Capitulum Jauriensis Ecclesie stb. (következik a győri káptalannak 1241-ki bizonyságlevele, mint gyűjteményünk VII. vagyis a második folyam II. kötetében 125. l.)

Nos igitur quia in dicto priuilegio nullam fraudem uidimus apparere, et sigillum nostrum eidem priuilegio appositum uerum recognouimus, idem priuilegium de uerbo ad verbum rescribi faciendo renouauimus et renouatum apposicione nostri presentis autentici sigilli duximus roborandum. Datum V° nonas Marcij anno Domini M°CC° octagesimo IX°. Magistro Carachino Ecclesie nostre Preposito, Dominico Cantore, Bors Lectore, Stephano Custode existentibus.

A B C

(Eredetie a Rumy család levéltárában, másolata a magyar academia irattárában.)

363.

A pozsonyi káptalannak bizonyságlevele, hogy Korchai László sógornéjával Aglonththal, Korchai Sándor özvegyével, hitbére és jegyajándékaira nézve eggezkedett. 1289.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis salutem in salutis auctore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod constituti coram nobis personaliter Tolueius filius Tecus, et filia eiusdem Aglonth nomine, relicta Alexandri filij Sauli de Corcha cum duabus paruiculis filiabus suis Elizabeth et Margareta vocatis ab una parte, et Ladizlaus filius Sauli frater predicti Alexandri pro se et pro filijs suis Chelleo et Johanne ab altera, sunt confessi uiua uoce, quod licet mota fuerit materia questionis inter ipsos super dote et rebus parafarnalibus predicte domine Aglonth, et quarta parte paternarum possessionum predictas filias eiusdem domine contingente, sicque diu ordine iudiciario altercati fuissent; tandem ad ultimum mediantibus probis viris taliter concordassent: quod idem Ladizlaus pro dote et dotalicijs ac rebus parafarnalibus predicte domine, et quarta parte filiarum eiusdem deberet soluere sex marcas; quas quidem sex marcas ijdem Tolueius, domina Aglonth filia sua, pro se et pro duabus filiabus suis supradictis confessi sunt ab ipso Ladizlao se recepisse plenarie et habere; et sic ipsum Ladizlaum et filios suos Chelleum et Johannem de dote et dotalicijs ac rebus parafarnalibus predicte domine, et quarta parte filiarum eiusdem ipse Toluerius et predicta domina Aglont reddiderunt in nostri presencia penitus expeditos; obligantes se quod quicunque processu temporum ipsum Ladizlaum aut filios suos predictos Chelleum et Johannem racione dotis et rerum parafarnalium predictarum ac quarta parte uoluerit inpetere uel uexare; extunc eadem domina et predictus Toluerius tenebuntur eos expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam presentes

nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini M°CC°LXXX° nono.

A B C D

(Az eredeti után; közli T. Dergi Somogyi Antal ur.)

364.

A nagyváradi káptalannak a Gutkeled nemzetség Szabolcs-megyei javait tárgyazó osztályára vonatkozó bizonyságlevele. 1289.

A B C

Capitulum Ecclesie Waradiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire: quod Comite Laurencio filio Pauli de genere Guthkeled ab vna parte, Mathya et Paulo filijs Comitis Detrici filij dicti Pauli, sicut dixerunt, ab altera coram nobis personaliter constitutis, dictum et propositum extitit per eosdem, quod in vniuersis possessionibus seu terris suis, hereditarijs scilicet, empticijs et acquisitis, communiter vsque modo possessis, talem inter se fecissent diuisionem; quod medietas quarundam terrarum in Comitatu de Zobouch existencium Guuth uocatarum, quarum vnam hereditariam, aliam uero empticiam esse asserebant, a parte meridionali existentes, medietasque cuiusdam terre empticie Wulkan uocate, que uberior seu maioris precij computabatur porcio ab alia, ab oriente nichilominus existens, prefato Comiti Laurencio, quia idem res dotales domine relicte Comitis Martini fratris ipsorum, que eos communiter tangebant, de suis proprijs omnino persoluit; item medietas sessionis in quadam terra eorum hereditaria sua Achas uocata a parte orientali, quam medietate ab alia quedam arbores nucum separare dicuntur,

metis certis distingendo, cum earum utilitatibus et pertinencijs cessissent iure perpetuo possidende; alijs vero medietatibus dictarum terrarum seu possessionum ac sessionis memorate, similiter cum earum utilitatibus et pertinencijs, plenoque dominio in porcionem remanentibus Mathye et Pauli predictorum. Vsum autem terre Achas habebunt in communi. Assumpmentes se partes super terris modo premisso diuisis, et super dote domine relicte Johannis fratris ipsorum, si per quospiam processu temporum ea occasione impeterentur, expedire laboribus proprijs et expensis communiter ad hoc adhibitis. Quandam eciam terram Zalka nominatam empticiam sepedicti Mathyas et Paulus ipsi Comiti Laurencio et suis heredibus pacifice reliquerunt. Obligarunt se nichilominus partes, quod si qua parcium diuisionem prehabitam vellet retractare, pene quinquaginta marcarum subiaceret eo facto. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria tercia proxima post dominicam Ramispalmarum anno Domini M°CC° octuagesimo nono. Domino Antonio Preposito, Stephano Lectore, Iwan Cantore, Martino Custode Ecclesie nostre Magistris existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a függő pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

365.

A Churgoi konventnek jelentése IV. László királyhoz hogy bizonyos földbirtokban Ochuz statuáltatott. 1289.

Excellentissimo domino suo L. Dei gracia Illustri Regi Hungarie Conuentus de Churgo inclinacionem et oraciones in Domino continuas et deuotas. Vestre Excellencie litteras recepimus humiliter et deuote; in quibus uidimus contineri, ut unum

ex nobis mitteremus fidelem pro testimonio, coram quo homo uester Farcasius filius Decimys reambularet terram retiferorum uestrorum. Vnde misimus unum ex nobis, qui ad nos rediens retulit nobis fideliter uina uoce, terram reambulatam una cum homine uestro, penitus in nullo contradicente, et terram memoratam eidem Comiti Ochuz statutam. Super quo quicquid esse deceat, Uestra Maiestas discernat.

Kivül Excellentissimo domino suo L. Dei gracia Illustri Regi Hungarie.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

366.

A nagyváradi konventnek bizonyságlevele, hogy Szent Jánosi Paznan maradéka Thurna nevü birtokukat Raphayn bánnak eladták. 1289.

Johannes Diuina prouidencia Prepositus et Conuentus Monasterij Sancti Stephani Prothomartiris de Promontorio Waradiensi omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Igitur ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire: quod cum Ders filio Paznani de Sancto Johanne, et Paznano filio ipsius, ac Michaele pro se, Comite Zabolch patre suo, et Alberto fratre suo (de) generacione dicti Paznani ab vna parte, Ruphayn Bano ab altera coram nobis personaliter constitutis, dictum extitit per Ders et Paznanum filium ipsius et relatum, quod cum quandam possessionem suam hereditariam Thurna vocatam in Prouincia Nyr existentem, in vicinatu commetaneitatis possessionis ipsius Ruphayn Bani Debrecen vocate, in qua Ecclesia in honore Beate Virginis Gloriose est constructa, quam eidem Rophayn

Bano pro viginti sex marcis pignori obligauerat usque tercium termini sub pena dupli, si non redimerent; tandem ipsis terminis occurrentibus redimere non potuerunt: ideo Sthephano filio Nathk, qui pro se et fratribus suis personaliter constitutis nobilibus de Scepes vicini et commetanei predicte terre in nullo contradicentibus, sed magis uolentibus et consencientibus, vendidisse pro viginti sex marcis et duppli earum dixerunt eandem ipsi Ruphayni Bano, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus pro octuaginta marcis plene habitis et receptis ab eodem perpetuo possidendam, tenendam et pariter habendam cum suis vtilitatibus et ad eandem pertinencijs vniuersis. In cuius memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octauis Cozme et Damiani Beatorum nostrorum anno Domini M°CC° octuagesimo nono

(Eredetie bőrhártyán, megyszinti selyemzsinóron függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

367.

A szalavári konventnek bizonyságlevele, hogy Chák bán fiai bizonyos Roykban lévő birtokrészt Ochuz comesnek, Buzad comes fiának eladtak. 1289.

Frater Andreas Diuina miseracione Abbas Zaladiensis totusque loci eiusdem Conuentus omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Quia per decursum temporum nonnunquam rerum gestarum ueritas obscuratur, quam non serenat lucida series litterarum; quapropter opus est sapientis, ut que agantur uel memorentur, testimonio litterarum debeant roborari. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Magister Buzad et Feldricus filij

Chak Bani quandam possessionem ipsorum, porcionem Michaelis filij Tristiani in Royk existentem, sub eisdem metis et terminis, quibus idem Michael possedit, uendiderunt Comiti Ochuz filio Comitis Buzad fratri eorundem in triginta marcis, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, pecunia persoluta receptaque coram nobis ex integro. Dicimus eciam, quod si processu temporum predicta uendicio per quempiam in discessionis materiam, vel quoquo modo reuocaretur in irritum; ijdem Magister Buzad et frater ipsius prenotati obligarunt se coram nobis, Comitem Ochuz, uel post eum suos posteros, ab omnibus exaccionibus causarum racione terre deuolutarum supradicte proprijs laboribus, sumptibus et expensis expedire. In cuius rei testimonium memoriamque firmiorem presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie M°CC° octagesimo nono.

(Eredetie bőrhártyán hártyazsinegen függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

368.

A zalavári konventnek bizonyságlevele, hogy Miklós comes, Chák bán fiának özvegye, és Herbord comes Lankretnek fia Kutfő nevü birtokukat ugyan Ochuz comesnek eladták. 1289.

Nos frater Andreas miseracione Diuina Abbas Zaladiensis et totus eiusdem loci Conuentus, ad uniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam volumus peruenire presencium per tenorem: quod domina relicta Comitis Nicolai filij Chak Bani, et Comes Herbordus filius Lancrecij, cui eadem domina totam causam suam dedit et dimisit pro se quondam ab una parte, et Comes Ochuz filius Magistri Buzad ab altera coram nobis personaliter constituti; eadem domina si-

mul cum Comite Herbordo quandam possessionem suam Kwthfeu vocatam in Oltaruch existentem, per antiquas metas et terminos, et cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis receptis triginta marcis a Comite Ochuz ad plenum, eidem Comiti Ochuz, et per eum suis heredibus heredumue suorum successoribus, dixerunt uendidisse in perpetuum possidendam pleno iure. Cui terre Kuthfev uocate ab occidente commetanei sunt Magister Buzad et Fridericus filij Chak Bani, et ab oriente sunt mete terre Descych; item a meredie separat Gurges siue riuus Oltaruch; et ab aquilone in una particula tangit terra Bachita vocata. Eo pacto interposito, quod nulla temporum spacia futurorum nec ipsa domina nec Comes Herbordus, nec eciam aliquis cognatorum suorum super predicta possessione Kutfeu uocate (igy) Comitem Ochuz uel suos heredes poterunt aliqualiter molestare. Et si quispiam premisse uendicionis transgessor uel impeditor existeret, predicta domina et Comes Herbordus Comitem Ochuz et suos heredes assumpserunt expedire suis laboribus et expensis. In cuius rey memoriam firmitatemque perpetuam ad peticionem parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine communitas. Datum anno Domini M°CC° octagesimo nono.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét sárga-vörös selyemzsinóron függ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

369.

IV. Miklós pápa a morinai püspökséget tárgyazó 341. sz. a. intézkedésének foganatositására vonatkozó iratok: 1) A pápa kiküldött biráinak idézési rendelete. 1289.

Venerabili in Christo patri domino fratri Gregorio Episcopo Traguriensi; ac reverendo viro domino Leonardo Faletro Plebano Sancti Angeli de Venecijs, Morinensi et Sibeni-

censi Electo; ac Clericis Traguriensibus, Marcellus Dei gracia Episcopus Nonensis, Johannes Abbas Monasterij Sancti Grisogoni Jadrensis, et Jacobus Archidiaconus Spalatensis, domini Pape delegati seu executores ad infrascripta, salutem in Domino Jesu Christo. Noueritis, nos a Sanctissimo Patre domino Nicolao Papa Quarto recepisse litteras formam huiusmodi continentes:

Nicolaus Episcopus stb. Episcopo Nonensi stb. (következik IV. Miklós pápának 1288-ki rendelete mint fentebb 341. sz. a.)

Cum itaque mandatum tanti patris preterire nullatenus debeamus, sed velimus et intendimus ipsum mandatum, vt tenemur, cum effectu exequi reuerenter; auctoritate qua fungimur ex parte Sanctissimi Patris et domini Nicolai Summi Pontificis prelibati, vos citamus communiter et diuisim peremptorie; vos et quoslibet alios, qui sua crediderit interesse: vt infra sex mensium spacium post citacionem huiusmodi peremptorie per vos, vel per procurátores idoneos cum omnibus actis, iuribus et munimentis vestris dictam causam contingentibus, Apostolico vos conspectui presentetis, facturi et recepturi super premissis, quod ordo dictauerit racionis. In cuius rei testimonium presentibus nostra facimus appendi sigilla.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 124. l.)

370.

2) *A megtörtént idézésnek közjegyzői bizonyságlevél készitése végetti bejelentése, Ferencz mester spalatoi jegyzőnél. 1289.*

In Christi nomine Amen. Anno Domini M°CC°LXXX° nono die VII° intrante mensis Aprilis indiccione secunda; presentibus nobilibus et sapientibus viris dominis Tharobotto de

Tharabottis Spalatensi Potestate, Jurissa filio Radoy, Petro filio Nicolai, et Simone Siculi Sibenicensi, et alijs pluribus testibus vocatis ad hec specialiter et rogatis. Nobilis vir dominus Cepregna Judex Sibenicensis presentauit et dedit Magistro Francisco Notario Spalatensi ex parte venerabilis domini Marcelli Episcopi Nonensis, ac religiosi viri domini Johannis Abbatis Monasterii Sancti Chrisogoni Jadrensis, ac discreti viri domini Jacobi Archidiaconi Spalatensis, Domini Nicolai Pape Quarti Judicum delegatorum seu exequutorum in questione Traguriensi et Sibenicensi quoddam exemplum citacionum factarum venerabili patri domino ... Episcopo Traguriensi et nobili viro domino ... Sibenicensi Electo, per predictos executores clausum et sigillatum tribus sigillis ipsorum sanis et integris; semper dicendo et protestando, quod placeat eidem Magistro Francisco scribere, facere et complere totum illud, quod continetur in exemplo predicto. Cuius exempli tenor de verbo ad verbum talis est:

Istud est exemplum citacionum, quod nos Marcellus Episcopus Nonensis, Johannes Abbas Sancti Chrisogoni Jadrensis, et Jacobus Archidiaconus Spalatensis, domini Pape Judices delegati vobis Magistro Francisco Notario Spalatensi mittimus anno Domini, die, loco et testibus etc. ponatis secundum ordinem.

Reuerendus et nobilis vir dominus Jacobus Archidiaconus Spalatensis presentauit et dedit venerabili patri domino Gregorio Dei gracia Episcopo Traguriensi quasdam litteras sigillatas tribus sigillis cere viridis, sanis et integris, non viciatis, non cancellatas vel in aliqua sui parte abolitas; ipsorum sigillorum vnum erat domini Marcelli Episcopi Nonensis, aliud domini Johannis Abbatis Monasterij Sancti Grisogoni Jadrensis, tercium vero domini Jacobi Archidiaconi Spalatensis; quas dictus Archidiaconus eidem domino Episcopo presentauit et dedit ex parte domini Episcopi et Abbatis et sui ipsius, delegatorum seu exequutorum a domino Nicalao Papa Quarto deputatorum per ipsius domini Pape litteras. Quarum litterarum delegatorum tenor de verbo ad verbum talis est:

Venerabili stb. fratri Gregorio Episcopo Traguriensi stb. (következik a 369. sz. a. idézési rendelet.)

Ac precepit eidem domino Traguriensi Episcopo ex parte domini Pape, vt per se, vel per procuratorem idoneum infra sex mensium spacium cum omnibus actis, iuribus ac munimentis suis contigentibus causam contentam in litteris antedictis Apostolico se debeat conspectui presentare, facturus et recepturus super premissis, quod ordo dictauerit racionis. Quas quidem litteras domini Pape humiliter et benigne suscepit Episcopus memoratus. Actum in Traguris etc. presentibus talibus etc.

Ego Franciscus etc.

Et sciatis, quod vnum aliud instrumentum simile isto domino Electo Sibenicensi mittendo diem, locum et testes, et ipsum de verbo ad verbum adhuc conficere debetis, secundum mandatum vobis factum per nos Archidiaconum Spalatensem. Et secundum istorum exemplum volumus, vt tenemini, conficiatis duo instrumenta citacionum, videlicet domini . . . Episcopi Traguriensis, et domini . . . Electi Sibenicensis, quod exemplum est clausum, et sigillatum nostris tribus sigillis.

Item eodem die, loco, hora et testibus supradictis; idem dominus Judex predicto Magistro Francisco Notario ex parte predicti domini Archidiaconi Spalatensis presentauit et dedit quasdam litteras clausas sigillatas ipsius sigillo cere viridi, sano et integro. Quarum tenor de verbo ad verbum talis est:

Jacobus Archidiaconus Spalatensis stb. discreto viro domino Magistro Francisco Notaris Ciuitatis Spalati stb. (következik a 371. sz. a. okirat.)

(Ugyanott.)

371.

3) *Jakab spalatoi esperest és egyik pápai kiküldött birónak kifogása a Ferencz mester által készitett bizonyságlevél ellen. 1289.*

Jacobus Archidiaconus Spalatensis domini Nicolai Pape Quarti Judex delegatus siue executor in questione Sibenicensi et Traguriensi discreto viro domino Magistro Francisco Notario Ciuitatis Spalatensis salutem in Domino. Cum vos ad preces et mandatum nostrum confecissetis duo instrumenta in questione predicta Sibenicensi et Tragurinensi; que instrumenta non sunt nostra, imo Romane Ecclesie et Summi Pontificis prelibati; et illa sunt culpa vestri non modicum defectiua, et nullius valoris, nec confecta secundum nostrum exemplum; de quo possetis grauiter in personam puniri, et specialiter quando instrumenta papalia non conficitis, vt tenemini et debetis. Vobis auctoritate, qua fungimur a domino Papa predicto, precipimus et sub excommunicacionis pena mandamus; quam penam vos volumus incurrere ipso facto, si nostrum mandatum, quod non credimus, neglexeritis adimplere: quatenus predicta instrumenta secundum exemplum, quod vobis mittimus per latorem presencium, ponendo testes, diem locum et preceptum oretemus per nos factum Electo Sibenicensi et Episcopo Traguriensi predictis; et ipsorum responsiones infra quatuor dies a presentacione presencium conficere et emendare curetis, et ea latori presencium detis. Quod exemplum est clausum, nostro et meorum coniudicum sigillatum sigillis. Et ne moremini, si ipsi vobis non scribunt; quia non possunt, nec debent; quia ab ipsis non habuistis aliquid in mandatis, nisi solummodo a nobis. Et si predictum nostrum mandatum neglexeritis totaliter adimplere, vos certos reddimus et securos, quod nos vna cum coniudicibus nostris vos intendimus arguere et accusare de falso, coram quo de iure debemus; et per confessionem vestram iam factam in judicio coram notario et testibus infinitis optime nostram intencionem

probabimus. Datum Jadre die VI. exeunte Marcij M°CC° octuagesimo nono, indiccione secunda.

(Ugyanott.)

372.

Trau város hatóságának határozata, hogy a községi zavarok alkalmával bebörtönzöttek mi módon a börtönből kibocsáthatók. 1289.

Anno M°CC°LXXX° nono die primo Augusti; in Dei nomine Amen. Examinatum est per dominum Stefanum Vgerij ciuem Anconitanum Potestatem, et quatuor sapientes ad infrascripta examinanda. Et est examinatum et approbatum per XV sapientes homines de Tragurio, communicato consilio inter eos super facto captiuorum, qui pro Communi Tragurij in carcere detinentur: Quod si dicti captiui volunt exire carcerem Communis, quod tam ipsi, quam Lucas et Daniel, qui sunt extra forciam Communis, debeant parere et obedire mandatis Potestatum, Judicum et Rectorum, et Communis Ciuitatis Tragurij, tam presencium quam futurorum, et maxime infrascipta forma pacis et condicionibus, videlicet: Quod dicti carcerati statim, dum detracti fuerint de carcere, cum dictis Daniele et Luca, promittere debeant et iurent, stare et morari quatuor annis continuis Ancone; hoc excepto, quod cum licencia Potestatis Ancone dictis quatuor annis ad quascunque partes ire possint ad lucrandum, preterquam ad partes Dalmacie. Dictis autem quatuor annis completis debebunt habitare filij Jacobi Decij in Jadra, filij Petri Damatij habitare debeant in Arbi, ressidui vero habitare debeant in Fara, temporibus vite eorum cum omnibus de eorum familijs. Et quod nullo modo de cetero presumant realiter vel personaliter offendere, vel quomodolibet dampnificare aliquem vel aliquos de Tragurio, nec eorum ciues et Com-

mune dicte Ciuitatis Tragurij aliquam prodiccionem, machinacionem vel conuenticolam, conspiracionem seu conuocacionem modo aliquo facient vel procurabunt, per se vel cum aliquibus alijs temporibus vite eorum; nec aliquod damnum facient vel fieri facient ipsi Cummuni vel Ciuitati. Et si contrafacerent in aliquibus predictorum, cadant pro qualibet vice, et incidant in pena infrascripta, tam ipsi quam eorum fideiussores; et de offensa facienda speciali concedatur ipsi speciali offenso prestito sacramento; de offensa autem Communi vel Ciuitati facienda concedatur persone legitime procuratoris, cum dicto quatuor testium. Et pro hijs attendendis et firmiter obseruandis dabunt infrascriptas securitates bonas et indoneas; videlicet de trecentis marchis argenti de Spaleto, de ducentis marchis argenti de Briberio de ducentis marchis argenti a domino Comite Zane de Vegla, de ducentis marchis argenti de Jadria, et de ducentis marchis argenti de Sibinico, et de ducentis marchis de Tragurio. Que pena, si contra factum fuerit modo aliquo, pro qualibet vice applicetur medietas denuncianti, et alia medietas Communi Tragurij; et dampnum pacienti emendetur.

(Lucius, Memorie storiche di Trau. 127. l.)

373.

Rikolf Lomnitzi biró bizonyos Ruda nevü erdöséget uj telepítvény végett Mühlbachból való Theodoriknak és Lajosnak adományoz. 1289.

In nomine Domini Amen. Quum omnia que aguntur in tempore, labuntur cum tempore, et que ab hominibus rite componuntur, uetustas delet, obliuio redit; ideo scripturarum memorie commendantur. Hinc est, quod notum esse uolumus omnibus fidelibus presentibus et futuris, ad quos presens scriptum peruenerit: quod nos Rycolphus Comes de Lumpniz,

nostrique heredes, habito nostrorum amicorum consilio, viris ydoneis ac honestis Theodorico de Mulbach, et Luduico fratri suo nec non successoribus eorum, siluam que Rvda uocatur, circa alpes sitam, quam a Regia Gracia obtinuimus, eisdem contulimus pro noua uilla locanda, cum omni iure Cypsensi, que wlgariter Lanthecce debet nuncupari. Insuper quotquod uillas in prefata silua potuerint construere, libere contulimus excolendam. Hec (igy) sunt mete: Prima incipit a uilla, que Birbury vocatur, et tendit ad fluuium, qui Bela dicitur; deinde ad montes niueos usque ad terminos Polonicales; abinde ad montem orientalem; et sic redeunt ad uillam supradictam. Qui racione locacionis quatuor mansos liberos, sextum denarium censualem, tercium de iudicio, molendinum et brasatorium iure hereditario possidebunt. Omnibus autem ad hanc locacionem uenientibus, quocunque anno uel tempore superuenerint, XVI annorum contulimus libertatem; quibus expletis singulis annis de quolibet manso vnum fertonem vsualis argenti et terrestri (igy) ponderis in Resurreccione Domini soluere tenebuntur. Preterea in uenacionibus et piscacionibus liberam habeant facultatem. Item si aurum, uel argentum, aut eris metallum repertum fuerit, ipsos uolumus a porcione eorum non repelli. Soltetos uero cum Juratis uolumus omnia iudicia iudicare; ita tamen, ut nobis nichil depereat nostri iuris. Ecclesie libertatem uolumus procurare, cui eciam unum mansum liberum pro dote damus; secundum vero mansum pro pascuis animalium uille assignamus. Vt autem hec omnia rata et immutabilia a nobis et nostris posteris inuiolata permaneant, presentem paginam dedimus nostri sigilli munimine roboratam. In cuius eciam maioris firmitatis plenitudinem honorabilium uirorum, Magistri Jacobi Prepositi de Cypis, et domini Johannis Abbatis de Ordine Cysterciensi sigilla petiuimus appendenda. Acta sunt hec coram Juratis Terre, Tilone uidelicet Antiquo Judice de Bela, et Cunrado filio Gysleri de Meinhardi Uilla, et alijs quam pluribus. Datum in Lumpniz in festo Pasche, anno ab Incarnacione Domini M°CC°LXXX°IX°.

(Eredetie bőrhártyán, melyen egykor három pecsét, s névszerint ezeknek középsője zöld-vörös-sárga selyemzsinóron függött, de már mindhárom elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

289.

IV. László király Besztercze (erdélyi) város adójának két részét engedi el. 1290.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Vt ea, que in tempore geruntur, ne cum tempore defluant et labantur, litterarum solent testimonio communiri seu perhempnari; inconcussum quippe permanet, quod Regio fuit patrocinio communitum. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire: quod accedentes ad nostram presenciam ciues de Byzturche exhibuerunt nobis patentes litteras nostras super relaxacione duarum parcium tributi de Byztwrche, et petiuerunt a nobis humiliter suplicando, vt ipsas ratas habere, et nostro innouare et confirmare priuilegio de benignitate Regia dignaremur. Quarum quidem patencium litterarum tenor talis est:

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis: quod quia ciues nostri de Byztwrch per vastus et incendia Tartarorum plurimum sunt destructi et depauperati, eisdem huiusmodi graciam duximus faciendam, vt terciam partem tributi de Byztwrche, et non vltra, dare et persoluere teneantur; ita vt de duabus partibus tributi sint expediti et absoluti; nullus autem hominum vltra id eosdem molestare audeat vel presumat. Datum Waradini in festo Beate Marie Magdalene.

Nos itaque iustis et legittimis peticionibus predictorum ciuium nostrorum inclinati Regio cum fauore, ipsas patentes litteras nostras non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, sed omnimodam continentes ueritatem, de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, auctoritate presencium duximus innouandas et eciam confirmandas. Vt autem huiusmodi gracia predictis ciuibus per nos edita et concessa

robur obtineat perpetue firmitatis, nec processu temporum per quempiam possit seu valeat in irritum reuocari aut retractari, sed in perpetuum usque in filios filiorum perseueret, presentes concessimus litteras duplicis sigilli munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Gregorij Dei gracia Episcopi Chanadiensis aule nostre Vice Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°XC°, sexto kalendas Junij Regni autem nostri anno decimo nono.

(Teutsch és Firnhaber, Urkundenbuch zur Geschichte Siebenbürgens I. köt. 156. l.)

375.

IV. László király a nyúlszigeti apáczazárda jogait és szabadalmait megerősítvén, azoknak szoros megtartása iránt intézkedik. 1290.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Sentencia Principis in recta debet statera iudicij ponderari, ut contra iusticiam nulli pareat, vnicuique possessa restituat, et restituta denue renouacionis stabiliat priuilegio firmitatis. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod viri Deo deuoti fratres Predicatores, nomine domine Margarete sororis nostre karissime, filia (igy) Anne Ducisse, ac nobilium dominarum seu sororum de Insula Sancte Marie Virginis prope Budam, ad nostram accedendo presenciam nostre Celsitudini dolorose conquerendo exponere curauerunt, quod Prepositus et Canonici Ecclesie Sancti Thome martiris de promontorio Strigoniensi easdem dominas seu sorores super medietate tributi fori Pestiensis

indebite molestarent; quod tributum dicebant eidem Monastrerio et sororibus per dominum Belam illustrem Regem Hungarie auum nostrum karissimum inclite recordacionis racione oblacionum et expensarum de sua camera propria ob reuerenciam Virginis Gloriose ad aram eiusdem Virginis deuote offerendarum fuisse datum et collatum; priuilegia, instrumenta seu litteras, videlicet tam eiusdem domini Bele Regis et Stephani patris nostri, quam nostra super collacione tam tributi Pestiensis quam tributi de Castro Budensi habita et confecta, nostre Celsitudine exhibentes. In litteris nostris patentibus sigillo nostro autentico et anuleo consignatis, nobis vltimo exhibitis per eosdem comperimus, medietatem ipsius tributi Pestiensis eisdem dominabus restituisse pleno iure possidendam, quemadmodum in priuilegijs Bele videlicet et Stephani illustrium Regum Hungarie continetur; cum Magister Michael tunc Prepositus Sancti Thome martiris ad videnda priuilegia dictarum dominarum, per fratrem Augustinum et Thomam nobis exhibuerant, nec venire nec mittere, nec sua et Ecclesie sue instrumenta in termino peremptorio et deciso curasset exhibere. Igitur nos ex officio suscepti regiminis a Deo, ipsorum (igy) pias elemosinas seu ordinaciones licitas et honestas ipsi Monasterio Beate Virginis de Insula ac sororibus deuote Deo in eodem famulantibus, erogatas et concessass inuiolabiliter volentes facere semper obseruari; quemadmodum eorundem erogata nobis et nostris Baronibus visa fuerunt, de iusto et racionabili veritatis tramite processisse, prout id ipsorum robur priuilegij lucide declarabat. Vnde cum cuiuslibet sit Principis iusticiam colére, et nemini de iure illi contraire, et maxime Ecclesias, in qua pro Catholicorum Principum salute Celi Domino funduntur pie preces, specialiori fauoris gracia amplecti debeamus, predicta priuilegia seu litteras grata, rata habentes et accepta approbamus, et Regio confirmamus cum fauore; ymo donacionem patris eisdem dominabus factam in premissis auctoritate presencium duximus innouandam; dictum nichilominus Monasterium Beate Virginis de Insula, et sorores in eodem, in salua, integra et inconcussa, ac pacifica possessione tributorum predictorum statuimus inuiolabiliter permanere; omnia priuilegia, munimenta seu litteras tam nostra optenta uel optinenda, quam eciam predecessorum no-

strorum, quibus ijdem Prepositus et Canonici Ecclesie Sancti Thome quouis iuris colore vterentur, cassamus, euacuamus et in irritum reuocamus; auctoritate Regia firmiter statuentes, ut sicubi exhibita et in lucem producta fuerint, viribus careant et uigore, et nullius sint penitus firmitatis; Preposito et Canonicis Ecclesie prefate silencium perpetuum super hoc de cetero inponentes. Vt igitur huiusmodi donacio seu collacio predicti tributi tam per ipsum dominum B. auum nostrum, quam per dominum St. patrem nostrum karissimum, felicium recordacionum Regum, et demum per nos Ecclesie predicte pie et salubriter facta perpetuo valeat stabiliri; nec processu temporum aliqualiter possit uel debeat in irritum reuocari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Gregorij Dei gracia Episcopi Chanadiensis, aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M°CC° nonagesimo, Regni autem nostri anno decimo nono.

(Eredetie bőrhártyán sárga-vörös selyemzsinóron függő pecsét alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

376.

IV. László király fenntartja a nyúlszigeti apáczazárda népeinek törvénykezési szabadságait. 1290.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis vniuersis Judicibus in suo Regno pro tempore constitutis, quibus presentes ostenduntur, salutem et graciam. Cum Ecclesia Beate Virginis de Insula a tempore sue fundacionis iuxta instituta domini Bele aui nostri, et domini Stephani patris nostri, felicium recordacionum quondam illustrium Regum Hungarie, tali gratularetur libertate, quod populos seu iobagiones eiusdem, in quouis Comitatu existentes, super quolibet articulo nul-

lus Judicum Regni nostri ualeat, excepta persona nostra Regia, iudicare, nisi primitus coram suo judice ordinario conueniantur et euocentur; volumus et fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus populos seu iobagiones Ecclesie eiusdem Beate Virginis de cetero nullus vestrum debeat vel presumpmat aliquatenus iudicare, vel suo iudicio astare compellat; sed si qui contra eosdem aliquid agere habuerint aut voluerint, prius super quolibet articulo coram suo iudice ordinario experiantur iusticia mediante. Qui si in facienda iusticia negligens aut remissus extiterit; volumus, quod non ipsi populi, sed iudex ipsorum ad nostram Presenciam ordine iudiciario debeant euocari; aliud nullatenus facere presumpmendo. Alioquin transgressores nostri Regij mandati, si qui extiterint, indignacionem Regiam se grauiter sencient incurrisse. Datum in Zorvosholm in festo Sancti Johannis Baptiste anno Domini M°CC° nonagesimo.

(III. Endre királynak 1293-ki megerősitő okmányából.)

377.

IV. László királynak rendelete, hogy a budai várban a nyúlszigeti apáczazárda jogainak sértésével vásár ne tartassék. 1290.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod licet ciues nostri de Castro Budensi a nobis petiuissent annuatim nundinas celebrari; tamen quia considerauimus sororibus de Insula Virginis Gloriose dampnum per hoc in tributo suo non modicum generari, ad peticionem et instanciam domine Elyzabeth sororis nostre karissime concessimus, vt ipse nundine non debeant celebrari, prout eisdem ciuibus concessum

non extitit usque modo. Datum Bude die dominico ante festum Marie Magdalene anno Domini M°CC° nonogesimo.

(Eredetie börhártyán, melynek hátúl oda nyomott pecsétje elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

378.

IV. László királynak Chetneknek hozzá hütlen fiai és rokonai javait tárgyazó adománya, István és Pál mesterek, Mihály comes fiai számára. 1290.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus vniuersis, quod ob merita fidelium seruiciorum Magistrorum Stephani videlicet et Pauli filiorum Comitis Micaelis filij Wbul, que nobis et Regno nostro in diuersis expedicionibus fideliter et incessanter impenderunt, vniuersas possessiones et terras Nicolai et fratrum suorum filiorum Chetnek, ac cognatorum suorum, uidelicet Elie et Barnaba, propter nociuas et manifestas infidelitates eorundem, contra nostram Maiestatem erectis vexillis quampluries factas et irrogatas; et specialiter quia Comes Petrus, frater dictorum Stephani et Pauli fidelium nostrorum, in seruicio nobis exibendo, per dictos filios Chetnek est interemptus, eisdem Stephano et Paulo dedimus et contulimus perpetuo possidendas. Datum prope Chegled in dominica Oculi anno Domini M°CC° nonagesimo.

(Eredetie börhártyán, a hátul oda nyomott pecsétnek töredéke még megvan; a nemes Kállay család levéltárában.)

379.

IV. László király a nyúlszigeti apáczazárdának visszaadja Zoych nevü földet. 1290. körül.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus vniuersis presencium per tenorem, quod terram Zoych uocatam ville Toxun inmediate contiguam, sicut dicitur, ab Johanne canifero nostro auferendo, quam idem Johannes a nobis tacita ueritate petiuerat, domine Elyzabeth sorori nostre karissime duximus restituendam, eo iure et eo modo, quo antea eidem domine Elyzabeth karissime sorori nostre dinoscimur contulisse. Vnde uolumus, quod nullus judicum uel alij aliqui, officiales ipsius sororis nostre super facto ipsius terre audeant molestare. Datum in Egres tercio die octauarum Sancti Mychaelis.

(III. Endre királynak 1294-ki megerősitő okmányából a budai kir. kamarai levéltárban.)

380.

Erzsébet idösebb királynénak bizonyos egyházi adakozást tárgyazó okmánya. 1290.

Elisabeth Dei gracia maior Regina Hungarie vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire: Quod nos in signum retribucionis seu recompensacionis

donorum nostri creatoris, quibus nos a gentilitatis errore reuocatam, et ad agnicionem ueri luminis perductam, multiplici effectu gracie sue decorauit, et super cetera dona sua filium nostrum karissimum ad Regni Hungarie, et filias nostras ad diuersorum Regnorum coronas prefecit, aliqualibus operibus pietatis uolentes occurrere et respondere: eidem nostro redemptori; licet respectu sue dileccionis, qua nos dilexit sine merito et amauit, respondere nequeamus; tamen cum vidua totum mittere precium desiderantes operis et amoris iuxta illud, quia manus nunquam uacua a munere reperitur, si archa cordis repleta est bona uoluntate; ordinauimus hanc elemosinam satis modicam tam pro salute domini Regis karissimi filij nostri et nostra, quam Bele Regis, domine Marie Regine consortis eius, matris nostre karissime, Bele Ducis filij sui, et domini St. illustris Regis viri nostri karissimi felicium recordacionum pro remedio animarum, quam eciam primo et principaliter pro donis a Deo nobis largitis, paulo superius denotatis ad — — — — — Sancti Saluatoris, in quo Fratres Predicatores, quos omni fauorabilitate prosequi intendimus, eidem omnium saluatori famulentur; videlicet ut collecta uiginti denariorum, qua nobis hospites nostri de Vereuche racione terragii nostri iuxta nostram ordinacionem ex nouo factam de singulis portis tenentur, eisdem Fratribus Predicatoribus ad opus supradictum annuatim persolui, et dare debeatur, donec ipsum opus Domino concedente finaliter poterit consummari. Vnde uolumus, quod quicunque istam premissam nostram ordinacionem et elemosinam ausu temerario anichilare et in irritum reuocare uoluerit, indignacionem Dei Omnipotentis et nostram senciat se merito incurisse. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, eisdem fratribus Predicatoribus presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in villa Oronas per manus discreti viri Magistri Laurencii Prepositi Ecclesie Sancti Petri de Posoga aule nostre Cancellarii fidelis nostri in festo Inuencionis Sancte Crucis, anno Domini M°CC° nonagesimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről egykor két pecsét függött a bécsi császári titkos levéltárban.)

381.

Erzsébet idősebb királynénak Verőcze megyei Szent Márton helység tisztségét tárgyazó adománya Aba nemzetségbeli Lőrincz mester számára. 1290.

Donationales Reginae Elisabethae super Vyznicatu Sancti Martini Szent Márton in Comitatu de Verőcze existente, Magistro Laurentio filio Comitis Laurentii de genere Aba cognato suo, eiusdemque haeredibus ac haeredum successoribus concessae, et primum anno 1318. pro Nicolao, Jacobo, Joanne et Petro filiis praefati Laurentii dicti de Sopronio attactae generationis Aba; anno vero 1324. pro iisdem Joanne, Jacobo et Petro, nec non altero Petro filio antelati Nicolai per Carolum Regem confirmatae. Sub authentica.

(A budai kir. kamarai levéltár lajstromkönyveiből; az eredeti Zágrábba vittetett.)

382.

Erzsébet ifjabb királyné Beelch, Rakus és Dada helységek birbirtokát visszaadja a budai szigeten levő apáczazárdának. 1290.

Nos E. Dei gracia Regina Hungarie significamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod licet quasdam villas Reginales Beelc, Rakusy et Dada uocatas in Comitatibus Symigiensi et Tholnensi existentes, olim per nos Ecclesie Beate Virginis, et deuotis ac nobilibus dominabus, Sororibus videli-

cet de Insula Budensi in eadem Domino iugiter famulantibus collatas, nuper cum in Symigio fuissemus constitute, abstulissemus ab eisdem; tamen quia hoc in dispendium anime nostre fecisse uidebamur, habita plena et meliori deliberacione cordis nostri, uillas prenominatas ob remedium anime nostre ex munificencia Reginali, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs earundem vniuersis, auctoritate presencium prefate Ecclesie, et dominabus ac sororibus eisdem restituendas et reddendas duximus, nec non restituimus, reddidimus, et reddimus perpetuo iure possidendas, prout eisdem primitus dinoscimur contulisse. Datum Strigonij quarto die Conuersionis Sancti Pauli Apostoli, anno Domini M°CC° nonagesimo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátúl oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir kamarai levéltárban.)

383.

Erzsébet ifjabb királynénak ezen visszaadást tárgyazó ünnepélyes kiadványa. 1290,

Elisabeth Dei gracia Regina Hungarie vniuersis Christi fidelibus presentem paginam intuentibus salutem in omnium saluatore. Pia uotorum subsidia gratuitis decorata muneribus stabili firmitate debent esse subnixa, ut militans Dei Ecclesia, per quam Reges regnant, per Principum manus largifluas augmentari ualeat, et munificencijs ex parte eorundem optentis possit merito decorari. Proinde vniuersorum presencium futurorumque noticie harum serie uolumus fieri manifestum, quod cum post Generalem Congregacionem tocius Regni nostri in Fuen anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono circa festum Beati Johannis Baptiste celebratam, de consilio domini Ladizlai illustris Regis Hungarie consortis nostri karissimi, Prela-

torum et Nobilium Regni nostri, ad partes Symigienses et Tolnenses accessimus, in eisdem partibus diucius peragrantes, reuocassemusque et reuocari fecissemus vniuersas terras Reginales per quoscunque occupatas, populos nostros condicionarios in eorum condicionibus ad seruicium nobis debitum aplicari faciendo; terras seu villas deuotarum dominarum de Insula Beate Virginis Kosuk, Belch, Rakusy et Dada uocatas, in Symigiensi et Tolnensi Comitatibus existentes, quas Magister Moyus bone memorie eisdem dominabus, cum ageret in extremis, ob anime sue remedium et salutem, cum puplicis et euidentibus instrumentis de conniuencia, beneplacito et permissione nostra contulerat, ad suggestionem quorumdam emulorum earumdem dominarum inbrigari fecissemus, officiales ipsarum spacio exigui temporis remoueri facientes ab eisdem: quia tamen eedem domine per procuratores suos legitimos cum studio sollertissimi laboris instrumenta et munimenta sua exhiberi fecerunt coram nobis, et eisdem inspectis donacionem per predictum Magistrum Moyus factam in ipsis quatuor terris seu villis Kosuk, Belch, Rakusy et Dada uocatis comperimus esse iustam, decentem, salubrem et honestam, remotis et reuocatis officialibus nostris ab eisdem villis, cum omni integritate et plenitudine suorum iurium reliquimus, reddidimus, restituimus et restitui fecimus Ecclesie Beate Virginis de Insula apud Budam, et deuotis dominabus in eadem Ecclesia degentibus et Deo iugiter famulantibus, iure perpetuo pacifice et irreuocabiliter possidendas; collacionem ipsarum possessionum per Magistrum Moyus bone memorie factam, ratam, gratam habentes et acceptum, renunciantes auctoritate presencium omni iuri Reginali, si quod nos quocunque modo in factis predictarum possessionum Kosuk, Belch, Rakusy et Dada uocatarum contingere posset ad presens, uel eciam in futurum, cum in donacionibus Ecclesijs Dei, presertim religiosam vitam ducentibus, factis, et temporaliter et spiritualiter non inmerito speremus gratulari. Vt igitur huius nostre donacionis seu collacionis series robur optineat perpetue firmitatis, nec processu temporum ualeat per quempiam in irritum retractari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis fratris domini Benedicti Episcopi Wespri-

miensis, aule nostre Cancellarij fidelis nostri; anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

(Eredetie börhártyán, melyről a sárga- zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a kir. budai kanarai levéltárban.)

384.

IV. Miklós pápa Lambertet a minoriták szerzetéből, kinevezi veglai püspöknek. 1290.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Lamberto Episcopo Veglensi salutem et Apostolicam benedictionem. Vacante dudum Veglensi Ecclesia per obitum bone memorie Marini Veglensis Episcopi, due fuerunt electiones a Canonicis ipsius Ecclesie, una videlicet de fratre Johanne de Vegla Minorum, et altera de fratre Zacharia Predicatorum fratrum Ordinum, in discordia celebrate. Huiusmodi vero electionum negotio ad Sedem Apostolicam devoluto, cum dicti Electi infra tempus a iure statutum, et etiam post ad eandem Sedem accedere non curarent pro huiusmodi electionum suarum negotio prosequendo, nos ipsos in audientia publica citari fecimus, ut ad prosequendum ius, si quod eis in electionibus huiusmodi competebat, certo termino comparerent: et demum cum nullus illorum ad hec comparere curaret, pronuntiavimus ipsos a iure, si quod eis competebat ex eisdem electionibus, cecidisse. Deinde vero, ne dicta Ecclesia ulterius viduitatis incommoda deploraret, et de pastore ydoneo providere volentes, ad personam tuam, morum honestate decoram, litterarum scientia preditam, in spiritualibus providam, in temporalibus circumspectam, ac aliis virtutum donis multipliciter commendatam, direximus oculos nostre mentis; illam fore perutilem ad ipsius Ecclesie regimen ar-

bitrantes. Eapropter te Ordinem Fratrum Minorum professum, de fratrum nostrorum consilio, eidem Ecclesie in Episcopum prefecimus et pastorem, (tibi) curam et administrationem ipsius Veglensis Ecclesie spiritualiter et temporaliter conmittendo; firma de te concepta fiducia, quod dirigente Domino per actus tuos inibi cultus Divinus augebitur, et eadem Ecclesia per tue circumspectionis industriam in spiritualibus et temporalibus prospere dirigetur, et salubria, dante Domino, suscipiet incrementa. Reverenter igitur suscipe iugum Domini, et suavi eius oneri humiliter colla flecte, manumque mittens ad fortia ipsius Veglensis Ecclesie administrationem exequi studeas diligenter, et gregis tibi in ea commissi custodiam prosequaris sollicite ac prudenter, ut laudabili de ipso in die iudicii reddita ratione, una cum eis eterni patris regnum, ab origine mundi preparatum electis, merearis accipere, ac dilecta Domini tabernacula possidere. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem VIII. idus Martii, Pontificatus nostri anno tertio.

In e. m. Capitulo Ecclesie Veglensis, Clero et populo Civitatis et Diocesis Veglensis.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia I. köt. 107. l.)

385.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Hunthpaznan nemzetségbeli Lampert, Miklósnak fia, Beel-ben levö részbirtokát Miklós Armin fiának selmeczbányai polgárnak. eladta. 1290.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Strigoniensis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire,

quod nobilis vir Lampertus filius Nycolai de genere Hunthpaznan ad presenciam nostram accedens, dimidiam partem possessionis siue terre sue Beel uocate sub monte Scycen in Comitatu Huntensi existentis, certis metis et antiquis terminis limitate, videlicet porcionem de eadem possessione ipsum de iure hereditario contingentem, ex permissione et beneplacito ac consensu commetaneorum et consanguineorum suorum, scilicet filij Ders de magno naso cum villa sua Princh uocata eidem possessioni proxime uicinantis; et Alexandri filij Welk de generacione sua prefata in vicinitate cum villa sua Kalesata uocata eciam adiacentis, pro trecentis marcis argenti de Banya, ad plenum habitis et receptis, honesto viro Nycolao filio Hermani de Selmeczbanya ciui, pro quo Vrricus filius Sefrech seruiens suus super hoc facto comparuit coram nobis, et posteritatibus eiusdem Nycolai successiuis confessus est se vendidisse et assignasse, vna cum dimidietate ville in eadem terra Beel existentis, et vtilitatum ac pertinenciarum suarum, in perpetuum pacifice possidendam; ita ut ab omnibus causis racione dimidie partis eiusdem possessionis et vtilitatum suarum venditarum, scilicet eidem vt prescripsimus Nycolao, per Stephanum fratrem ipsius Lamperti, uel quemlibet alium hominem vllo unquam tempore suscitatis, ipsum Nycolaum et suos posteros ipse Lampertus et sui successores, sicut assumpsit et ad hoc se firmiter obligauit, expedient indempniter suis proprijs laboribus et expensis. Asserens idem Lampertus prenotatam dimidiam partem possessionis siue terre Beel in redempcionem et remutacionem eiusdem Stephani fratris sui in captiuitate existentis se ex necessitate ineuitabili vendidisse; condicione et obligacione huiusmodi mediante, vt si eidem Stephano fratri suo predictam dimidietatem possessionis iam uenditam uidelicet Regni consuetudo remutandam decerneret et pariter rehabendam, non posset aliquatenus remutari, nisi prius illis trecentis marcis argenti prenotati eidem Nycolao ex parte ipsius Stephani restitutis; salua tamen alia parte eiusdem possessionis sev terre Beel, que eidem Stephano fratri suo debetur. In cuius rey firmitatem et memoriam sempiternam presentes litteras ad peticionem et instanciam ipsius Lamperti nostro sigillo dedimus communitas. Datum per manus discreti viri Magistri Cypriani Ecclesie

nostre Lectoris anno Domini M°CC° nonagesimo pridie nonas Julij.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét zöld-vörös selyemzsinóron függ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

386.

Az esztergami káptalan Kér nevü földet cserébe adja Malosi Adorjánnak, ennek Gyerk nevü négy ekényi földjéért. 1290.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Capitulum Ecclesie Strigoniensis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire; quod cum vir bone memorie Magister Ladizlaus, quondam Ecclesie nostre Prepositus, de terra sua empticia de Greky Adriano filio Symonis de Malos, genero suo, in vltima voluntate et in ordinacione sui testamenti terram quatuor aratrorum legasset, residuum eiusdem terre, empticie scilicet et quocunque alio titulo habite et possesse, nobis et nostre Ecclesie relinquendo; preter terras condicionariorum nostrorum, qui datores circulorum erant pro nostris tunellis, quos ab antiquo tempore in territorio de Greky habuimus supradicto. Nos vnacum ipso Adriano in hijs considerantes nostrum commodum et profectum, et nichilominus eiusdem Adriani respicientes eciam meliora, per modum concambij et permutacionis, ipso Adriano tradente et concedente, ad nos et ad Ecclesiam nostram prefatam terram quatuor aratrorum recepimus in perpetuum possidendam, pariter cum vtilitatibus et suis pertinencijs vniuersis; e conuerso terram siue possessionem nostram Keer uocatam in Comitatu Huntensi constitutam iuxta possessiones filiorum Symonis filij Mortunus, ipsi Adriano et suis posteris pro eadem terra quatuor aratrorum dantes et assignantes, iure perpetuo habendam pacifice et tenendam, vnacum

suis attinencijs omnibus similiter, si quas habet. Condicione tamen huiusmodi mediante, vt ab omnibus questionibus racione predictarum terrarum vllo vmquam tempore sussecitatis, tam nos, quam eciam idem Adrianus et sui posteri, tenemur mutuo et vicissitudinarie expensis proprijs et laboribus expedire, in plena possessione et quieta tenuta predictarum terrarum nos ad inuicem conseruantes. Et si idem Adrianus uel sui posteri predictam terram Keer nuncupatam processu temporis quandocunque vendicioni duxerint exponendam, non alijs extraneis hominibus; non („sed" helyett) nobis pro iusto et legitimo precio sev ualore uendere tenebuntur. Si vero pre fatam terram Keer nos emere, uel ad nos remutare recusaremus; prefatus Adrianus et sui successores, de scitu venerabilis patris domini nostri Lodomerij, Divina miseracione Strigoniensis Archiepiscopi, qui nunc est, et successorum suorum, qui pro tempore fuerint, vendendi, cuicunque voluerint, habebunt liberam facultatem. In cuius rei firmitatem ėt memoriam sempiternam presentes litteras sigillo nostro dedimus communitas. Datum per manus discreti viri Magistri Cypriani Ecclesie nostre Lectoris, anno Domini M°CC° nonagesimo, in festo Pentecostes.

(A keresztesek esztergami konventjének 1290-ki átiratából, mint alább 393. sz. a. Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 705. l.)

387.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy Fekete Miklós comes bizonyos budai szőllőket a nyúlszigeti apáczazárdának végrendeletileg hagyományozott. 1290.

A B C

Capitulum Budensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus, quibus presentes ostenduntur, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Comes Nycolaus Niger filius Ereus de Calidis Aquis coram nobis personaliter constitutus dixit uiua uoce, quod cum ipse heredum sit iam solacio destitutus, nec adhuc habeat spem de prole susscipienda propter inermem senectutem; quasdam possessiones suas, ad se solum, sicut dixit modis omnibus pertinentes, videlicet unam vineam in territorio Chusmal uocato sitam, adiacentem vinee Ecclesie de Monoroud a parte occidentali, a parte uero orientali vinee quondam Colomani, in quandam terram suam Bukenfelde uocatam contiguam, et uicinam ville Sciugata, ad sex aratra sufficientem, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis; item fundum curie cum pallacio et alijs edificijs in eodem existentibus in predicta villa Calide Aque adiacentem, ob remedium anime sue et spem eterne beatitudinis, Ecclesie Beate Marie de Insula, et sororibus vniuersis in eadem Ecclesia Deo iugitur famulantibus, dedit et legauit perpetuo et inreuocabiliter possidendas; tali modo, quod vsusfructus et vtilitates dictarum possessionum idem Comes Nycolaus usque uitam suam percipiet et habebit, post mortem uero suam possessiones predicte in ius et proprietatem dicte Ecclesie et sororum deuoluentur. Dixit eciam idem Comes Nycolaus, uoluit et ordinauit, quod domina vxor sua ipso ab hac luce subtracto, usque uitam suam in eisdem domibus et fundo curie permaneret si uero maritum duceret, nullum ius seu auctoritatem deinceps haberet in ipso fundo curie et domibus existentibus in eodem.

In cuius rei memoriam ad instanciam et peticionem Nycolai Comitis sepedicti presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Ladizlai Lectoris Ecclesie nostre anno domini M°CC° nonagesimo; Magistro Paulo Cantore, Magistro Gregorio Custode, Johanne Decano, Elya et Stephano Magistris, Nycolao et Andrea sacerdotibus et ceteris Canonicis existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, sárga-violaszinű selyemzsinóron függő pecsét alatt a budai kir. kamarai levéltárban.)

388.

A győri káptalannak bizonyságlevele, melylyel a Zurchuk-i nemesek közti birtokegyezkedését ujból átirja, s illetőleg hitelesiti. 1290.

A B C D

(C)apitulum Jauriensis Ecclesie vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Bench filius Peturna nobilis de Zurchuk coram nobis personaliter constitutus, astantibus sibi Erd filio Endus, Salomone filio Salomonis, Belud filio Benedicti et Bogizlao filio Walentini nobilibus de eadem Zurchuk, pro se et pro tota generacione sua, uolentibus et in nullo contradicentibus, exhibuit quasdam litteras nostras memoriales nobis hunc tenorem continentes:

Nos Magister Charachinus stb. (következik a győri káptalannak 1288-ki bizonyságlevele mint fentebb 348. sz. a.)

Preterea prefati Erd, Salomon et Belud pro se et pro linea generacionis sue; item antedictus Bogizlaus similiter pro se et pro Zuda et Carachino, ac pro tota linea generacionis eorundem, in facto cuiusdam molendini dicti Bench exhibue-

runt nobis patentes litteras nostras pro partibus duplicatas super communi diuisione vniuersorum nobilium de Zurchuk confectas et concessas, in quibus quidem litteris coram nobis perlectis de uerbo ad uerbum pariter et collatis inter alios articulos diuisionis huiusmodi comperimus, quod sepedictus Bench molendinum antedictum in aqua Tornua situm cum tribus iugeribus terre ante ipsum molendinum a parte aquilonis in uno ordine existentibus et ad eandem plagam aquilonis in latitudine, et ad orientem ac ad occidentem in longitudine protendentibus et pertinentibus ad idem molendinum, quod in medietate longitudinis ipsius terre in dicta aqua dicitur esse situm, contra vniuersitatem nobilium de eadem Zurchuk secundum arbitrium proborum virorum extra omnem communitatis diuisionem prefatam optinuisset prestito corporali iuramento, et idem nobiles de Zurchuk prefatum molendinum cum dictis tribus iugeribus terre eidem Bench et heredibus suis pacifice et quiete possidendum reliquissent; sicut et Erd, Salomon, Belud et Bogizlaus uice omnium nobilium predictorum reliquerunt. Nos igitur ad iustam peticionem nobilium predictorum articulos prefatarum litterarum non rasarum, non cancellatarum, nec in aliqua sui parte uiciatarum, presentibus inseri fecimus, et ad perpetuam rei memoriam eisdem nostrum sigillum duximus apponendum. Datum in festo Apostolorum Philippi et Jacobi Beatorum anno Domini millessimo ducentesimo nonagesimo. Magistris Carachino Preposito, Dominico Cantore, Bors Lectore, Stephano Custode Ecclesie nostre existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a káptalan pecsétje lemállott, a nemz. muzeum, kézirattárában.)

389.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy a Ják nemzetségbeli nemesek örökbirtokuk elidegenítésének esetére bizonyos egyességet kötöttek. 1290.

A B C D

Capitulum Jauriensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Nicolaus filius Sebe, Chepanus et Laurencius de Sytke, Sebe filius Zobolch, Beke et Paulus filij Pauli, nobiles de generacione Jaak, pro se et pro Nicolao, Paulo, Beke, Dionisio et Zoch filijs Zoch, item Martino et Paulo filijs Ladizlai et pro Ladizlao filio Dyonisij proximis suis ab una parte; Comes Jaak filius Ebed, pro se et pro Renoldo fratre suo, nec non pro Stephano filio suo; item Johannes filius Tristani, Kemen filius Kemen, Michael filius Thome, et Gregorius filius Sandur pro se et pro Johanne filio Martini ac Myke filio Benedicti, nobiles de eadem generacione Jaak ex altera, ad nostram presenciam personaliter accesserunt; et predictus Nicolaus filius Sebe astantibus eidem prefatis Chepano, Laurencio, et eorum propinquis memoratis, uolentibus, consencientibus et in nullo contradicentibus, assumpmendo promisit et promittendo se obligauit, quod si possessiones hereditarias, unam videlicet quam habet in Jaak apud ecclesiam Sancti Michaelis Archangeli, et aliam Keuruselu uocatam uendicioni exponere uoluerit, siue pignori obligare, non alijs nisi Renoldo et Jaak Comitibus ac eorum proximis antedictis uendere poterit seu pignori obligare; et quod plus est, si dictus Nicolaus in legandis et donandis eisdem possessionibus sue saluti uoluerit prouidere, remanentibus ipsis possessionibus apud dictos filios Ebed et proximos eorum, eis cuicunque uel quibuscunque eedem date fuerint et collate, ijdem filij Ebed et proximi sui soluent pecuniam, super qua per probos homines fuerint extimate. Pre-

terea partes pro bono pacis perpetuo durature ordinauerunt inter se, quod quia possessiones ipsarum parcium per aquam et siluam Baba distinguntur possessiónibus videlicet Chepani et Laurencij ac proximorum suorum predictorum a meridie, et ab oriente, et possessionibus prefatorum filiorum Ebed et proximorum suorum a parte predicte aque uersus aquilonem remanentibus; de cetero neque Chepanus, Laurencius, et proximi eorum a parte possessionum filiorum Ebed et propinquorum suorum; et e conuerso neque filij Ebed et propinqui sui a parte possessionum Chepani et Laurencij et proximorum eorum aliqua racione uel aliquo titulo mediantibus poterunt aliqua iura porcionis uendicare. Addiderunt insuper, quod si sepedictus Nicolaus prefatas possessiones ex fauore dileccionis sepedictis filijs Ebed et proximis eorum siue in uita siue in morte liberaliter donauerit, erit sibi liberum facere. In quem eciam articulum Chepanus et Laurencius ac proximi eorum pure et simpliciter consenserunt. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras nostro sigillo roboratas. Datum feria quinta post festum Beati Georgij martiris anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo. Magistris Carachino Preposito, Dominico Cantore, Bors Lectore, Stephano Custode Ecclesie nostre existentibus.

A B C D

(Eredetie bőrhártyán, melynek függő pecsétje már lehullott, a nemz. muzeum kézirattárában.)

390.

A vasvári káptalannak ugyanazon egyezkedésre vonatkozó bizonyságlevele. 1290.

A B C

Nos Capitulum Ecclesie Beati Michaelis Archangeli de Castro (Ferreo) notificamus tenore presencium vniuersis, quod

Nicholaus filius Sebe de genere Jak coram nobis constitutus obliganit se, quod si possessiones suas Jak sitas iuxta ecclesiam Beati Michaelis Archangeli, et Keuruselew uocatas a parte septemtrionali, vendicioni exponere uoluerit, non poterit alijs, nisi Comiti Jak et Renoldo filijs Ebed, ac Stephano filio Jak, Johanni filio Christiani, Kemyn filio Kemyn, Johanni filio Martini, Michaeli filio Thome, Gregorio filio Sandur, et Myke filio Benedicti generacionibus suis; si uero in extremis suis legare Ecclesie uoluerit prescriptas possessiones, non poterit nisi precium uel ualorem earundem. Cuius quidem Nicholay composicioni Chepanus et Laurencius de Sicke, Sebe, Paulus et Beke, Nicolaus filius Zooch pro se et pro Paulo, Beke, Dionisio et Zooch fratribus suis vterinis, Martino et Paulo filijs Ladizlai, Ladizlao filio Dionisi, propinquis prescripti Nicholay consensum prebuerunt et assensum, obligantes se, quod nullius temporis lapsu Nicholaus et prescripti viri ad illam partem silue Rabe, ubi Comes Jak et fratres sui commorantur, se possunt transferre; et e contra Jak et Renoldus ac eorum propinqui ad alteram partem silue Rabe, in qua Chepanus et Laurencius manent, resident et utuntur, nichilominus racione possessionum poterunt uendicare. Si uero prescriptus Nicholaus ipsas possessiones conferre seu donare Jak et Renoldo filijs Ebed ac socijs suis ex gracia uel fauore uoluerit, liberam conferendi habeat facultatem. Quod ut ratum sit, presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum. Magistro Michaele Preposito, Custodia vacante, Symeone Decano existentibus. Anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

(Eredetie börhártyán, melyről a káptalan pecsétje zöld selyemzsinóron függ; a nemz. muzeum kézirattárában. V. ö. Fejér Cod. Dipl. VII. k. 1. r. 236. l.)

391.

A váczi káptalannak bizonyságlevele, hogy Tori Miklósnak fiai Verébben lévő birtokukat nővéreiknek átengedték.
1290.

Capitulum Ecclesie Wachiensis („Wacyensis") omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire: quod quibusdam paruulis habentibus, sicut visu considerari poterat, et judicio plurimorum videbatur, annos quindecim, Samsone videlicet filio Jobag, et Petro filio Nicolay de villa Tor, pro se et pro dominabus matribus ipsorum ab una parte, Oliuerio filio Simonis genero dicti Jobag, et Paulo filio Chene genero Nicolai prefati, coram nobis personaliter constitutis ex altera; ijdem Samson et Petrus paruuli confessi sunt oraculo viue vocis, quod quandam particulam terre eorum hereditariam, ut dicebant, que ipsos contingit in terra Werebe („Vereb"), ad vsum duorum aratrorum sufficientem partim ob amorem et proximitatem cognacionis, partim vero pro summa pecunie octo marcarum plene per ipsos, ut dicebant, receptarum, tum eciam pro eo, quod predicti Oliuerius et Jacobus cognati ipsorum eis in suis necessitatibus, sicut asserebant, subsidium prestiterunt locis et temporibus oportunis, de beneplacita voluntate et consensu dominarum matrum suarum, cum dominabus sororibus eorum dedissent et donassent, et in nostri presencia dederunt et donauerunt, presente et astante in medio nostri discreto et honesto viro Magistro Ladizlao filio Comitis Dama Lectore Ecclesie Budensis, socio et concanonico nostro, vicino et commetaneo dicte terre, . ac consenciente, permittente, et in nullo contradicente, prenotatis Oliuerio filio Symonis, et Jacobo filio Chene, quilibet ipsorum porcionem suam genero suo, et per ipsos eorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo, pacifice et irreuocabiliter possidendam, per quempiam cognatorum suo-

rum nullatenus repetendam. Obligantes se sepedicti Samson et Petrus, quod quicunque de cognatis ipsorum aut vicinis suis occasione terre prefate eosdem Oliuerium et Jacobum ac ipsorum heredes molestare attemptarent, ipsi eosdem expedire tenebuntur proprijs laboribus et expensis. Mete autem ipsius particule terre, prout in litteris Capituli Agriensis vidimus contineri, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit super Serholm, vbi sunt tres mete terree; deinde procedit ad meridiem in sinu eiusdem monticuli transiens viam venit ad fontem Wereb, et est commetanea terre filij Dama, iuxta quem sepedictus Jobag dixit eis, quod ibi in eodem loco due mete terree continebantur, quarum modo nec locus est visus; a quo quidem loco tendit sursum per eundem fontem, et transit villam, et declinat ad occidentem vltra ipsum fontem, vbi sunt due mete terree, de quibus vadit ad quandam pirum, sub qua sunt tres mete terree; et ibi descendit in eundem fontem super Hidegkut (aliud exemplar „Hidegkuth"), ubi eciam a parte occidentali conterminatur proprie terre eiusdem Jobag; inde per eundem fontem tendit sursum ad ortum eiusdem fontis, vbi valles geminantur, et in vna valle ipsa meta tendit ad septemtrionem, in qua commetatur cum Thoma filio Voysa („Woysa") et cognatis suis; deinde procedit ad ortum solis transiens in montem Mesces („Mezes") per metas et metas; de quo monte venit reuertens in eundem monticulum, per quem egressa est primo; et de eo descendit in fontem Churtus („Chwrtus") vocatum, et ibi inter vlmos sunt tres mete terree; de quibus per eundem fontem descendit ad quendam locum in longum vnius iugeris terre, vbi sunt tres antique terree mete, iuxta quas est inueteratus truncus pomi radicatus; de quibus tendit ad tres metas ad meridiem in sinu monticuli sitas; de quibus asscendit in primam metam capitalem; et sic talibus metis antiquis circuitur et continefur particula terre superius assignate. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Andree Lectoris Ecclesie nostre anno Domini M°CC° nonagesimo. Magistro Dominico Ecclesie nostre Preposito, Dominico Cantore, Juliano Custode, Oliuerio Wachiensi („Wacyensi"), Nicolao Pestiensi, Chepano de Zolnuk, Chullano Chengradiensi Archidiaconis alijsque

Canonicis existentibus, ibidemque Deo famulantibus iugiter et deuote.

(A váczi káptalannak 1327. „secundo die Beate Elizabeth" Robert Károly király. 1327. „in Wyssegrad in festo Beati Martini confessoris" kelt kercstető parancsára „Magister Paulus Archidiaconus Diocesis Wachiensis; item Georgius, Bekus et Dominicus filij Johannis fratres eiusdem; item Thomas, Nicolaus, Paulus et Johannes filij Corrardi" kérésére; — s az egri káptalannak 1444. „secundo die festi Pentecostes" „Alexius filius Benedicti de Azywpatak" kérésére kiadott átirataiból; mindkettő a budai kir. kamarai levéltárban.)

392.

A nagyváradi káptalannak bizonyságlevele, hogy Nabradi János és testvérei Bek birtokukat Mihály comesnek Ubul fiának eladták. 1290.

A B C

Capitulum Ecclesie Waradiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ne memorie iniurietur obliuio, et uetustate temporis res clara presentibus obscura reddatur futuris; dignum est, ut que aguntur in tempore, patrocinio litterarum fulciantur. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, quod Johannes filius Johannis filij Apsa de Nabrad pro se et fratribus suis, Nycolao scilicet et Petro, coram nobis personaliter comparendo viua voce spontaneaque uoluntate est confessus: quandam terram seu possessionem eorum vacuam Bek vocatam in Comitatu de Zothmar iuxta fluuium Zomus in vicinitate terrarum Comitis Michaelis filij Wbul et filiorum suorum et vna parte, et Azarie ab altera existentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinencijs, sub certis metis et antiquis, prefato Comiti Michaeli filio Wbul et filijs suis, Magistris scilicet Stephano, Paulo, Ladizlao et My-

chaeli commetaneis suis, et per ipsos ipsorum heredibus heredumque successoribus, pro decem et octo marcis, quas plene se dixit recepisse ab eisdem, uendidisse et distraxisse iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. Obligans se dictus Johannes et fratres suos memoratos, ab omnibus ipsum Comitem Mychaelem et filios suos prescriptos occasione dicte terre uendite processu temporum molestare seu inpetere uolentibus, defensuros proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quarta proxima ante octauas Pentecostes anno Domini M°CC° nonagesimo. Domino Antonio Preposito, Stephano .Lectore, Iwan Cantore, Martino Custode Ecclesie nostre existentibus

(Erēdetie bőrhártyán, a vörös-sárga selyemzsinóron függött pecsét elveszett: a méltóságos báró Perényi család levéltárában,)

393.

A keresztesek esztergami konventje átirja és hitelesíti az esztergami káptalan és Malos Adorján közti, Gyerk földjét tárgyazó adásvevési szerződést. 1290.

Frater Dominicus Magister Domus Hospitalis Sancti Regis Stephani de Strigonio, et totus Conuentus Cruciferorum loci eiusdem vniuersis presentes litteras inpecturis salutem in largitore salutis. Vniuersorum noticie tenore presencium innotescat; quod nobilis vir Adrianus, filius Symonis de Malos, et Magister Anyanus Notarius discretorum virorum Capituli Strigoniensis, nomine et vice eorumdem dominorum suorum ad nostram presenciam accedentes, priuilegium eiusdem Capituli nobis presentarunt, continens hunc tenorem.

Vniuersis stb. Capitulum Ecclesie Strigoniensis stb.

(következik az esztergami káptalannak okmánya mint fentebb. 386 sz. a.)

Pecierunt itaque ijdem Adrianus et Magister Anyanus a nobis instanter, dicentes, quod cum predictum concambium terrarum supradictarum ipsius Adriani et prefati Strigoniensis Capituli processerit de consona et beniuola uoluntate, prenotatum priuilegium Capituli Strigoniensis in publicam formam nostri priuilegij transcribi et inseri faceremus. Nos autem peticionem eorum considerantes esse congruam racioni, predictum priuilegium de uerbo ad uerbum redigentes in tenorem presencium, quemadmodum est premissum, sigilli nostri appensione duximus presentem paginam roborandam. Datum anno et die superius annotatis.

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion III. köt. 706. l.)

394.

Trau város községi határozmányai több odavaló polgár számüzetése tárgyában. 1290.

Anno M°CC°XC° die septimo mensis Marcij. Actum in palacio Ciuitatis Traguriensis; presentibus domino Donato domini Nicole examinatore, dominis Dessa Amblasij, Luca Mathei, Valentino Casarizze, et alijs pluribus testibus, hijs vocatis et rogatis. Quia Petrus, Lucas, Zannes, Martinossius et Margaritus, filij quondam Jacobi Decij de Tragurio, in eorum libertate propria existentes coram me Notario, dictis examinatore et testibus vere confitentur, affirmant et asserunt, quod dominus Vitus Cerni de Jadria suo nomine pro D libris, et procuratorio nomine domini Miche Martinossi de Jadra pro M libris, Preuoslauus Dobralis pro C libris, Milcius Desse pro C libris, et dompnus Volcinna procuratorio nomine domine Jacobine sue matris pro C libris, Duymus Gaudij pro C libris,

Ciprianus Petri Leonardi pro C libris, Johannes Rambaldi pro C libris, et Creste Alberti pro C libris, Theodosius Alberti procuratorio nomine domini Agapis v. quondam Gregorij Grubi pro C libris, Domaldus Duymi Cuttbigne pro C libris, et dominus Theodosius procuratorio nomine sue matris, et domine Goisclaue relicte Alberti pro C libris; item domini Vitus, Creste, Teodosius pro dominis Zanne, Duymo et Leonardo Comitibus Vegle pro M libris; item Marcus Stefani Raghe procuratorio nomine Vuchese filij quondam Comitis Budi slaui de Birberio pro D libris, et Petrusius Cerniche pro C libris, Lucas Bastiani pro C libris, Gausinna Comitis Marini pro C libris, Theodosius Firmini pro C libris, et Marinus Andree pro C libris denariorum Venetorum paruorum, pro ipsis Petro, Luca, Zanne, Martinossio et Margarito in predictis quantitatibus, prout supra scriptum est, fideiusserunt, se obligauerunt et eorum mandato apud virum nobilem dominum Stephanum Vgerij de Ancona, Potestatem Ciuitatis Tragurij, et Commune dicte Ciuitatis, et apud Magistrum Philippum Notarium dicti domini Potestatis et dicte Ciuitatis recipientem pro dicto domino Potestate et in dicta Ciuitate in his videiicet: Quod ipsi Petrus, Lucas, Zannes, Martinossius et Margaritus cunctis temporibus eorum vite parebunt et obedient mandatis Potestatis, qui pro tempore fuerit, et Communis dicte Ciuitatis; et maxime de non offendendo, neque offendi faciendo in personis vel rebus Commune, seu speciales personas Ciuitatis pretacte; neque contrarium aliquid dicte Ciuitati facient vel specialibus personis, vel modo aliquo per — — — — — — — ; et quod ad mandatum domini Potestatis et Communis Tragurij ibunt Anconam, et ibi stabunt iuxta mandatum ipsius domini Potestatis, secedentes per quatuor annos continuos stabunt in Dalmacia extra Districtum Tragurij a ciuitate Spalati usque Fluuium (Fiume) seu Tarsicum (Tersatto); et dictis quatuor annis completis cum omnibus suis familijs stabunt Jadre vsque ad tempus vite eorum. Et si contigerit eos per mare applicare per fortunam ad partes Tragurij, in terram non descendent, sed quam cicius poterunt inde omnino secedent. Et ad omnia et singula se pro eis obligasse in predictis quantitatibus, prout in instrumento promissionis scripte per dominum Philippum Notarium plenius continetur; renunciantes excepcioni

dictarum promissionum et obligacionum eorum precibus, et mandato in predictis quantitatibus, prout supra scriptum est, per predictos fideiussores, non iure, et omnibus legum et decretorum auxilijs quibus se tueri vel defendere modo aliquo possent. Idcirco dicti Petrus, Lucas, Zannes, Martinossius et Margaretus solempni stipulacione promiserunt domino Teodosio stipulanti et recipienti tam pro se, quam pro omnibus et singulis fideiussoribus supradictis, ipsos et quemlibet eorum omni tempore a dictis promissionibus, fideiussionibus et obligacionibus, et ab omnibus et singulis dampnis, expensis et interesse, et eorum et cuiuslibet eorum heredes conseruare indempnes; obligantes se personaliter et omnia bona sua presencia et futura, pro obseruacione omnium et singulorum predictorum domino Theodosio stipulanti nomine suo, et nomine omnium et singulorum predictorum fideiussorum. Que omnia singulariter singula et vniuersaliter vniuersa promiserunt dicti Petrus, Lucas, Zannes, Martinossius et Margaretus stipulacione solempni dicto Theodosio stipulanti et recipienti nomine suo, et nomine omnium et singulorum predictorum fideiussorum, rata et firma habere et tenere, attendere et obseruare, et non contrauenire, et damna et expensas reficere indebitas, et extra, sub pena et obligacione omnium suorum bonorum presencium et futurorum, et pro rata eorum et cuiuslibet eorum: dantes et concedentes eciam Theodosio stipulanti suo nomine et nomine predictorum fideiussorum, atque volentes, quod si per eos vel aliquem ipsorum fuerit in aliquo contrafactum, licentiam, libertatem, bayliam et potestatem auctoritate propria, capitulis, statutis, ordinamentis seu consuetudinibus alicuius Ciuitatis, Castri vel loci non obstantibus, ipsos personaliter capiendi, ducendi et detinendi; ac possessionem et tenutam dictorum bonorum intrandi, vendendi, vel apud se iusto precio detinendi, donec eis et cuilibet eorum fideiussorum et suorum heredum de pretactis quantitatibus et dampnis, expensis, et interesse, fuerit totaliter satisfactum; quibus capitulis, statutis, ordinamentis et consuetudinibus sponte et expresse renunciarunt; et pena soluta vel non, ratis manentibus omnibus et singulis supradictis.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 128. l.)

395.

IV. László király Epel helységet az esztergami káptalannak visszaadja. Év nélkül.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod quamquam nos villam Epel, siue terram cum vineis reambulari et restitui datoribus vini ad nostrum clycium precepimus; tamen, quia constitit nobis euidenter, quod eandem terram, siue villam cum vineis super eadem existentibus, Serenissimus Rex Stephanus pater noster karissimus inclite recordacionis venerabili Capitulo Strigoniensi pro remedio amine domini Bele Regis, aui nostri felicis memorie, in perpetuam elemosinam contulit et donauit, prout tenor privilegij eiusdem patris nostri, per nos cum nostro priuilegio confirmati, manifestius declarabat; nos huiusmodi pie et salubri donacioni, prefate Ecclesie per ipsum karissimum patrem nostrum facte, prestare volentes (consensum), dictam villam seu terram Epel, cum vineis et alijs omnibus pertinencijs suis, ex certa sciencia, et mera liberalitate, reliquimus et restituimus eidem Capitulo possidendam, eatenus, quatenus in eodem priuilegio patris nostri continetur; volentes, vt decetero eandem terram, et vineas super ipsa existentes, possideant et habeant pacifice et quiete; cum iura Ecclesiarum, et specialiter Metropolis Ecclesie Strigoniensis, illesa conseruare ex animo intendamus. Datum in Zolum Dominica proxima post festum Sancti Egidij.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion III. köt. 704. l.)

396.

IV. László király megengedi, hogy a nyúlszigeti apáczazárda Cholnvk nevü jószágában vásár tartassék. Év nélkül.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus tenore presencium vniuersis, quod ad peticionem domine Elisabeth sororis nostre, et aliarum dominarum sororum de Insula Sancte Marie, de gracia speciali in quadam uilla sua Cholnuk vocata feria quarta forum liberum concessimus celebrari. Vnde volumus publice proclamari, quod quicunque ad ipsum forum venire voluerit causa mercacionis faciende, libere veniat et secure, nullusque ad ipsum forum venientes audeat impedire uel aliquatenus presumat molestare. Datum in uilla Labod in crastino Purificacionis Beate Virginis.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hátán az odanyomott pecsétnek töredéke megvan, a budai kir. kamarai levéltárban.)

397.

IV. László király több buda-felhévvizi adózót a nyúlszigeti apáczazárdának adományoz. Év nélkül.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus tenore presencium uniuersis, quod ad peticionem karissime sororis nostre domine Elisabeth, et aliarum sororum Beate Virginis de Insula, quosdam populos censuales de Calidis Aquis, qui nobis singulis annis singulas vncias soluere debuerunt; Hethem videlicet, Thomam, et Socropetrum, cum omni-

bus suis herodibus et terris, quas habent in Calidis Aquis; ut Ecclesie Beate Virginis facultas amplius protendatur, et Christo in eadem ecclesia famulantes Deo deuocius ualeant famulari, duximus perpetuo et inreuocabiliter conferendos. Datum in villa Labad in quindenis Epiphanie Domini.

(Eredetie börhártyán, a kivülröl oda nyomott pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

398.

IV. László rendelete a leleszi népekhez, hogy a reák kivetett adót István és Pál mesternek, Mihály comes fiainak fizessék. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis populis de Lelez, ac universis ad Monasterium de Lelez pertinentibus salutem et graciam. Cum nos collectam unius fertonis de singulis mansionibus populorum ad Monasterium de Lelez pertinencium Stephano et Paulo Magistris filiis Comitis Mychaelis fidelibus nostris contulerimus: volumus et fidelitati uestre precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus dictam collectam unius fertonis de singulis mansionibus uestris eisdem Stephano et Paulo Magistris sine dilacione aliqua dare et persoluere debeatis. Aliud nullatenus facere presumentes; alioquin ijdem super vos ipsam collectam exigent nostra auctoritate mediante. Datum in Zekes sabbato ante octauas Pentecosten.

(Eredetie a pécsi püspöki könyvtár kézirati gyüjteményében.)

399.

IV László királynak bizonyos Rewche vármegyében lévö földet tárgyazó adómánya Kachuna unokái számára. Év nélkül.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod intuitis seruicijs filiorum Petri, nepotum scilicet Kuchuna, que nobis in omnibus Regni nostri negocijs fideliter impenderunt, volentes eisdem gratuita liberalitate occurrere, quandam tertam Nycolai filij Mycola sine herede decedentis in Comitatu de Rewche existentem contulimus eisdem sine preiudicio juris alieni; volentes quod cum nobis presentes reportant, eisdem priuilegium concedatur. Datum Bude tercio die Beatorum Wyti et Modesty.

(Eredetie börhártyán, melynek hátáról az oda nyomott pecsét lehullott, a nemz. muzeum kézirattárában.

400.

IV. László királynak Galach nevü földet tárgyazó adománya Mortunus Zochud fia számára. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie — — — — — — Conuentin de Lelez salutem et graciam. Mortunus filius Zochud pe — — — — am terram vacuam Castri de Zemlen Galach vocatam, terris suis vndique circumdatam, sibi dari. Verum cum nobis de ipsa terra veritas non constabat, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus detis hominem

vestrum, coram quo Georgius filius Guge homo noster reambulet ipsam terram, et statuat prefato Mortunus sine iuris preiudicio alieni, et si non fuerit contradictum; contradictores autem, si qui fuerint, ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, diem citacionis et terminum ac nomina contradictorum, cum qualitate et quantitate dicte terre rescribentes. Datum in villa Barand in festo Symonis et Jude Apostolorum.

(Eredetie börhártyán, melynek hátán a pecsét nyoma még látszik: a mélt. gr. Károlyi család levéltárában.)

401.

IV. László királynak parancsa Valter komárommegyei főispánhoz, hogy Kuldu nevü földet adja vissza a nyúlszigeti apáczazárdának. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie, dilecto et fideli suo Waltero Comiti de Komar, et Comiti Camere sue salutem et graciam. Cum terra Kuldu, que dicitur terra Pousa, et Moda et ceterorum cognatorum eorundem, quam auus noster Rex Bela, et Stephanus Rex karissimus pater noster felicium recordacionum Ecclesie de Insula Beate Virginis suis priuilegijs conciderint et confirmauerint; et nobis ignorantibus ipsam terram Symon de Kuldu a nobis sibi dari postulauerit, et consequenter ceteri nobiles; et ipsam terram secundum collacionem aui nostri et patris nostri Regum felicium recordacionum eidem Ecclesie uelimus conseruari; fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus, quatenus assumpto tecum testimonio Capituli Budensis, ipsam terram Kuldu cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs vniuersis ac fructibus uiolenter ablatis, contradiccione qualibet non obstante, reddas et restituas eidem Ecclesie Beate Virginis, et officiales Ecclesie eiusdem super ipsa terra Kuldu residentes, in tuam recipia

proteccionem specialem; ipsos ab omnibus indebite molestare uolentibus auctoritate nostra defensando, et sicut de omnibus possessionibus Ecclesie predicte tibi conterminis curam assumas efficacem. Datum in Rakus in festo Beate Margarete virginis.

Kivül: Waltero Comiti Camere sue et Comiti de Komar.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét megvan; a budai kir. kamarai levéltárban.)

402.

IV. László király megerősíti Bertalan comesnek Chalad nevü két falut tárgyazó adomanyát, veje Osl számara. Év nélkül.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie significamus vniuersis memorie commendantes, quod quia per ueridicas relaciones Baronum et Nobilium Regni nostri constitit nobis, quod Comes Bartholomeus Latinus, fidelis noster, duas uillas suas hereditarias Keeth Chalad uocatas in Comitatu Supruniensi iuxta fluuium Rebche sitas, cum omnibus molendinis, siluis, fenilibus et alijs suis pertinencijs, Osl filio Osli fideli nostro, genero suo, tunc contulit, cum eidem dominam filiam suam matrimonialiter copulauit; easdem nos de gracia nostra et Regio consensu reliquimus et concessimus ipsi Ósl perpetuo possidendas, collacionem predicti Comitis Bartholomei in hac parte inuiolabiliter roborando; promittentes, ut uisis presentibus eidem super hoc nostrum priuilegium libentissime conferemus. Datum Albe in festo Sancti Alexij.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hátán az odanyomott királyi pecsét maradéka megvan, a nemz. muzeum kézirattárában.)

403.

IV. László királynak bányászati engedélye a Bócza folyó mellékföldjére nézve Bogomér comes számára. Év nélkül.

Nos Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus tenore presencium vniuersis: quod nos ad instanciam et peticionem, ac propter meritoria facta Comitis Bogomerij fidelis nostri concessimus eidem, ut nullus in terra sua metis certis distincta, et specialiter in aqua et fluuio Bocha vocato, aurum querere vel lauare, vel aliud aliquod opus exercere audeat vel presumat, nisi ex licencia et voluntate Comitis Bogomerij antedicti. Transgressores huius mandati nostri, si qui fuerint, poterunt non inmerito per ipsum Comitem Bogomerium aggrauari. Datum Bude tercio die octauarum Jacobi Apostoli.

(A szepesi káptalannak 1792-ki átiratából, a Szent Iványi család levéltárában. V. ö. Fejér Cod. Dipl. V. k. 3. r. 511. l.)

404.

IV. László királynak Dragul és Legen helységeket tárgyazó iktatási parancsa az esztergami káptalanhoz Demeter Dobaknak fia és testvérei számára. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Strigoniensi salutem et graciam. Fidelitati vestre mandamus precipiendo, quod cum Comite Thoma de Scenthkeral, homine ad hoc per nos et per Gregorium Banum Judicem Cu-

rie nostre deputato, mittatis vnum ex vobis fidedignum, coram quo idem Comes Thomas, vnacum homine quatuor Judicum Nobilium de Comitatibus Hunth et Neogradiensi constitutorum, quem ijdem ad hoc deputauerint, associato eciam ad hoc homine venerabilis patris Archiepiscopi Strigoniensis, Demetrium filium Dobak, et Tybam fratrem eius, Chapk, et Elek fratrem eiusdem, Mikom, Phylippum et Benedictum cognatos eorum, in quasdam possessiones Deers et Demetrij filiorum Hunt, Dragul et Legen vocatas, in quas ijdem Demetrius et Thyba ac alij cognati sui iuxta continenciam ipsarum litterarum nostrarum introire debeant, introducant permansuros in eisdem, sine destruccione possessionum earumdem usque ad exitum presentis negocij, quod agitur inter eosdem Deers et Demetrium ab una parte, et Cepk ac alios cognatos eiusdem predictos ex altera coram nobis. Volumus tamen, quod medio tempore (iusti) proventus, videlicet vsusfructus dictarum possessionem per eosdem, qui in predictis possessionibus resident, percipientur sicut decet. Posthec nobis huius seriem, cum statu et qualitate dictarum possessionum, prout idem homo noster in introitu ad easdem possessiones inuenerit, nobis fideliter rescribatis. Datum prope Monasterium — — tercio die Beati Mathey Apostoli.

(Az esztergami káptalannak jelentéséből, mint alább a mélt. báró Perényi család levéltárában.)

405.

IV László királynak rendelete Hench kamaragróffjának és társainak, hogy Pétert Abraham fiát, a nagyatyjától V. István királytól adományozott oroszlánhidi vámnak szedésében ne akadályozzák. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Hench et socijs suis Comitibus Camere sue salutem et graciam. Cum tributum de Orochlonheda sit ab antiquo institutum, collatum olim a Serenissimo Rege domino Stephano karissimo patre nostro inclite recordacionis Abrae filio Ponych, patri videlicet Petri pupilli eiusdem Abrae, prout ex tenore litterarum eiusdem patris nostri confirmatarum cum nostro priuilegio nobis constitit euidenter: fidelitati uestre mandamus precipiendo, quatenus dictum tributum prohiberi seu aboleri non faciatis ullomodo, sed exigi seu recipi permittatis, prout per eundem Regem patrem nostrum institutum fuerat et concessum. Datum in Chuth in festo Sancti Jacobi Apostoli.

(Eredetie börhártyán, melynek hátára nyomott pecsétje már elveszett, a nemz. muzeum irattárában.)

406.

IV. László királynak rendelete, hogy Márton és Bank, Somogymegyei várjobbágyok árvai, Necech nevü birtokukban Opey comes ellen védelmeztessenek. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie fidelibus suis Endre filio Lothar, et Gregorio filio Pak salutem et graciam. Conqueruntur nobis Martinus filius Wyduzlou et Bank filius Pe-

truzlou de iobagionibus Castri nostri Simigiensis oriundi, quod Opey ipsos destruxisset, et terram ipsorum Necech uocatam indebite detineret occupatam; dicendo, ipsam terram sibi ex nostra collacione adiacere. Vnde cum terras iobagionum Castri nostri populosas nemini conferamus, et ipsi Opey conferre dictam terram Nechec non uelimus: fidelitati uestre precipiendo mandamus, quatenus Martinum et Bank orfanos memoratos in terris ipsorum et iuribus contra Opey conseruetis, ipsos in uestram proteccionem recipiendo specialem. Datum in Lypche secundo die festiuitatis Assumpcionis Virginis Gloriose.

Kivül: Endre filio Lothar et Gregorio filio Pak.

(Eredetie börhártyán; a zárpecsétnek töredéke megvan; a budai kir. kamarai levéltárban.)

407.

IV. László király Mihály comest és fiait, hogy Chák nemzetségbeli Pétert és Moyst Gyla fellázadt fiait megölték, min den büntetés alól felmenti. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex fidelibus suis vniuersis Judicibus in Regno suo constitutis salutem et graciam. Quia Comes Michael filius Wbul, Stephanus, Petrus et Paulus filij eiusdem, Petrum filium Jule contra nos procedentes et nocumenta inferentes occiderunt: precipimus fidelitati vestre, quatenus eundem Comitem Michaelem et filios suos, si de morte ipsorum Petri et Moys, et captiuitate Andree, et ablacione rerum suarum (questio fuerit), non debeatis nec presumatis judicare; cum eosdem Comitem Michaelem, Stephanum et Paulum super morte predictorum Petri et Moys, et super captiuitate eiusdem Andree et seruientum suorum, ac rerum

suarum inibi ablatarum, duxerimus absoluendos. Datum in Kewe feria tercia post festum Natiuitatis Virginis Gloriose.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét megvan ; a nemes Kállay család levéltárában.)

408.

IV. László királynak parancsa Lorand erdélyi vajdához, hogy Chetneknek hozzá menekült fiait és rokonait elfogja. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fideli suo Rorando Woyuode filio Thome salutem et graciam. Intelleximus, quod filij Chetnek et cognati eorundem, qui Magistrum Petrum, filium Comitis Michaelis filij Wbul occiderunt, aufugissent et essent apud te. Quare precipimus fidelitati tue, quatenus filios eiusdem Chetnek, et cognatos eorum, dicti, qui ipsum Magistrum Petrum occidisse dicuntur, abire non permittas, et eosdem teneas pro nobis, et reserues; volentes, quod eidem Comiti Michaeli et filijs ipsius nullum nocumentum, seu aliquam lesionem inferre audeas uel presumus. Datum in Kewe feria tercia post festum Natiuitatis Virginis Gloriose.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a nemes Kálay család levéltárában.)

409.

IV. László bocsánatot hirdet azon ellene fellázadtak számara, kik hozzá hüséggel lesznek. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis vniuersis nobilibus et aliis, quibus presentes ostenduntur, salutem et graciam. Assecuramus uniuersitatem uestram per presentes super eo, quod quicunque de uobis ab hys, qui contra nostram procedunt Maiestatem, se retraxerint, et nobis fidelitatem obseruauerint, et id nos per Magistros Stephanum et Paulum filios Comitis Michaelis filij Wbul constiterit, omnes excessus uestros indulgemus et remittimus, et uos prosequimur omni bono Regio cum fauore, inuigilantes ad uestram promocionem et honorem. Datum in Berechte feria VI. post festum Omnium Sanctorum.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a nemes Kállay család levéltárában.)

410.

IV. László király István és Pál mesternek Mihály comes fiainak, a leleszi monostor kegyuri jogát adományozza. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis . . . Preposito, Conuentui, jobagionibus et populis Monasterij de Leles salutem et graciam. Quia nos consideratis fidelitatibus et meritorijs seruicijs Magistrorum Stephani et Pauli filiorum

Comitis Michaelis, filij Vbul, Patronatum Monasterij de Lelee, quem Boxa, Thomas, Dyonisius, Detricus, Georgius et Symon filij Symonis ex nostra collacione possedisse dicuntur, propter manifestos et notorios excessus filiorum eiusdem Symonis, et a Lachk et Donch filijs ipsius Thome auferendo, predictis Stephano et Paulo Magistris dedimus et contulimus ex nostra gracia speciali; fidelitati uestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus eosdem Stephanum et Paulum Magistros, aut hominem ipsorum, reuerenter tamquam nostram personam recipiatis, omnia iura, seruicia et debita consueta eidem plenarie ministrantes, et aliud nullatenus facere audeatis, nostra indignacione grauiter sencientes interesse. Datum in Karansebes sabbato proximo ante festum Apostolorum Philippi et Jacobi.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a nemes Kállay család levéltárában.)

411.

IV. László királynak a nagyváradi káptalanhoz intézett, több tiszavidéki jószágot tárgyazó iktatási parancsa István és Pál mesterek, Mihály comes fiai számára. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Waradiensi salutem et graciam. Stephanus et Paulus Magistri filij Comitis Mychaelis fidelis nostri quasdam terras Jwne, filij Jwne, Abod iuxta Tyciam et Zokol in Comitatu de Zobolch existentem (igy); item Stephani filij Lewka Bwsal et Oyk vocatas; item terram Farcasij Kemeche nominatam; ac terram Fwdor Jeke appellatam, sine heredum solacio decedencium, ad nostras manus Regias de nostri Regni ab antiquo consuetudine iuste et legitime deuolutas, a nobis sibi dari postularunt. Sed quia de qualitate et quantitate dictarum ter-

rarum, et utrum homines supradicti sine heredum solacio fuerint destituti nec ne, nobis ad plenum ueritas non constat: volumus et fidelitati uestre precipiendo mandamus, quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fidedignum, coram quo Johannes filius Manthus homo noster accedat super faciem terrarum superius nominatarum, et easdem presentibus omnibus commetaneis et vicinis per veteres metas et antiquas reambulando cum utilitatibus et pertinencijs earundem vniuersis predictis Stephano et Paulo Magistris statuat et assignet possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores uero, si qui fuerint, ad nostram citet Presenciam ad terminum competentem; et posthec diem citacionis, nomina citatorum, terminum assignatum, qualitatem et quantitatem dictarum terrarum, ac cursus metarum earundem nobis fideliter rescribatis. Datum in Zekas in octauis Pentecostes.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsétnek töredéke még megvan; a nemes Kállay család levéltárában.)

412.

IV. László királynak a nagyváradi káptalanhoz intézett, Damarad, Dobos és Byztruch helységeket tárgyazó iktatási parancsa, Mihály comes s fiai, István és Pál mesternek számára. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Waradiensi salutem et graciam. Cum nos quasdam possessiones Pauli et fratrum suorum filiorum Cosme, Damarad, Dobos et Byztruch uocatas et ad eas pertinentes, iuxta Ticiam in Comitatu de Zobouch existentes, propter eorundem excessus manifestos, quos contra nostram Regiam Maiestatem commiserunt, Comiti Michaeli filio Vbul, Stephano et Paulo

Magistris filiis eiusdem contulimus: fidelitati vestre precipimus et mandamus, quatenus vestrum detis testimonium, coram quo Jurk filius Jule homo noster reambulet predictas possessiones vicinis et commetaneis presentibus, et statuat eidem Comiti Michaeli et filijs suis supradictis, si non fuerit contradictum; contradictores nihilominus ad nostram Presenciam ad terminum competentem euocetis, et post hec seriem tocius facti nobis rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima post festum Beati Jacobi Apostoli.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a nemes Kállay család levéltárában.)

413.

IV. László király vámmentességet ád Mihály comes fiai István s Pál mestereknek azon hajóik számára, melyek várúk felépítésére a Szamoson építési anyagot visznek. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis vniuersis tributarijs per Zomus constitutis, ac hospitibus de Zothmar et de Nempty, nec non tributarijs in eisdem existentibus, ac eciam alijs tributarijs de Zothmar et de Nempti usque in Zomuszygh residentibus salutem et graciam. Cum nos vniuersas naues Comitis Mychaelis, Stephani et Pauli filiorum eiusdem fidelium nostrorum, lapides aut cementum per fluuium Zomus differentes pro construccione castri eorundem, ab omni tributo, que in Zomus exigi consueuerunt, reddiderimus expeditos: volumus, et fidelitati uestre firmiter precipimus et districte, quatenus receptis presentibus nullus uestrum tributum super ipsas naues exigere audeat uel presumat. Alioquin quicunque ex uobis nostrum mandatum trans-

gressi fueritis, indignacionem Regiam se grauiter sencient incurrisse. Datum in Zekas sabbato ante Pentecosten.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul odanyomott pecsétnek nyoma még megvan; a nemes Kállay családnak levéltárában.)

414.

IV. László király a Szatmár és Szabolcs megyei nemeseknek meghagyja, hogy Mihály comest és fiait Szatmár megyében felépitendő váruknak épitésében segitsék. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis vniuersis nobilibus in Comitatu de Zotmar et de Zobolch existentibus salutem et graciam. Cum Comes Mychael filius Wbul fidelis noster in terra sua propria pro tuicione uestra et sua castrum edificare intendat de nostra gracia speciali, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus ad dictum opus eidem Michaeli, si necesse fuerit, uestrum auxilium inpendatis et juuamen, pro nostra gracia pariter et fauore. Datum in Zolum in festo Philippi et Jacobi Apostolorum.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul odanyomott pecsétnek töredéke még megvan, a nemes Kállay család levéltárában.)

415.

IV. László királynak Landok, Rokus és Nyrer nevü földeket tárgyazó adománya Endre, Polyan comes fia számára. Év nélkül

Nos Ladislaus Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem: quod nos consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis Andree familiaris iuuenis nostri filij Comitis Polyan, que idem nobis fideliter exhibuit et impendit: quasdam villas et possessionus et siluas nostras Regales, hoc est Landok, Rokus et Nyrer nuncupatas, ex nostra collacione dedimus et contulimus eidem supranominato Andree perpetuo possidendas. Datum in Gilnychbana quarto die quindenarum Beati Georgij.

(III. Endre királynak 1290-ki megerősitő privilegiumából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

416.

IV. László király Istvánt és Pált, Mihály comes fiait, a szatmári főispán és más birák hatósága alól felmenti. Év nelkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Comiti . . . de Zotmar, ac vniuersis judicibus, quibus expedit et presentes ostendentur, salutem et graciam. Cum Stephano et Paulo filijs Michaelis hanc graciam specialem pro seruicijs et fidelitatibus eorundem duxerimus faciendam, quod ijdem et homines ad ipsos pertinentes a potestate seu jurisdiccione et

judicatu Comitis de Zotmar, nec non aliorum judicum exempti omnino habeantur: volumus et fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus prefatos filios Micaelis nullus vestrum audeat et presumpmat judicare; sed si qui aliquid accionis habent contra ipsos, coram nobis prosequantur iuris ordine obseruato; et nos de eisdem iusticie faciemus complementum. Datum prope Ceble in octauis Sancti Regis Stephani.

(Eredetie börhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a nemes Kállay család levéltárában. V. ö. Fejér Cod. Dipl. V. köt. 3. r. 455. l.)

417.

IV. László király Mihály comest és fiait Ugocha megye föispán-állására nevezi ki. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Vngarie fidelibus suis vniuersis nobilibus, iobagionibus Castri, castrensibus, et alijs omnibus, tam hospitibus liberarum villarum, quam alijs cuiuscun que condicionis hominibus in Comitatu de Vgacha constitutis, salutem et graciam. Quia in omnibus factis vestris nostre Maiestati fidele seruicium inpendistis, prout ex relacione Comitis Mikaelis, Magistri Stephani et Pauli filiorum eiusdem, dilectorum et fidelium nostrorum intelleximus, regraciari uobis Regio cum fauore volumus. Igitur et fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatinus eundem Comitem Mykaelem, et filios suos predictos, tanquam Parochialem Comitem vestrum, non obstantibus quibuslibet litteris nostris, reuerenter recipere debeatis et seruicia consueta eisdem ad plenum inpendentes; aliud obtentu nostre gracie plenioris non facturi. Datum in Chanad in dominica proxima post festum Beati Barnabe Apostoli.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a n. Kállay család levéltárában.)

418.

IV. László királynak parancsa a vasvári káptalanhoz, hogy Istvánt, Ják comes fiát visszahelyezze Ladun nevü földbirtokába. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Castri Ferrei salutem et graciam. Stephanus filius Jak Comitis quandam terram suam Ladun vocatam, que per Magistrum Johannem potencialiter fuisse dicitur detenta, sibi restitui postulauit; sed quia de facto ipsius terre, vtrum ipsius fuerit, nobis ueritas non constat, fidelitati uestre mandamus precipiendo, quatenus vnum ex uobis transmittatis, coram quo Johannes filius Steysk homo noster dictam terram reambulet et statuat eidem, si non fuerit contradictum, contradictores autem si qui fuerint, ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, diem citacionis et terminum cum serie facti nobis rescribatis. Datum sub castro Perustian quarto die Epiphanie Domini.

Kivülről ugyanazon kéz: Capitulo Castri Ferrei.

(Eredetie börhártyán, melyről a zárpecsét már lehullott, a nemz. muzeum kézirattárában.)

419.

IV. László király helyben hagyja, hogy V. István király Beneuch földet, melyet Merze Benedek comes fiától előbb csereképpen elvett, ennek ismét visszaadta. Év nélkül.

(N)os Nycolaus Palatinus et Judex Comanorum stb. quod in congregacione nostra generali vigore litterarum Regalium proclamata vniuersitati nobilium et aliorum cuiusuis condi-

cionis et status hominum in Nytriensi et Trinchyniensi Comitatibus existencium feria quinta proxima ante festum Omnium Sanctorum prope ciuitatem Thopolchan vocatam celebrata, Magister Merse filius Benedicti filij Merse de medio vniuersorum nobilium personaliter consurgendo proposuit eo modo, quod possessio Beneuch vocata in dicto Comitatu Trincyniensi existens sua esset, et predecessorum suorum fuisset hereditaria, ac titulo iuris hereditarij ad ipsum pertineret; et ibidem exhibuit quasdam litterras patentes domini Stephani condam incliti Regis Hungarie felicis recordacionis in anno Domini M°CC° septuagesimo primo tercia feria proxima ante festum Sancti Regis in Lypche emanatas stb. Demum exhibuit alias litteras atentes domini Ladizlai similiter quondam Regis Hungarie clare memorie, in quarum tenoribus vidimus continere; quod cum dominus Rex Bela auus ipsius domini Ladizlai Regis quandam terram Beneuch vocatam a Merse filio Benedicti auferendo Magistro Baaz, ut dixissent, contulisset, et dominus Rex St. pater eiusdem domini Ladizlai Regis ipsam terram eidem Merse restituisset, prout in litteris eiusdem patris sui dixissent contineri; factum ipsius patris sui ratum habens, ipsam terram eidem Merse reliquisset sine iuris preiudicio aliorum; si haberet litteras euidentes ipsius domini patris sui super terra memorata stb. Datum in Thapolchan predicta quarta die congregacionis nostre memorate anno Domino M°CCC°XL° secundo.

(A szepesi káptalannak 1346. „in crastino festi Sancti Stanyzlai martiris" kelt „Magister Merse filius Benedicti filij Merse de Swyne" számára kiadott átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban. V. ö. gyűjteményünk VIII. vagyis a második folyam III. kötetét 344. l.

420.

IV. László király Spalato várost eltiltja attól, hogy magának a külföldről elöljárót választhasson, s inti hogy polgári kötelességeit híven teljesitse. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Communitati Ciuitatis Spalati salutem et graciam. Quia nobis semper fidelitatis opera exhibuistis indefesse, uos prosequimur Regio cum fauore; sed quia propter variarum guerrarum discrimina ad uos accedere nequimus usque modo. Intelleximus, quod vos Judices extraneos de alijs Regnis recipere consueuistis; quod non est fidelitatis indicium. Ciues eciam nostros Tragurienses non modicum discrimini perturbare; quosdam eciam nobis fideles de vestra Communitate expulistis. Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, si nos, naturalem dominum, Regem Hungarie et Croacie cognoscitis, ex nunc Judices extraneos de Communitate vestra expellatis, et de Regno nostro nobis fideles pro Potestate vobis assumatis; ac ciues nostros Traguriensis non presumatis in aliquo pertubare. Si autem aliquam habetis accionem contra ipsos, experiamini coram nobis iusticia mediante. Illos eciam nobis fideles, quos de Regno nostro exclusistis, reducatis; et bona ac possessiones restituatis eorumdem. Preterea quatuor ex vobis meliores, si nobis fideles esse vultis, vsque festum Sancti Michaelis ad nos transmittatis, ut nos vna cum ipsis de bono statu Regni Croacie ordinemus. Datum Bude in festo Sancti Laurencij martiris.

(Lucius, Memorie storiche di Trau. 93. l.)

421.

IV. László király rendelete Pál bánhoz, hogy Trau, Spalato és Sebenico városokat ne háborgassa, s azokban a törvényes kormányzati szabályokat fentartsa. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fideli suo Paulo Bano salutem et graciam. Conquesti sunt nobis Communitas ciuium de Ciuitate nostra Tragurij, quod tu ipsos non desistis molestare, petendo ab eis obsides,vt tibi teneantur deseruire,et faciendo descensus super terras eorundem, et alias quam plures iniurias irrogans. Verum cum nos hospites nostros nolimus per quempiam molestari, seu eciam grauari: tibi mandamus firmiter per presentes, quatenus a molestacionibus eorundem ciuium Traguriensium omnino retineas manus tuas; non permittendo eosdem nec per fratres tuos, seu alios quoslibet, aut per ciues Spalati et de Sibenigh agrauari. Et si obsides ipsos recepisses reddas et restituas; et si aliquos ijdem habent, ac Commune, contra ipsos experiantur coram nobis iure iusticia mediante. Aliud non facias, sicuti graciam nostram caram habes. Judices existentes in Ciuitatibus de Tragurio, de Sibenigh, et de Spalato, nisi de nostro Regno, vllatenus paciaris; populos eciam, qui de Spalato pro fidelitate nobis debita sunt expulsi, ad eamdem Ciuitatem auctoritate nostra introducas, restituendo omnia bona et possessiones eorundem. Datum Bude in die tercio Sancti Laurencij martiris.

(Lucius Memorie storiche di Trau 92. l.)

422.

IV. László király rendelete Sebenico városhoz, hogy Trau várost ne háborgassa. Év nelkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Comiti Georgio, Potestati Juratis et ciuibus de Sibenigh salutem et graciam. Intelleximus, quod vos ciues nostros de Tragurio incessanter molestaretis, plurima damna eisdem inferendo. Super quo vestre fidelitati precipiendo mandamus, quatenus nullam molestiam, nullum damnum predictis ciuibus de Tragurio vlterius inferre presumatis. Quia nos predictos ciues de Tragurio, et populos Ecclesie nosrre Traguriensis in nostram recipimus graciam et proteccionem specialem; aliud non facturi. Volumus eciam, quod honeste persone ex vobis ad nos accedant nos visuri; quia nos ad illas partes accedemus in breui Domino concedente. Datum in Och in festo Sancti Georgij martiris.

(Lucius, Memorie storiche di Trau. 92. l.)

423.

IV. László király Trau várost törvényes szabadságaiban biztosítja. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Judici, Consiliarijs et toti Communitati Tragurij. Quia nobis semper fidelitatis opera exhibuistis indefesse, vos Regio cum fauore prosequimur. Sed quia propter guerrarum discrimina ad

partes illas accedere nequimus vsque modo: scire volumus fidelitatem vestram, quod in breui ad vos talem hominem destinamus, qui vos tam a Paulo, qui vicem gerit pro Bano Maritimo, quam a ciuibus Spalati et de Sibenigh, ac alijs omnibus vos molestantibus, defensabit. Misimus eciam eis litteras nostras, vt a molestacionibus et grauaminibus vobis inferendis desistant penitus, et eciam conquiescant. De damnis siquidem vestris iusticiam fieri faciemus pleniorem, prout exigit ordo iurium. Petimus namque, et fidelitati vestre firmiter mandamus precipientes, quatenus a fidelitate consueta non recedentes, nobis fidelitatem debitam obseruetis; vt nos fidelitatem vestram possimus non immerito commendare. Datum Bude tercio die Sancti Laurencij martiris.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 92. l.)

424.

IV. László királynak elismerö levele Trau város községéhez, hogy a clissai vár védelmében segitséget nyujtott. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Judici et Communitati Traguriensi salutem et graciam. Nunciauerunt nobis hospites nostri de Klissa, quod vos in conseruacione castri eorum magnum eis auxilium prebuistis. Quare vestre fidelitati mandamus, quatenus pro huiusmodi fidelitate vestra volumus vobis ad voluntatem vestram occurrere gracia Regia et fauore; et precipientes vobis, quod fidelitatem, quam hactenus nobis exhibuistis in conseruacione dicti castri, et adhuc impendere debeatis. Datum Bude in dominica Reminiscere.

(Lucius, Memorie storiche di Trau. 119. l.)

425.

IV. László király Trau városnak a hozzá tanusított hűségért köszönetét kijelentvén, biztosítja jogait és szabadságait. Év nélkül.

Ladizlaus Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Potestati et Communi de Tragurio salutem et graciam. Significastis nobis per litteras vestras et Cosmam nuncium vestrum, quod debitam fidelitatem nobis perfecte seruaretis, et persistetis perpetuo in eadem. Super quo vobis et vestris multas referimus gracias; assecurantes et affidantes fidelitatem vestram per presentes, quod vos in uestris libertatibus et iuribus, que a sanctis progenitoribus nostris tenuistis, volumus per omnia obseruare. Datum in iusula Sanct — — — — — II. feria post octauas Sancti Martini.

(Lucius, Memorie storiche di Trau. 91. l.)

426.

Erzsébet ifjabb királynénak Ivancs nevű földet tárgyazó adománya Tivadar székesfehérvári nagyprépost számára. Év nélkül.

Nos E. Dei gracia Regina Hungarie memorie commendamus significantes vniuersis, quod inspectis fidelitatibus et seruiciorum meritis Magistri Theodori Electi Ecclesie Albensis aule Illustris Regis Hungurie, karissimi consortis nostri Vice Cancellarij nobis cum sumpma fidelitate impensis, nos

uolentes ipsius obsequijs occurrere gracia Reginali, quandam terram nostram Reginalem Iwanch uocatam iuxta Danobium existentem cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis uniuersis, prout ad nostram pertinebat Maiestatem, eidem Magistro Theodoro Electo Albensi, et Comiti Ladizlao ac Nicolao fratribus suis de plenitudine nostre gracie dedimus, contulimus et tradidimus iure perpetuo pacifice possidendam. Datum in Insula Virginis Gloriose in octauis Sancti Johannis Baptiste.

(Fennena királynénak 1291-ki megerősítő okmányából, a Rumy család levéltárában, másolata a magyar akadémia kézirattárában.)

427.

Az esztergami káptalannak jelentése IV. László királyhoz, hogy Demeter Dobaknak fia Dragul és Legen helységekben statuáltatott. Év nélkül.

Excellentissimo domino suo domino Ladizlao Dei gracia illustri Regi Hungarie Capitulum Ecclesie Strigoniensis oraciones in Domino tam debitas quam deuotas. Vestra nouerit Celsitudo, nos recepisse uestras litteras in hec uerba.

Ladizlaus D. gr. Rex Hungarie stb. (következik IV. László királynak iktatási parancsa mint fentebb 404. sz. a.)

Nos igitur mandato uestro satisfacere reuerenter et fideliter cupientes, cum homine uestro predicto, et homine domini nostri Archiepiscopi, ad exequendum factum predictarum villarum hominem nostrum ydoneum et fidedignum curauimus pro testimonio destinare; qui tandem ad nos reuersi nobis concorditer recitauerunt: quod ipsi iuxta mandatum uestrum Demetrium filium Dobak, Thybam fratrem eius, Cepk, et Elek, et cognatos eorum in crastino quindenarum Sancti Michaelis ad predictas villas pacifice introduxissent, et ipse De-

metrius filius Hunt, qui in ipsa villa Dragul tunc temporis fuit inuentus, de eadem cum sua familia recedendo eos recepisset in pace, et intrare in ipsas villas quiete permisit. Adiecerunt eciam, ut eedem ville preter duas mansiones vacuas, que in villa Dragul inuente fuerunt, habitatoribus plene essent et populis constitutis in eis cum eorum bonis et rebus; in villa autem Legen una domus est suis habitatoribus destituta. Judices uero de Hunt et de Neograd ad introduccionem predictarum villarum requisiti, suum hominem eis dare negarunt; sicut hec omnia et singula premissorum ab ore hominis uestri et nostri ac ab ore hominis domini nostri Archiepiscopi didicimus et recollegimus seriatim.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a mélt. b. Perényi család levéltárában.)

428.

Az esztergami káptalannak jelentése IV. László királyhoz, a Chaba helységben történt határjárásról a nyúlszigeti apáczazárda számára. Év nélkül.

Excellentissimo domino suo L. Dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Ecclesie Strigoniensis oraciones in Domino debitas et deuotas. Litteras Vestre Serenitatis recepimus continentes, quod cum Magistro Benedicto aule vestre Notario nostrum hominum mittere deberemus, cuius testimonio idem Magister B. quandam possessionem nobilis viri Moys Magistri Thauarnicorum domine Regine et Comitis Simigiensis Chaba vocatam, quam ipse Magister Moys cum omnibus suis pertinencijs sororibus de Insula Beate Virginis dedit et donauit perpetuo possidendam consensu Vestre Maiestatis interueniente, sicut in productis vestris litteris vidimus contineri, reambularet con-

nocatis commetaneis et vicinis, et eandem statueret et assignaret Monasterio Beate Virginis de dicta Insula perpetuo possidendam nouis metis vndique circumdando. Cum igitur nos precepto huiusmodi mandati — — — — — nostrum hominem cum prefato Magistro B. misissemus, postmodum ijdem Magister B. et homo noster ad nos simul reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipse Magister B. predictam possessionem Chaba reambula — — — — presentibus omnibus commetaneis et vicinis nullo contradictore apparente eandem cum omnibus vtilitatibus (et pertinencijs) suis sub certis metis statuit et assignauit (eidem) Monasterio et sororibus supra dictis — — — — — — — B. et homo noster nobis retulerunt. (Cuius quidem mete) hoc ordine distiguntur: Prima meta incipit a parte orientali in monte in magna silua per viam, que venit a parte septemtrionali de Chen, per quam itur in K — — — — via vocata Kuest, ubi separat de — — — — plus vocata; deinde parum eundo ad partem meridionalem exit de via ad partem occidentalem parum diuertens per viam graminosam; abhinc modicum eundo progreditur ad partem meridionalem iterato ad montem in lapide, vbi mete populorum de Kurth simul terminantur; exinde descendens per siccam et lapidosam vallem transit magnam viam, per quam itur de Strigonio in Budam et perueniet ad duas arbores piri *vrskurthuel* vocatas; abhinc ascendens ad occidentem per arabilem terram in Bercz, vadit diu per virgultum et ascendit ad montem excelsum Chababykthetew vocatum, vbi mete populorum de Weiretie finiuntur, et iunguntur metis populorum de Kowachy; deinde procedens per viam vadit ad occidentem per siluam; et abhinc diuertit per eandem viam ad partem septemtrionalem, et vadit diu, vbi prope ad castrum Eynardi exit de via, et separantur meto populorum de Kowachy finaliter, et iunguutur metis populorum Nicolai de villa Tynne, et peruenit ad quercum cruce signatum; abinde tendens ad orientem venit ad duas metas antiquas, vbi vna est noua; deinde pergens ad occidentem similiter ad duas metas antiquas, ubi vna est noua; exinde diuertens ad aquilonem peruenit ad duas metas terreas antiquas, ubi tercia est noua, et mete populorum de Tynne finiuntur metis Jacobi Ombus filiorum Appolinaris nobilis de Oberch, vbi tendit ad aquilo-

nem, et sunt due mete antique et tercia noua; abhinc procedens versus orientem inferius peruenit ad duas metas antiquas, et ibi tercia est noua; deinde progrediens similiter inferius ad orientem sunt due mete; post hec parum eundo sunt due mete (antique) et tercia noua; exinde post paruum spacium in feneto sunt due mete (antique) et tercia noua; hinc per magnum spacium progrediendo in latere montis est meta antiqua et noua; deinde similiter diu eundo cadit ad viam de Chenkeust vocatam, vbi mete ipsorum Jacobi et Ombus finiuntur; et si postmodum per viam redit ad metam priorem vbi terminatur. Datum feria quinta proxima ante festum Penthecosten.

(Eredetie börhártyán, a zárpecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

429.

Ez esztergomi káptalannak jelentése IV. László királyhoz a Szalonta, Szakálos és Szolgagyör nevü földben történt határjárásról a nyúlszigeti apáczazárda számára. Év nélkül.

Excellentissimo domino suo L. Illustri Regi Hungarie Capitulum Ecclesie Strigoniensis oraciones debitas et deuotas. Litteras Uestre Serenitatis recepimus continentes, quod nos cum Magistro Gregorio clerico uestro nostrum hominem mittere deberemus, cuius testimonio idem Magister G. accederet super faciem terrarum Zolontha, Zakalus et Zulgagewr uocatarum, quas sorores Ecclesie Sancte Marie de Insula Budensi ex collacione Bele Regis aui uestri, et domini Stephani Regis inclite recordacionis patris uestri, et uestra se dicunt possedisse, et quod idem Magister G. conuocatis commetaneis et vicinis ipsas terras reambulando per veteres et antiquas me-

tas, erigeret nouas metas iuxta antiquam limitacionem earundem, et easdem terras statuat dominabus sororibus Ecclesie Beate Virginis pacifice possidendas. Nouerit itaque Uestra Regia Celsitudo, quod cum nos receptis huiusmodi litteris Uestre Maiestatis hominem nostrum cum Magistro G. misissemus: postmodum ijdem Magister G. homo uester et homo noster ad nos reuersi nobis retulerunt; quod idem Magister G. predictas terras Zolontha, Zakalus et Zulgageur nominatas commetaneis suis et vicinis, jobagionibus scilicet Castri Kamariensis, et alijs conuocatis, et eisdem presentibus, ac preter Nicolaum filium Pynkusd non contradicentibus cum omnibus utilitatibus ac pertinencijs earum statuit et assignauit iuxta uestrum mandatum dominabus sororibus Ecclesie Beate Virginis possidendas. Sed predictus Nicolaus filius Pynkusd, qui se dixit esse jobagionem Castri Kamariensis, ibidem, et eciam postmodum coram nobis protestatus est et dixit, quod ipse et Ladizlaus frater suus in predicta terra Zakalus haberent particulam terre hereditariam, super qua, videlicet eorum porcione, contradixit coram nobis. Mete autem, liminitaciones et termini ville Zolonta Zakalus, quos quidem terminos siue metas Magister G. et homo noster in scriptis nobis exhibuerunt, hoc ordine distinguntur: Prima meta a parte septemtrionali est villa Beryn et Ecclesia Waciensis in Dudwag, terminus ibi uocatur Kakthu in aqua Dudwag; item secunda meta siue terminus est villa Staul tawarnicorum in paludibus; item ab oriente confinatur cum Ecclesia Jauriensi usque piscariam in Dudwag, que vocatur Chyug; item supra Chyugthu est quidam terminus qui uocatur Thou Dudwag et Kueskuth, qui eciam pertinet ad villam Zakalus supradictam; item ab eadem parte diuidit et distinguit quedam via N. a parte populorum Archiepiscopopalium; item ab oriente et ab eadem parte vie Scylos descendit ad terram ubi sunt due mete in ipsa terra, que meta a parte inferiori Archiepiscopo Strigoniensi, superior uero meta distinguit et diuidit ville Zakalus supradicte; item a parte meridionali sunt due piscature, que Weyzhel uocantur in Myler, que sunt ipsorum populorum de Zakalus; item in via, per quam itur ad ecclesiam, sunt duodecim piscaciones, que Wyzhel uocantur. Nec tamen hoc obmittimus, quod predictus Nicolaus a nobis requisitus nomen et quantitatem terre

sue non expressit. Datum feria quinta ante festum Beate Marie Magdalene.

Kivül: Domino suo Illustri Regi Hungarie.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

430.

Az esztergami káptalannak jelentése IV. László királyhoz, hogy Szöny helység Miklós, Wech unokájának statuáltalott. Év nélkül.

Excellentissimo domino suo L. Dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Ecclesie Strigoniensis oraciones in Domino debitas et deuotas. Cum receptis litteris Uestre Serenitatis sub sigilo anuli uestri nobis directis hominem nostrum cum Magistro Renaldo Preposito Ecclesie Sancti Thome martiris de Strigonio homine uestro misissemus, cuius testimonio quandam terram Sceun uocatam in Comitatu Kamariniensi adiacentem, super quam quondam hospites Regales residebant, sicut dicitur, quam Nicolaus nepos Wech nomine terre vacue a uobis sibi dari pecijt, sicut in predictis uestris litteris nobis scripsistis, dictus Magister R. Prepositus reambularet et statueret prefato Nicolao, si non fieret contradictum; ijdem R. Prepositus homo uester et homo noster ad nos postmodum reuersi nobis concorditer retulerunt: Quod ipsam terram Sceun, quam penitus vacuam inuenerunt, nulla curia vel domo in ea existente, ipse R. Prepositus reambulauit presentibus commetaneis et vicinis, et sicut creditur, et uisu metiri potuit, sufficit ipsa terra ad quadraginta aratra uel circa. Sed quidam iuuenis, qui se Stephanum filium Petri esse dixit, super eadem terra comparendo, protestatus est et dixit, se habere in eadem terram vnius aratri hereditariam; patrem suum in eadem terra

domum habuisse, et ibidem mansisse asserendo; sed nunc nec ipsius Stephani, nec alicuius alterius domus est in eadem. Item quandam particulam eiusdem terre superiorem a parte Kamarun, que quidem particula creditur esse trium aratrorum, officialis Walterij Comitis de Kamarun dixit esse eiusdem W. Comitis domini sui; asserendo, quod ipsa particula fuerit piscatorum domini Regis, et quod eam dominus Rex Waltero Comiti contulisset; et idem officialis Waltery Comitis super eadem particula, que separata est metis, sed non multum antiquis, nomine domini sui W. Comitis contradixit. Sed excepta hac particula, que trium aratrorum esse creditur, ut predictum est, et terra vnius aratri, quam Stephanus suam esse dicit, super reliqua parte tocius predicte terre non extitit per aliquem contradictum; et sic eandem terram Sceun, habentem fenetum, et ab vna sui parte iuxta Danubium adiacentem, sed siluam uel alias utilitates non habentem, ut dixerunt, idem R. Prepositus statuit et assignauit Nicolao nepoti Wech memorato. Racione autem predicte particule, super qua nomine Waltery Comitis contradictum extitit, eundem W. Comitem citauit ad uestram presenciam, assignando sibi pro termino diem quintumdecimum computandum ab eo die, quo Barones uestri, et Comes Walterus inter eos, post reuersionem suam de Vienna, Uestram viderunt Maiestatem. Datum in vigilia Pentecostes.

Kivül: Domino suo Illustri Regi Hungarie pro Nicolao nepote Wech super terra Sceun.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.

431.

A budai káptalannak jelentése Péter országbiróhoz, hogy IV. László király parancsára V. István királynak Takson helységet tárgyazó adománylevele átiratott, a nyúlszigeti apácza-zárda számára. Év nélkül.

Viro nobili et honesto Petro Judici Curie domini Regis Capitulum Budensis Ecclesie paratum animum ad eius beneplacitum et honorem. Procuratores siue officiales sororum de Insula Sancte Marie exhibuerunt nobis priuilegium domini L. illustris Regis Hungarie, ubi insertum est tenor litterarum Serenissimi Regis domini St. clare memorie super donacione facta cuiusdam terre Taxun uocate domine Elisabeth et Ecclesie Sancte Marie de Insula; petentes rescribi quendam articulum sub nostro sigillo Uestre Nobilitati destinandum, cum periculosum erat eis ipsum priuilegium propter discrimina uiarum deportare. Cuius quidem articult tenor talis est:

Nos in concambium uillarum domine Elysabeth filie nostre karissime et sororibus de Insula Uirginis Gloriose, quas in Magna Insula auferentes de dominabus sororibus predictis et domina Elisabeth filia nostra Comitatui de predicta Magna Insula annexuimus, dedimus et contulimus ipsi domine Elysabeth et sororibus predictis terram Toxon uocatam in Comitatu de Peest existentem, ubi populi Zulgageur et populi Ducatus, quorum terra eciam alio nomine Zeych appellatur, residebant, cum feneto Brizo uocato et alijs utilitatibus perpetuo possidendam, eo iure quo apud Ducatum existerat (így), sine iuris preiudicio alieni, et sicut eciam Rolandus filius Mark per donacionem Regiam saluo iure alieno dignoscitur — — possedisse, et cetera.

K i v ü l: Viro nobili Comiti Petro Judici Curie domini Regis super facto terre Zeych vocate.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

432.

A pécsi káptalannak jelentése IV. László királyhoz, hogy Kaplan helység a nyúlszigeti apáczazárdának statuáltatott. Év nélkül.

Excellentissimo domino suo L. Dei gracia Regi Vngarie Capitulum Quinqueecclesiense oraciones in Domino. Receptis litteris Celsitudinis Uestre, nomine ac uice venerabilis patris domini nostri J. Dei gracia Quinqueecclesiensis Episcopi hominis uestri, officiali suo Swmchev Benedicto nostrum hominem concessimus, ut coram eo quandam terram Kaplan uocatam, quam dominabus sororibus Ecclesie Beate Virginis de Insula contulistis, peramburat (így) et statueret eisdem; si uero fieret contradictum, contradictoribus in uestram presenciam euocatis. Idem homo noster, vna cum eodem Svmchev Benedicto ad nos rediens nobis retulit uiua uoce: Quod ipse Benedictus accedendo super faciem ipsius terre Kaplan perambulauit eandem; sed Comes Morixan filius Morfan contradixit; quem Morixanum idem Benedictus citauit in presenciam uestram, terminum uidelicet quintumdecimum diem ante festum Beati Egedij computando assignauit. Et hoc Uestre duximus Excellencie rescribendum, quum sic receperimus in mandatis. Datum in tercia feria post festum Sancti Egidij.

Kivül: Domino Regi Vngarie.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszet, a budai kir. kamarai levéltárban.)

433.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy az Aykai nemesek közti egyenetlenségek, barátságosan elintéztettek. Év nélkül.

Nos Capitulum Vesprimiensis Ecclesie damus pro memoria: quod cum ad peticionem Andree, Chelley, et filiorum suorum, Ayka videlicet et Stephani, Nobilium de Ayka, hominem nostrum, Paulum scilicet sacerdotem de Berend ad audiendum arbitrium, quod fieri deberet inter ipsos, misissemus: idem postmodum homo noster, cum Magistro Pons pro dictis Comite Chelleo patre suo et fratribus suis, ac Lodomerio, sicut dixit, seruiente dicti Comitis Andree pro ipso domino suo comparentibus, ad nos venientes personaliter nobis dixerunt: quod super causa, que inter predictos nobiles coram domino J. Palatino uertebatur, mediantibus probis viris taliter concordassent; quod ijdem Stephanus et Ayka dicti filij Comitis Chelley, adiunctis sibi decem et octo consimilibus eis nobilibus super dampno ad valorem et quantitatem XX marcarum, quod per pridem Comitem Andream eisdem impingebatur, deberent sabbato proximo post festum Beate Katarine virginis uenturo, corporaliter prestito sacramento taliter coram nobis se purgare: quod idem Comes Andreas nec per ipsos, nec per seruientes eorum, Dominicum videlicet, Paulum Sclauum et Franch eidem suspectos, nec facto, nec consilio, nec scitu ipsorum premissum dampnum perpessum extitisset. Quod quidem sacramentum, sicut idem homo noster cum predictis procuratoribus parcium recitauit, idem Comes Andreas ob fauorem cognacionis predictorum de beneplacito suo, sibi ipso die faciendum coram nobis in personis saltim Stephani et Ayka predictorum, ac Karul cognati eorum de Chytuan relaxasset. Datum in festo Sancti Clementis Pape.

Kivül: Pro filijs Chelley super sacramento faciendo.

(Az eredeti után, melyet közölt tek. Thaly Kálmán úr.)

434.

A zalavári konventnek jelentése IV. László királyhoz, hogy parancsára bizonyos idézést végrehajtott. Év nélkül.

Excellentissimo domino suo L. Dei gracia Regi Vngarie frater Symon miseracione Diuina Abbas Monasterij Beati Adriani de Zala totusque Conuentus eiusdem loci oraciones continuas debitas ac deuotas. Receptis litteris Vestre Serenitatis continentes, quod mitteremus vnum ex nobis cum homine uestro, qui citaret ad Vestram Presenciam Jacobum de Tolmach, Gallum, Cosman et Chemen filios eiusdem, Paulum filium Manas, Helya et Cham filios Hernek, Propicium de Perene, Thomoy et Ladizlaum de Thomoy, villasque eorundem Tholmach et Perene uocatas, contra Mychaelem filium Varo ad terminum competentem. Quod et fecimus, et homines predictos ad Presenciam Vestre Mayestatis citari fecimus, terminum eisdem assignantes quindenam Beate Margarete. Et quod Vestra Excellencia nobis precepit, vt de iniurijs, quas homines supradicti eidem Mychaeli intulissent, ueritatem sciremus, et uobis mandaremus; taliter ueritatem sciuimus per hominem nostrum: quod homines supra nominati manu armata supra domum eiusdem Mychaelis uenientes, fratrem eiusdem Dominicum nomine interfecerunt, ipsum uero et Achillem fratrem ipsius alterum grauiter uulnerarunt; ecclesiam ipsius fregerunt, auferentes inde quicquid ibidem repererunt; patrem ipsius captiuari fecerunt Thomoy et Ladizlaus, fratremque eiusdem, quos redemit; molendinum ipsius destruxerunt; siluam et fenile ipsius tenent; metas terre eiusdem in duobus locis drestrucserunt (így), mortem eidem a meridie minantes, interficientes insuper quendam cognatum eiusdem nomine Johannem filium Heches. Datum secundo die post festum Beate Margarete.

Kivül: Excellentissimo domino L. Dei gracia. — — —

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszet; a budai kir. kamarai levéltárban.)

435.

Zoych helységet tárgyazó törvénykezési határozat Job és Pál, Ryug fiai, és a nyúlszigeti apáczazárda közt. Év nélkül.

Datum pro memoria, quod Job filius Rywg pro se et pro Paulo fratre suo cum procuratorijs litteris Cruciferorum de Calidis Aquis comparendo; et Petrus filius Alberti personaliter astans, contra dictas sorores de Insula Beate Virginis de Buda, pro quibus Paulus et Nycolaus Comites officiales earundem cum sufficienti procuratorio comperuerunt, egerunt in forma judicij coram nobis; quod domine sorores terram eorundem hereditariam Zoych uocatam reambulatam mediantibus litteris Capituli Budensis per ueteres metas, indebite occupatam detinerent: e conuerso Paulus et Nycolaus Comites pro eisdem dominabus responderunt: quod dominus Rex St. clare memorie quandam possessionem Taxson vocatam, ubi populi Ducatus et Zulgageurienses residebant, in concambium quarundam possessionum eisdem dominabus contulisset, et ipsa terra Zoych esset populorum Zulgageuriensium, et intra metas terre Taxson iaceret, prout eciam ipsa terra per Magistrum Rolandum filium Mark ex collacione Regia antea dinoscebatur possedisse, instrumenta super hoc predictas dominas habere asserentes. Vnde nos vna cum Magistro Aladario, Farcasio Magistro et Comite Thoma nobis per dominum Regem in socios deputatos decreuimus, quod in octauis Epiphanie Domine predicte domine sorores contra eosdem Job, Paulum et Petrum instrumenta sua super facto eiusdem terre, quecunque habent, exhibere debeant coram nobis, quibus exhibitis cognosscemus inter partes iustitia mediante. Datum Bude in crastino quindenarum Omnium Sanctorum.

Kivül: Pro dominabus sororibus de Insula contra Job et alios ad octauas Epiphanie Domini.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a budai kir. kamarai le véltárban.)

436.

Zamarfalva helységet tárgyazó törvénykezési határozat Oghuz comes, Buzad fia, és Mihály Mihálynak fia közt. Év nélkül.

Datum pro memoria, quod cum secundum continenciam litterarum nostrarum memorialium, inter comitem Oghuz filium Buzad ex una parte, et Michaelem filium Mychaelis ex altera confectarum, super facto terre Zamarfolua uocate eidem Comiti Oghuz iuramentum fuisset adiudicatum; et idem Comes Oghuz dominum Regem et suos Barrones requisiuit, ut ipsum iuramentum deberemus reuocare, pro eo quod ipsam terram Zamarfolua mediantibus litteris Capituli Wesprimiensis ab eodem Mychaele comparauit. Vnde ex precepto domini Regis et suorum Baronum, habita super hoc deliberacione, ipsum iuramentum Oghuz duximus reuocandum; continenciam litterarum nostrarum predictarum memorialium in alijs omnibus obseruando. Datum Albe in octauis Beati Jacobi Apostoli.

Kivül: Memoriales pro Comite Oghuz super reuocacione iuramenti.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

A

MAGYAR TÖRTÉNELMI EMLÉKEK

ÁTNÉZETE.

ELSŐ OSZTÁLY: OKMÁNYTÁRAK.

MAGYAR TÖRTÉNELMI OKMÁNYTÁR, a brüsszeli országos levéltárból és a burgundi könyvtárból. Összeszedte s lemásolta Hatvani Mihály (Horváth Mihály). I. KÖT. 1441—1538. Pest 1857. XXI és 387. — II. KÖT. 1538—1553. Pest, VIII és 367 l. — III. KÖT. 1553—1608. Pest 1859. VIII és 324 l. — IV. KÖT. 1608—1652. Pest 1859. VIII és 323 l. (I. Ferdinánd kir. hasonmásolt levelével). — *Monum. Diplom. I—IV. kötet.*

MAGYAR TÖRTÉNELMI OKMÁNYTÁR, londoni könyv- és levéltárakból. Összeszedte és lemásolta Simonyi Ernő. 1521—1717. Pest 1859. VII és 318. l. — *Monum. Diplom. V. köt.*

ÁRPÁDKORI ÚJ OKMÁNYTÁR (*Fejér György Codex Diplomaticusának folytatása*). Közzé teszi Wenzel Gusztáv. I. KÖT. 1001—1235 és Függelékül: *Kritikai jegyzetek Fejér György „Codex Dipl. Hungariae Ecclesiasticus ac Civilis“ czímű munkájának az árpádi korszakot illető részéről.* Pest 1860. XLII és 405 l. — II. KÖT. 1234—1260. és Függelékül: *Az Árpádkori Új Okmánytár és a kapcsolt országok okmányai.* Pest 1861. XIX. és 403. l. — III. KÖT. 1261—1272. s Függelékül: *Olaszhon levéltára a magyar történelem szempontjából.* Pest 1862. XV és 365 l. — IV. KÖT. 1272—1290. Pest 1862. XX és 414 l. — V. KÖT. 1290—1301. és Függelékül: *Theiner Ágoston „Vetera Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia“ czímű munkájáról.* Pest 1864. XXI és 390 l. — VI. KÖT. v. a második folyam I. kötete: 890—1235. Pest 1867. XXXVI és 578 l. — VII. KÖT. v. a második folyam II. kötete: 1235—1260. Pest 1869. XXVI és 561 l. — VIII. köt. vagy a második folyam III. kötete: 1261—1272. Pest 1870. XXII és 479 l. — IX. köt. vagy a második folyam IV. kötete 1272—1290. Pest 1871. XXX és 564 l. — *Monum. Diplom. VI—XIII. és XVII. köt.*

ALVINCZI PÉTER OKMÁNYTÁRA Erdély visszacsatolása [illegible] a m. királylyal folytatott alkudozások történetéhez 1685—88. Közzé teszi Szilágyi Sándor. I. kötet. VI és 421 l. — II. köt. 445 és LVIII. — *Monum. Diplom. XIV. XV. kötet.*

Ezen kötetek sorába fel vannak véve, s egymás után sajtó alá adatnak az *Árpádkori Új Okmánytárnak* egyelőre még három kötete; a *[illegible] II. Okmánytár*, két kötetben. *Beatrix királyné Levelestára*, két kötetben.

MÁSODIK OSZTÁLY: ÍRÓK.

SZERÉMI GYÖRGY II. Lajos és János királyok házi káplánja EMLÉKIRATA MAGYARORSZÁG ROMLÁSÁRÓL. 1484—1543. Közli Wenzel Gusztáv. Pest 1857. XXXIV és 410 l. — *Monum. Script. I. köt.*

VERANCSICS ANTAL, m. kir. helytartó, esztergomi érsek ÖSSZES MUNKÁI. Közli Szalay László (1—7.) és Wenzel Gusztáv (8.) I. KÖT. Történelmi dolgozatok deák nyelven. Pest 1857. XX. és 370 l. — II. KÖT. Történelmi dolgozatok magyar nyelven, és Vegyesek. Pest 1857. XV és 321 l. — III. KÖT. Első portai követség 1553—1554. Pest 1858. XII és 403 l. — IV. KÖT. 1555—1557. Pest 1859. XI és [illegible] l. — V. KÖT. Második portai követség 1567—1568. Pest 1860. VIII és 390 l. — VI. KÖT. Vegyes Levelek [illegible] Pest 1860. VI és [illegible] l. — VII. KÖT. Vegyes